

POLYBII

HISTORIARVM

TOMVS V.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII
MEGALOPOLITANI
HISTORIARVM
QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
ARGENTORATENSIS.

TOMVS QVINTVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCII.

AD LECTOREM POLYBII STVDIOSVM PRAEFATIO EDITORIS.

Complectitur quintus hic Polybii nostri Tomus, post disputationem *de Vita & Scriptis Polybii*, primo, *Spicilegium Reliquiarum ex certis Libris Historiarum Polybii;* pag. 31-50. Sequuntur inde, a pag. 53-102. *reliqua Polybii Fragmenta*, ex Suida maxime & Stephano Byzantino collecta. Denique a pag. 105. usque ad finem Voluminis decurrit prior pars *Commentariorum in Polybii Historiarum Reliquias*, scilicet *Adnotationes ad Librum Primum, Secundum atque Tertium.*

In Disputatione *de Vita & Scriptis Polybii* id maxime egimus, ut *Testimonia Veterum*, quæ in Fragmentorum collectionibus, a superioribus Polybii Editoribus congestis, jam continebantur cuncta, sed sparsim ibi disjecta erant, in unam nunc summam collata commodoque digesta ordine exhiberemus Lectoribus. Sed, *aliorum Testimoniis* de rebus, ad Polybium pertinentibus, consentaneum erat, ut adjiceremus interspergeremusque eas notitias, quæ eisdem de rebus colligi *ex ipsius Polybii* scriptis potuerunt. Ceterum, quæ recentiori ævo, ab instaurato post ignorantiæ secula studio bonarum literarum ad nostram usque ætatem, certatim a viris doctis laudes tributæ sunt Polybii Historiis, elogiaque, ubivis obvia, quibus celebratæ sunt virtutes hujus operis, colligere longaque serie ad verbum repetere, supervacaneæ rem operæ duximus: illasque virtutes ex ipsius operis lectione, quam aliena fide, maluimus

 cogno-

cognoſci. Quodſi tamen intellexerimus, commodum videri ſtudioſis Polybii Lectoribus, haud gravabimurquidem, quæ de laudibus Hiſtoriæ Polybianæ, ac partim etiam de his, quæ deſiderari in hoc Scriptore poſſe videantur, a tribus maxime viris, Iſaaco Caſaubono, Reiſkio, Erneſto, in Præfationibus ad Polybium diſputata ſunt, fideliter excerpere, & poſtremo hujus operis Tomo præmittere.

Quandoquidam in procuranda hac Polybii Editione conſtitutum nobis fuit, Reliquias omnes Hiſtoriarum hujus Scriptoris, quæ magnam partem miſere diſcerptæ ac temere ſparſæ ad hunc diem jacuerant, unum in corpus ita colligere, ut, quoad fieri poſſet, ſecundum rerum atque temporum ipſorumque Librorum ſeriem, per quam ipſe auctor univerſam Hiſtoriam diſtribuerat, collocarentur omnia & concinnarentur; magno jam numero ex eis Fragmentis, quæ paſſim apud varios veteres Scriptores ex Polybio recitata ſuperſunt, ſuus cuique locus in illorum triginta quinque Librorum ſerie, quorum continuus contextus injuria temporum intercidit, a nobis adſignatus eſt, prout aut ſcriptor, qui Polybii verba nobis conſervavit, numerum Libri, e quo ducta ſunt, diſerte adjecerat, aut prout nos ex ipſius Fragmenti argumento intelligere nobis viſi eramus, quanam ex parte Hiſtoriarum eſſet illud decerptum. Sed perfuncti eo labore, dum in hoc deinde eramus occupati, ut cetera colligeremus Fragmenta, quæ, quanam ex parte Hiſtoriarum ducta, aut quem ad librum eſſent referenda, haud adparebat, ſubinde adhuc reperiebamus nonnulla, in quibus videbantur ſatis clara etiamnum indicia ſupereſſe ejus loci, quem in opere integro olim obtinuiſſent, quæ indicia ante id tempus noſtram effugerant obſervationem. Ea igitur, quibus aliquod tale indicium, ſive oppido manifeſtum, ſive admodum probabile, viſum eſt ineſſe, a ceterorum Fragmentorum promiſcua turba ſeparavimus, & prædicto *Spicilegio Reliquiarum ex certis Libris Hiſtoriarum Polybii* complexi ſumus. In idem Spicilegium conſulto etiam rejecimus

ea

ea Fragmenta, quæ jam olim quidem, quo pertinerent, intellexeramus, ſed, quoniam nonniſi latino ſermone nobis conſervata ſunt, græcis Polybianis immiſcere nolueramus.

Reliqua erant ea *Polybii Fragmenta*, quæ, qua ex parte Hiſtoriarum quove e Libro ducta eſſent, prorſus erat incertum: breviora illa pleraque, & longe maximam partem a *Suida* in Lexico Hiſtorico & Grammatico, alia a *Stephano Byzantino* in Geographico Lexico, pauca nonnulla ab aliis Scriptoribus conſervata. Ea igitur cuncta, præeuntibus jam aliquatenus ſuperioribus eorumdem Fragmentorum Collectoribus, duas in claſſes diſtribuimus: quarum in priorem illa conjecimus Fragmenta, in quibus ſupereſt ſaltem ſignatum aliquod nomen ejus rei, perſonæ, gentis, regionis, aut urbis, de qua agebatur; quæ *Fragmenta Hiſtorica & Geographica* nominavimus. In alteram ea digeſſimus, in qua nullum ejuſmodi nomen expreſſum ſupereſt; atque his titulum inſcripſimus, *Fragmenta Grammatica.* Conſtitueramus, tertiam facere claſſem Fragmentorum Gnomicorum, id eſt, quibus brevis aliqua ſententia continetur politica ſive moralis: ſed haud magno incommodo hæc ipſa adtribui poſſe poſteriori claſſi viſa ſunt. In utraque iſtarum claſſium, ea Fragmenta, quæ ſive certa ratione, ſive admodum probabili ad Polybium auctorem relata ſunt, ab his diſtinximus, de quibus dubitari poſſe nobis viſum erat; de qua diſtinctione in Introitu diximus pag. 53.

Sed priuſquam de *Fragmentis Polybianis* verba facere deſinamus, haud erit ab hoc loco alienum, ſi de eorum Virorum meritis paulo enucleatius dixerimus, qui, cum præclare vidiſſent, in acerba clade, qua Polybii Hiſtorias adflixit injuria temporum, pretioſas ſtudioſis bonarum literarum eſſe debere vel minutiſſimas quasque reliquias, quæ veluti avulſæ tabulæ ex triſti illo naufragio emerſiſſent, ſingulare ſtudium egregiamque operam in conquirendis congerendiſque Hiſtoriarum Polybii Fragmentis poſuerunt. Primus igitur, qui in hoc genere elabora-

vit, & cui ad hunc diem præcipua laus debetur, *Fulvius Vrſinus* eſt, qui Eclogis de Legationibus a ſe editis adjecit *Polybii Fragmenta*, quorum tantum numerum ex variis Scriptoribus congeſſit hujus Viri induſtria, ut eorum ſeries in ipſius editione a pag. 229. uſque ad pag. 294. decurrat. Iſta autem Fragmenta perſpecte ita diſtribuit Vrſinus, ut primo loco ea referret, quæ quonam ex Libro Hiſtoriarum Polybii ducta eſſent adparebat; dehinc poneret *Incerta*, quæ vocat, *Polybii*, id eſt, de quibus haud ſtatui poſſe putavit, quem ad Librum eſſent referenda, & primo quidem ex Dionyſio Halicarnaſſenſi, tum ex Athenæo, dein ex Suida largiſſimam copiam, a pag. 244-274. porro *ex Libro Manuſcripto incerti*, ut ait; tum ex Appiano, ex Strabone, ex Plutarcho, ex Stephano Byzantino, ex Euſtathio in Dionyſium, ex Tarrhæi Proverbiis, ex Pauſania, ex Aeliani Tacticis, ex Xiphilino; denique ex latinis ſcriptoribus, Varrone, Cicerone, Livio, Velleio, Plinio, Aulo Gellio, Oroſio. Idem Fragmenta, ex Suida collecta, ita ſtatim diſpoſuit, ut ea primo collocaret, quæ hiſtoricæ erant eclogæ, tum ea, quæ nonniſi ad illuſtrandum uſum verbi alicujus a Lexicographo adferuntur.

His uberrimis Vrſini copiis ita uſus eſt *Iſaacus Caſaubonus*, ut, mutato nonnihil ordine, & adjectis paſſim novis nonnullis Fragmentis, minime ſpernendis, quæ ex veterum Scriptorum lectione ipſe notaverat, ab Vrſino prætermiſſa, ceteroquin eadem ipſa, quæ Vrſinus collegerat, repeteret, hoc titulo, *Polybianæ Hiſtoriæ Fragmenta, e variis Scriptoribus collecta,* tacito primi Collectoris nomine. Semel in tota hac collectione, ubi ad minuta illa Fragmenta pervenit, quæ ex *libro manuſcripto Incerti* ducta Vrſinus dixerat, mentionem Vrſini Caſaubonus fecit; temere contendens, *nonniſi aliena fide fuiſſe ea ab Vrſino edita,* quæ nunc a ſe *e Codice Vrbinati* deſcripta exhiberi ait. Vide edit. Caſaub. p. 1028 ſq. Gronov. p. 1541 ſq. Erneſt. T. III, p. 263 ſq. & confer quæ nos

nos de eiſdem diximus in Præfat. ad Polyb. T. II. pag. IV-VI. & pag. IX. Quæ minuta Fragmenta, ſive Sententiolas quod ſi in noſtra collectione Fragmentorum non inveniet Lector, meminerit, in his idem, quod in ceteris Fragmentis, nos feciſſe. Quoniam ex ipſa regione, ubi oræ Codicis Vrbinatis inſcripta erat quæque iſtarum ſententiarum, ſatis adparebat, quonam ex Libro Hiſtoriarum Polybii ducta eſſet, ſuo quamque loco inſeruimus Reliquiis ejus libri, ad quem pertinebat: nonnullæ vero etiam in contextu aliarum ampliorum Eclogarum reperiebantur. Itaque quatuor priores exhibet noſtra editio lib. VI. cap. 59, verſ. 2-5. Tum illam, quæ ſequitur, Οὕτως οἱ πλείους &c. & aliam, Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία &c. invenies lib. VIII. c. 38, 1 ſq. Quæ vero inter has duas interjecta eſt apud Vrſinum & Caſaubonum, Τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν, in ipſo contextu ſupereſt Eclogæ Valeſianæ, ex eodem libro octavo ductæ, VIII. 11, 9. Quæ deinde ſequitur, Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω κοσμεῖται πόλις, habes eam in noſtra editione libro IX. c. 10, 1. verbis etiam nonnullis auctiorem, quam fuerat in Vrſini atque in ipſius Caſauboni collectione Fragmentorum; quæ verba ex eodem Codice Vrbinate, quem ob oculos habuerat Caſaubonus, nec tamen ſatis diligenter inſpexerat, nobiſcum communicavit diligentiſſimus Spallettus. Illa, Οὕτω μέγα τι φύεται &c. in medio contextu exſtat Eclogæ Valeſianæ, nobis IX. 22, 6. Similiter illa, Τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν &c. XII. 8, 6. & Ἀλλὰ πρὶν, vel potius, Ἀλλ' ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον &c. XII. 11, 6. Denique, quo loco diſpoſita a nobis fuerit ceterarum quæque ex eiſdem ſententiis, (quemadmodum & aliorum Fragmentorum quodque, quod in noſtra collectione deſiderari videbitur,) facile docebunt Indices Reliquiarum libri ſexti & ſequentium, qui Tomo II. III. & IVto in fine adjecti ſunt. Quam vero antepenultimo loco in illis ſententiolis poſuit Caſaubonus, Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ &c. eam conſulto omiſerat Vrſinus, quoniam meminerat, in contextu eam

 exſtare

exſtare Eclogæ VIII Legationum a ſe editarum, & habes eam in noſtra editione lib. XVIII. c. 20, 7.

In illorum Fragmentorum numero, quibus Vrſini collectionem ditavit Caſaubonus, nonnulla ſunt, quæ *ex Libro manuſcripto Anonymi Tactici* a ſe ducta eſſe docet Editor. De quo Libro Manuſcripto hanc adnotationem præmiſit: „*Extat in Chriſtianiſſimi Regis Bibliotheca, inter alios rei Tacticæ ſcriptores, auctor incertus mediæ ætatis, & Chriſtianus, qui* de Toleranda Obſidione *ſcripſit. Libri titulus ita concipitur:* Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ταύτην ἀποκρούεσθαι. *In eo ſcripto multa docentur ſuper propoſito argumento egregia & ſcitu digna. Sæpe etiam exempla afferuntur, ex antiqua memoria petita. Obſervavimus, pleraque illorum e Polybii Hiſtoriis eſſe deſcripta; licet auctor Polybii nullam faciat nominatim mentionem. Sed poteſt excuſari, quia magna ejus libri pars in regio codice deſideratur.* Eſt autem liber ille (cujus jam alia occaſione fecimus mentionem, in Præfat. ad Tom. I. Polybii noſtri pag. XIII.) deinde in lucem editus, cura *Thevenoti*, inter *Veterum Mathematicorum, Athenæi, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heronis & aliorum Opera*, Pariſ. MDCXCIII. abſque auctoris quidem nomine; ſed in Præfatione docet Editor ex Lambecii Biblioth. Cæſar. Tom. VII. Cod. CXI. n. 7. & Cod. CXIV. n. 8. eſſe auctorem *Heronem juniorem*, qui ſub Heraclio Imperatore floruit. Conf. Fabricii Bibl. Græc. T. II. p. 594. Ex eis igitur Fragmentis, quæ ex hoc ſcriptore protulit Caſaubonus, primum illud, Ῥωμαίων πολιορκούντων τὴν Συράκουσαν, ſuo loco, ſcilicet lib. VIII. cap. 5. jam inſeruit Gronovius, primoribus tantum verbis omiſſis. Alterum, Πόπλιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, nos inſeruimus Reliquiis libri IX. c. 42. Tertium, Αἰτωλοὶ &c. habes libro XXII. c. 10. & aliud Fragmentum, a Caſaubono prætermiſſum, ibidem ex eodem ſcriptore adjecimus. Rurſus ex eodem Herone Fragmenta nonnulla, quæ Ca-

ſaubonus non exſcripſerat, nos in Spicilegio Reliquiarum ex lib. VIII. & ex lib. IX. retulimus.

Poſt Vrſinum Caſaubonumque de Polybii Fragmentis præclariſſime *Henricus Valeſius* meruit, qui Eclogis de Virtutibus & Vitiis, ex Peireſciano Codice editis, ſubjecit *Fragmenta Polybiana, ex variis Auctoribus* nova cura ab ipſo *collecta*, quæ ſuperiorum Collectorum effugerant diligentiam. Sunt autem ea ex Suida maxime ducta, partim vero ex Stephano Byzantino, unum ex Athenæo. Et trifariam pariter ipſe Fragmenta iſta diſtribuit, primo loco ponens ea, quæ *ex certis Polybii libris* ſunt ducta, tum hiſtorica Fragmenta *ex libris incertis*, denique grammatica *ordine alphabetico digeſta.* In fine adjectus eſt *Indiculus Librorum Polybii*, id eſt, Teſtimonia nonnulla Veterum de Polybii Scriptis.

Poſt Valeſium, *Iacobus Gronovius*, in ſua Polybii editione, primum *Polybianæ Hiſtoriæ Fragmenta, e variis Scriptoribus per Fulvium Vrſinum & Iſaacum Caſaubonum collecta*, quemadmodum a Caſaubono edita erant, ad verbum repetiit, a pag. 1487-1553. hac una exceptione, ut in numero Fragmentorum Hiſtoricorum, e Suida collectorum, omitteret ea, quæ, cum ex Eclogis de Virtutibus & Vitiis eſſent a Lexicographo deſcripta, nunc in eiſdem Eclogis, a Valeſio primum editis, & a Gronovio repetitis, totidem verbis, quot apud Suidam, aut etiam uberiora, legebantur. Tum *Fragmenta Polybiana, ex variis Auctoribus per Henr. Valeſium collecta*, repræſentavit a pag. 1554 uſque 1565. Sequuntur denique, a pag. 1565 uſque p. 1578. *Fragmenta Polybii ex Suida, per Iacobum Gronovium collecta.* Sed in hac quidem collectione Gronoviana vix tria aut quatuor inſunt Fragmenta, ex deperditis hodie Hiſtoriarum Polybii partibus ducta, quæ a ſuperioribus Collectoribus eſſent prætermiſſa. Præcipuum Gronovii conſilium in hoc verſabatur, ut ea notaret Fragmenta, quæ ex Polybii libris ſuperſtitibus, aut ex Excerptis uberioribus, quæ ſuperſunt ex Libris deperditis,

ditis, a Suida (ſive laudato, ſive tacito auctoris nomine,) proferuntur, indicaretque loca, quibus eorum quodque hodieque in contextu, e quo a Suida avulſum eſt, inveniatur. Ad Fragmenta, ab Vrſino, Caſaubono & Valeſio collecta, breves Notas in fine operis Gronovius adjecit. De alio inſigni Fragmento Polybiano, quod idem Iacobus Gronovius ex eodem Herone, quem ſupra commemoravimus, primus in lucem protraxit in Livii editione, diximus in Præfatione ad Polybii noſtri Tomum primum, pag. XIII. Id Fragmentum nos, ſuo loco, Reliquiis libri XXII. capite undecimo inſeruimus. Erneſtina Polybii editio, ſicut in omnibus ad exemplum Gronovianum eſt expreſſa, ſic in Fragmentis eadem omnia, quæ Gronoviana editio, eodem ordine, nec quidquam novi, continet.

Vberiorum noſtrarum *Adnotationum ad Polybium,* quarum priorem partem, poſt Fragmenta, complectitur hic Tomus, duplex genus eſt: alterum, *ad græci Contextus conſtitutionem & ad Codicum ſcripturam* pertinens; alterum *ad verborum Interpretationem rerumque Illuſtrationem.* Priori in genere illud maxime ſecuti ſumus conſilium, quod in Præfatione, Tomo I. præmiſſa, (pag. XXVIII ſeqq.) ſignificavimus, ſcilicet, primo, ut rationem redderemus, quatenus opus eſſet viſum, conſtitutionis græci Contextus, quem exhibuimus, & earum præſertim Lectionum, quæ, ſive ex probatiore nonnullorum Codicum ſcriptura, in diſcrepantia Librorum, ſive ex Conjectura, ubi corrupti omnes fuiſſent codices, in Contextum a nobis ſunt receptæ: tum vero, ut ſimul univerſam ſylvam diſcrepantium a noſtro contextu Lectionum, quas dabant Codices, & notabiliorum Conjecturarum, a Viris doctis propoſitarum, quæ in contextum a nobis non ſunt adoptatæ, oculis ſubjiceremus Lectorum. Qua in parte laboris, haud parum quidem ea moleſta atque tædioſa, omnes Librorum diſcrepantias adnotandi, hoc potiſſimum ſpectavimus, ut & per ſe judicare poſſet eruditus Lector de noſtra Contextus Polybiani conſtitu-

ſtitutione, &, ſicubi ei videretur, poſſet ex aliarum Lectionum vel conjecturarum copia ſeligere meliora eis, quæ nobis placuerant, aut occaſionem inde fortaſſe capere certiores probabilioresve emendationes ex ſuo ingenio atque doctrina tentandi & in uſum ſtudioſorum Polybii Lectorum proponendi. Quodſi vero in Codicum Lectionibus notatas etiam bene multas deprehendet Lector, quæ manifeſta ſunt librariorum ſphalmata, cogitabit, ipſam notationem eorum errorum, quos errare librarii noſtri conſueverunt, haud raro & nobis & ante nos aliis doctis Viris, anſam dediſſe viamque aperuiſſe ad certam medelam, aut admodum probabilem locis corruptiſſimis & pæne deſperatis inveniendam. Itaque, quo ratio reddi poſſet emendationum, locis ejuſmodi adhibitarum, erant ſimiles aberrationes, a librariis noſtris alibi commiſſæ, indicandæ: tum vero ex eadem notatione alios poſthac viros, doctrina & ingenio valentes, materiam occaſionemque capere poſſe ad alia Scriptoris hujus loca, de quorum corruptione nos ne cogitavimus quidem, aut quorum commoda emendatio nobis non venerat in mentem, in integrum reſtituenda. Quid, quod ſæpe etiam operarum errores adnotare, in Editionibus Polybii commiſſos, quamvis ingrata opera ac tædii plena, tamen nec ipſa ſupervacanea nec inutilis debuit videri; ne quis ſcilicet, ejuſmodi errores (qui per plures interdum editiones, partim etiam per omnes erant propagati,) ex codicibus manuſcriptis repræſentatos exiſtimans, & veræ lectionis veſtigia quædam in illis cernere ſibi viſus, alieno loco emendationes ex conjectura tentaret, a veritate aberrantes. Quæ res ſæpius, quam crederes, ipſum etiam Caſaubonum in devia abripuit; qui permultos editionis Baſileenſis errores ex conjectura parum felici corrigere conatus eſt, quos, ſi Hagenoënſis editionis conſuluiſſet exemplum, intellecturus erat meros eſſe operarum officinæ Hervagianæ errores, quorum emendatio ex ſuperiori editione nude erat petenda. Eademque res ſæpenumero Reiſkio

fuerat

fuerat fraudi, cum errores in Hagenoënsi editione, sive incuria editoris, sive operarum culpa admissos, pro Codicis manuscripti lectionibus haberet, & huic veluti fundamento emendationes superstrueret, quas alienas esse prorsus & fundamento carere perspecturus erat, si erroris caussam cognitam habuisset.

In illa parte Adnotationum nostrarum, quæ pertinet ad rationem reddendam ejus Lectionis, quæ a nobis in Contextum recepta est, subinde accidit, ut, cum vindicare constituissemus id, quod nobis, quum contextum typis pararemus, placuerat, nunc, re iterum iterumque considerata, in aliam partem propendere videretur probabilitatis, aut etiam certæ veritatis ratio. Quod ubi nobis usu venit, non cunctati sumus errorem aut præcipitantiam, si qua nos olim abreptos intelligeremus, ingenue profiteri, & ejus partis, quæ nunc vero nobis propior videbatur, defensionem contra id, quod olim probaveramus, suscipere. Et ita quidem haud illibenter intelleximus, hoc commodum conjunctum esse cum illa incommoditate, quæ ex separatione Adnotationum ab ipso Contextu oriebatur; ut, dum in ea, quæ olim scripsimus, commentabamur, simul daretur nobis occasio retractandi ea, quæ minus recte posita tunc nobis excidissent, aut, quæ interim observavimus notatu digna, quæ tunc nos præterierant, adjiciendi.

Professi eramus in Præfatione Tom. I. pag. XLVII. nos post ea, quæ *de Codicibus Polybianis* in eadem Præfatione a pag. XXXII. usque p. LVII. diximus, nonnulla, ad eosdem Codices pertinentia, in Introitu Adnotationum enucleatius esse expositiuros. Sed illius quidem disputationis facile nobis gratiam facient plerique Lectores: &, quibus id curæ est, ii, quæ ad propius cognoscendam judicandamque codicis cujusque rationem pertinere videantur, non solum per se ipsi notabunt sibi ex eis Lectionibus, quas e quoque Codice relatas in Adnotationibus vel in Scholiis infra contextum deprehendent; verum etiam multa passim in ipsarum Adnotationum cursu de professo

in

in eam partem a nobis monita observabunt. Sic, verbi causa, ex *Codice* nostro *Bavarico* (de quo diximus in Præf. T. I. p. XXXII. seqq.) procuratam esse ob Obsopœo primam Polybii editionem, ex quavis fere pagina nostrarum Adnotationum patebit. Ex speciosis Lectionibus, in quas subinde idem Codex Bavaricus discedit a corrupta vel difficiliori reliquorum Codicum lectione, esse passim nonnullas, non ex vetustiore codice ductas, sed ex ipsius librarii, vel alius docti viri ingenio prognatas, monueramus in prædicta Præfat. p. XXXV sq. Ejus rei exempla, præter duo ibi citata, invenies in Adnot. ad I. 12, 1. 18, 7. II. 9, 9. 10, 4. 35, 6. 56, 6. IV. 65, 2. &c. De *Vaticanis membranis*, præter ea quæ dicta sunt in Præf. p. XL sqq. monuimus nonnulla in Adnot. ad I. 2, 7. 12, 1. 40, 13. *Codices Regios B. & C.* ad exemplum editionis Obsopœi esse descriptos, quævis pagina abunde docet: sed de eorumdem Correctionibus, partim ex ingenio docti Viri, nescio cujus, partim ex *codice Florentino* aut *Veneto* ductis, vide Adnot. ad I. 14, 7. I. 19, vers. 1. 3. 4 & 5. I. 26, 7. II. 35, 6 &c. De *Vrsini Codice* monuimus nonnihil ad I. 19, 7. & I. 59, 1. De *Vrbinate* vide Adnot. ad I. 1, 3. & ad I. 75, 5. tum vero per omnes quinque priores Polybii Libros, ubicumque sive major, sive minor pars historiæ inter Excerpta ea, quæ continet ille Codex, relata est, ad quemque locum indicavimus initium atque finem cujusque Eclogæ.

Lectionum, ad *oram libri Vossiani* scriptarum, (quas Ruhnkenii & Wyttenbachii, Virorum clarissimorum, beneficio acceptas refero) rarior fuit citandi occasio; quoniam, ut in Præf. ad Tom. II. p. XXXVII. monuimus, plurima illarum pars in emendatione errorum editionis primæ, partim ex Hervagiana editione, partim ex Vrsini Emendationibus ducta est. Ex Casauboni editione nihil in illas notulas relatum observavimus: quod convenit cum eo, cujus Ruhnkenius nos certiores fecit, non esse istas manu Isaaci Vossii (cujus fuerat ille liber) scriptas; qui, si eas scripsis-

ſcripſiſſet, Caſauboni editionem fuerat haud dubie in ſubſidium vocaturus. Sed quod eodem loco ſcripſimus, nihil in eiſdem Lectionibus videri ex codice aliquo manuſcripto ductum, id, curatiori inſtituto examine, ſecus eſſe comperimus. Præter alias nonnullas Emendationes, quæ vix aliunde, quam ex codice manuſcripto depromtæ videri poſſunt, inſunt quædam Lectiones, quas nullus alius, niſi Pariſienſis ille, quem *Reg. A.* inſignivimus, agnoſcit. Quo pertinet κυριεύσαντες I. 10, 6. παραλίας III. 118, 2. (ad quem locum etiam Gronovius in Notis a ſe editis eumdem hunc Codicem Voſſianum laudavit, quem apud Iſaacum Voſſium, priuſquam ex Batavis in Angliam ille commigraret, viderat.) μὴ διὰ μίαν IV. 21, 10. πολιτεύμασι IV. 84, 5. quæ quidem quatuor loca in *Cod. Reg. A.* hoc inter ſe commune habent, ut eæ Lectiones, quas dixi, ab antiqua quidem manu & ab eadem, (ut videtur) quæ cetera exaravit, inter lineas ſuperſcriptæ ſint vulgatis lectionibus. Vnde intelligi par eſt, ſparſim locis nonnullis, & præſertim eis locis, quæ præ ceteris in oculos incurrerent, inſpectum olim eſſe codicem noſtrum Reg. A. ab eo viro, cui Notæ iſtæ marginales, oræ libri Voſſiani inſcriptæ, debentur.

Emendationum Ioſephi Scaligeri in Polybium nonniſi partem aliquam videramus tum, cum Præfationem ſcriberemus Tomo II. præfixam, cujus pag. xxxv ſeq. earum Emendationum fecimus mentionem. Quæ ibi a nobis ſcripta poſtquam cum illuſtri Viro DAVIDE RVHNKENIO privatim etiam per literas communicaſſemus, mox Ille pro ſingulari ſua humanitate & pro incredibili ſtudio, quo conatus eorum, qui bene mereri de hoc literarum genere cupiunt, quavis ratione ſolet juvare, hunc in modum nobis reſcripſit: *Recte ſuſpicatus es, Emendationes, per Wyttenbachium ad Te miſſas, non eſſe a Scaligero profectas. Ego, hac dubitatione injecta, libri ſcripturam cum manu Scaligeri, quæ in multis Bibliothecæ noſtræ libris eſt, accuratius comparans, non parum diſcriminis vidi: ſed,*

cujus

cujus manus sit, ignoro; certe non est Isaaci Vossii, qui librum olim possedit. Veræ autem ipsius Scaligeri Emendationes, ab Abrahamo Gronovio laudatæ, quo pervenerint, tandem indagavi. In Catalogo Bibliothecæ Abr. Gronovii p. 18. *hæc leguntur:* Polybius græce & latine. Basileæ 1549. cum Annot. MSS. Legatum Iosephi Scaligeri. *Quod exemplum ex Bibliotheca Heinsiana ad Gronovios transiisse, intelligitur ex Catalogo Bibliothecæ Heinsianæ p.* 284. Polybius Gr. & Lat. Basil. 1549. Olim Iosephi Scaligeri, cujus Notis MSS. in margine passim refertus est. Deinde Danielis Heinsii, qui & sua manu varia addidit. *Iam cum ex Bibliopola, qui Gronovianam Bibliothecam vendidit, quærerem, quis illum Polybium emisset, mihi indicavit Virum clarissimum, Carolum Segaar, Græcæ Linguæ Professorem in Academia Trajectana. Quem si literis compellaveris, vix dubito quin tibi copiam libri facturus sit.*" — Cui invitationi quum morem gessissemus, perhumaniter votis nostris respondens clarissimus Carolus Segaar, librum desideratum ad nos transmisit; e quo libro ductæ sunt eæ Emendationes, quas in Adnotationibus nostris ad *Scaligerum* auctorem relatas inveniet Lector. Cum enim Dan. Heinsii Notas, cujus manu nonnihil quidem adjectum esse didicimus, nullo satis certo indicio a Scaligeranis Emendationibus discernere nobis licuerit, cunctas *Scaligeri* vel *Scaligerani libri* nomine laudavimus. In his multæ Emendationes bonæ frugis insunt: complures etiam a Casaubono in Contextum receptæ; quæ putari quidem possint a Dan. Heinsio ex Casauboni editione in hujus libri oram esse translatæ, sed nobis secus visum erat, partim quoniam haud dubie ab eadem manu scriptæ videbantur, a qua pleraque alia, partim quoniam, si quis Casauboniani exempli lectiones voluisset in hunc librum referre, verosimile erat multo plures eum inde fuisse relaturum. Denique, quum ex Casauboni Epistola ad Scaligerum (Epist. DCIV. p. 31*. edit. Almelov.) cognovissemus, habuisse Casaubonum penes se

exemplum typis impressum Historiæ Polybianæ, cujus in ora scriptæ erant Notæ criticæ ex Ios. Scaligeri ingenio profectæ; intelleximus quidem ex Scaligeri Epist. CXV & CXLI, non hunc librum, quem nostro usui Segaarius commodavit, quem ex Scaligeri legato Daniel Heinsius olim acceperat, eumdem esse posse, quem Casaubonus ait suas in manus pervenisse: sed pluribus indiciis inducti sumus ut nobis persuaderemus, simillimas fuisse Notas illas Scaligeranas, quæ Casauboni in manus inciderant, his, quæ hoc libro Segaariano continentur, & earum multas auctoritate Scaligeri a Casaubono in Contextum esse adoptatas.

Sed hæc quidem hactenus de Codicibus Polybianis, & omnino de *Adnotationibus* ex eo genere, quæ *Criticæ* dici possunt. De altero genere, quod partim in *Interpretatione verborum* versatur, partim in *Rerum Illustratione*, nihil habemus quod in antecessum maxime moneamus. Id nos secutos esse profitemur, ut nullum locum, qui Lectori, in hoc genere literarum modice versato, difficultatis aliquid aut obscuritatis habere posse videbatur, absque notatione prætermitteremus. Ac debuit quidem Versio Latina, de cujus ratione in Præfat. Tom II. p. XXXVIII seqq. diximus, veluti perpetui cujusdam Commentarii vice fungi: sed subinde opus visum est, interpretationem, quæ versione latina expressa est, vindicare confirmareque rationibus sive ex usu styli Polybiani, sive ex ceteris rectæ interpretationis adjumentis; nonnumquam etiam locus fuit eam retractandi. Vbi intactum aliquem locum in Adnotationibus prætermissimus, cujus interpretatio tamen difficultatis aut dubitationis nonnihil videri possit habere, vis atque ratio verbi ejus vel dictionis, in qua inest maxime difficultas, in Lexico Polybiano, ad quod etiam ex professo subinde provocavimus, id est, in Indice Græcitatis Polybianæ, dilucidabitur. Sicubi ipsi dubii hæsimus, maluimus, dubitationem nostram ingenue significando, doctiorum & perspicaciorum Virorum provocare

care

care & elicere explanationem, quam ſupercilioſo ſilentio diſſimulare loci difficultatem. In Rerum illuſtratione, ſive ad Hiſtoriam, ſive ad Geographiam, ad Chronologiam, ad alias artes pertinentium, ſedulo cavimus prolixitatem; nec niſi ea fere attingenda duximus, quæ vel ad vindicandam ejus ſcripturæ, quam in Contextu expreſſimus, veritatem, aut ad claram notionem informandam ejus rei, de qua agitur, aut ad perſpiciendum hiſtoriæ nexum, neceſſario pertinere, nec tamen cuivis in promtu eſſe, videbantur.

In omni genere Adnotationum copiam illam doctrinæ & ingenii, quæ ante nos a Viris doctis, Iſaaco Caſaubono, Iac. Gronovio, Reiſkio, aliiſque, in Polybii illuſtrationem collata eſt, in uſum Lectorum Polybii noſtri ita convertere ſtuduimus, ut, quæcumque ab illis propoſita, vel diſputata ſunt, ad eam rationem pertinentia, quam quidem in noſtro hoc Commentario tenendam duximus, ea, ſi brevia eſſent, ipſis maxime auctorum verbis, ſi longiora, per compendium inſereremus hiſce noſtris Adnotationibus, honore ſemper habito auctoribus ſuorum cuique inventorum. Neque vero neceſſe eſt, ut recenſendis ſuperiorum Commentatorum lucubrationibus hoc loco moremur Lectorem. De inchoato *Iſaaci Caſauboni Commentario in Polybium* prolixiſſimo, qui tamen non ultra viceſimum caput primi Libri progreſſus eſt, diximus in Præfat. Tom. I. p. XI ſq. De ejuſdem *brevioribus Notis*, critici maxime generis, quæ *oræ exempli Editionis Baſileenſis* inſcriptæ erant, quarum partem, a Merico Caſaubono, Iſaaci filio deſcriptam Gronovius in Polybii editione typis exſcribendam curavit, majorem vero partem, ineditam adhuc, Gronovii manu deſcriptam, una cum reliquo Adparatu Gronoviano ad Polybium ex Bibliotheca Vniverſitatis Leidenſis nobiſcum communicavit meritiſſimus Bibliothecæ illius Præfectus Ruhnkenius, vide eamdem Præfat. p. XXII-XXIV. *Iacobi Gronovii* aliæ ſunt Notæ in Polybium, jam olim ab ipſo cum Polybio editæ;

aliæ ineditæ ad hunc diem, de quibus dixi ibid. p. xxiv. *Fulvium Vrſinum* Eclogas de Legationibus, a ſe editas, & *Henricum Valeſium* Eclogas de Virtutibus & Vitiis, quemque ſuis Adnotationibus illuſtraſſe, monuimus in eadem Præfat. p. x. & xii. *Reiſkii* de Polybio merita prædicavimus in Præfat. ad Tom. II. p. xlvii ſq. Taceo alios, ſuo quemque loco laudatos.

Ad priores Scriptoris noſtri Libros, conſentaneum erat, ut paulo uberiores eſſent Adnotationes: ad quas cum deinde ſimilibus in locis provocare liceat, parciores brevioreſque erunt in operis progreſſu. Ita ſpero, reliquas Adnotationes ad Librum quartum & quintum & ad ſequentium Librorum Reliquias non ultra unius juſti voluminis menſuram eſſe excreturas. Sed eadem ratione fiet, ut Lexicon Polybianum cum latino Indice Rerum, non eodem volumine poſſit comprehendi, ſed in ſeparatum Tomum, qui ſeptimus erit totius operis, fuerit rejiciendum. Tu interim, Benevole Lector, his fruere, & conatibus noſtris fave! Scripſimus Argentorati menſe Novembri, Anno Chriſti MDCCXCI. Libertatis Populo Gallo-Francorum reſtitutæ III.

DE

DE VITA ET SCRIPTIS

POLYBII

TESTIMONIA VETERVM.

DE VITA POLYBII
TESTIMONIA VETERVM
ET POLYBII IPSIVS.

I. *Genus, patria & aetas.*

SVIDAS *in* Πολύβιος. Πολύβιος, Λύκου υἱὸς, ἀπὸ Μεγάλης πόλεως τῆς Ἀρκαδίας, καθηγησάμενος Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ, ὅτε καὶ Παναίτιος ὁ φιλόσοφος· γεγονὼς κατὰ Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Εὐεργέτην. Id eſt: *Polybius, Lyci filius, ex Megalopoli, Arcadiæ urbe, oriundus, Scipionis Africani inſtitutor ſimul cum Panætio: natus eſt tempore Ptolemæi, cui cognomen erat Euergetes.* [a]) Genus Polybii.

Græca ex Suida ad verbum deſcripta leguntur in Eudociæ Ionia pag. 350 ſq. Quemadmodum autem in hiſtoricis præſertim capitibus negligentius plerumque verſatus eſt iſte grammaticus, ſic in hoc maxime capite, quo de Polybio egit. *Lycortas,* non *Lycus,* pater ſuit Polybii, prætor Achæorum poſt Aratum Philopœmenemque nobiliſſimus; cujus res pace belloque geſtæ & merita in Achæorum rempublicam paſſim cum ab ipſo Polybio noſtro, tum ab aliis ſcriptoribus celebrantur. Polyb. II. 40. XXIII. 1. XXIV. 9 & 12. &c. Liv. XXXVIII. 32. XXXIX. 35 ſqq. Plutarch. in Philopœm. p. 368. Pauſan. VII. 9. Iuſtin. XXXII. 1. Quod vero *regnante Ptolemæo Euergeta natum Polybium* Suidas ait, id ex temporum ratione, quæ aliunde ſatis conſtat, falſi utique arguitur. E vivis enim exceſſit Euergetes Aetas.

 Olym-

a) Reliqua, quæ de Polybio Suidas habet, infra in *Teſtimoniis antiq. de Scriptis Polybii* referentur.

Aetas Polybii. Olympiade CXXXIX. circa annum Romæ conditæ 532. vide Polyb. V. 34, 1. & 35, 1 ſq. coll. cum II. 69, 11. Itaque ſi hoc regnante rege, adeoque circa A. V. 530. natum ſtatuimus Polybium; conſequens eſt, ut Olymp. CXLIX. 4. id eſt, A. V. 574. quo ei cum patre Lycorta legatio ad Ptolemæum Epiphanem ab Achæis decreta eſt, (Polyb. XXV. 7.) annum ætatis egiſſe dicamus quadrageſimum quartum. Sed *eodem tempore* νεώτερον *ſe fuiſſe* τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας, teſtatur ipſe, id eſt, *minorem annis, quam cui per leges ceteroquin liceret publica legatione aut omnino munere in republica fungi;* quod de eo viro dici potuiſſe, qui annos amplius quadraginta natus fuerit, nullo modo probabile eſt; præſertim quum cives omnes, qui triceſimum impleviſſent annum, apud Achæos concilii publici participes fuiſſe diſcamus ex Polyb. XXIX. 9. Porro, quem & in excidio Carthaginis A. V. 608. comitem ac ſocium adfuiſſe Scipioni, & deinde, everſa Corintho, A. V. 609. Achaiæ civitates ex mandato legatorum Romanorum obeuntem, controverſias popularium ſuorum dijudicaſſe novimus, eum conſentaneum utique non eſt octogenarium ſenem per id ipſum tempus fuiſſe. Denique, quod omnem præcidit dubitationem, qui non ſolum res iſtas, annis etiam 608 & 609. geſtas, memoriæ prodidit, verum etiam Numantinum bellum, A. V. 620. a familiari ſuo Scipione geſtum, peculiari libro deſcripſit; quem eumdem non ultra octogeſimum ſecundum annum produxiſſe ætatem novimus; is A. V. 530. id eſt, nonageſimo ante id tempus anno natus eſſe non potuit. Ad verum propius accedente ratione ætatem Polybii definivit CASAVBONVS in Synopſi Chronologica, *ineunte Olympiade* CXLIV, id eſt, *circa A. V.* 550 *vel* 551. natum ſtatuens, regnante apud Aegyptios *Ptolemæo Epiphane.* Fundamentum, quo nititur Caſaubonus, illud ipſum eſt, quod ſupra tetigimus; ſcilicet quod *A. V.* 573. (nobis 574.) *minor fuerit*

fuerit ætate legitima capessendi rempublicam; (Polyb. XXV. 7.) *ætas* autem *legitima, quum fuisse videatur annorum triginta*, (Polyb. XXIX. 9.) *fuerit igitur*, inquit, *annos tunc natus viginti quatuor aut paullo plures.* Ex quo, quandoquidem alia certior ratio definiendi annum nativitatis Polybii inveniri nulla potest, satis intelligitur, ipsum annum consulesque, quibus natus sit, examussim definiri non posse; contentos nos esse debere, ut Olymp. CXLIV vel initio Olymp. CXLV. inter A. V. 550 & 556. in lucem editum nobilem hunc Scriptorem dicamus. Iam GERARDVS quidem IO. VOSSIVS, lib. I. de Histor. Græc. cap. XIX. de Polybii ætate ita disserit, tamquam acu res tangi & summa cum ἀκριβείᾳ definiri annus nativitatis possit. *Natus fuit*, ait, *Olympiadis* CXLIII *anno* 4. *A. V. C.* DXLVIII. *P. Cornel. Scipione primum consule cum P. Licinio Crasso. Quod ita esse, constat ex Luciani Macrobiis; ubi obiisse dicitur anno ætatis octogesimo secundo. Satis autem convenit, discessisse eum annis* XVII *ante natum Ciceronem, nempe Olympiadis* CLXIV *anno* 1. *A. V. C.* DCXXXI. *Q. Cæcilio Metello & T. Quinctio Flaminino Coss. Vnde, si retro tempora legamus, satis patebit id, quod dixi.* Confectam rem diceres. At, ubi quæris, quo documento constet, obiisse Polybium XVII annis ante natum Ciceronem, nullum aliud reperies, nisi calculum ipsius Casauboni; qui, cum profectus esset ab eo anno, ad quem (ob illas ipsas, quas dixi, rationes) nativitatem retulerat Polybii, adjiciens vitæ annos octoginta duos, & conferens annum nativitatis Ciceronis, subducto calculo collegit, *obiisse Polybium, priusquam M. Tullius nasceretur, annis* XVII. (vide Casauboni Synopsin Chronol Historiæ Polybianæ, in ipso fine.) Ita fit, ut, quod fundamenti loco sumserat Vossius, quo assertum suum superstructum cupivit, id ipsum eadem illa hypothesi nitatur, ad quam sustentandam in auxilium ab eo vocatum est.

Aetas Polybii.

II. *Adolescentia Polybii.*

Adolescentia Polybii.

1. Iuvenis Philopœmenem sectatur & ejus disciplina formatur. PLVTARCHVS in lib. *An Seni gerenda sit Respubl.* p. 790 sq. Εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο, τῷ γέροντι παιδείας ἕνεκα τῶν νέων καὶ διδασκαλίας πολιτευτέον ἐστίν. Ὡς γὰρ οἱ γράμματα καὶ μουσικὴν διδάσκοντες, αὐτοὶ προαναμέλπουσιν καὶ προαναγινώσκουσιν, ὑφηγούμενοι τοῖς μανθάνουσιν· οὕτως ὁ πολιτικὸς, οὐ λέγων μόνον, οὐδὲ ὑπαγορεύων ἔξωθεν, ἀλλὰ πράττων τὰ κοινὰ καὶ διοικῶν, ἐπευθύνει τὸν νέον, ἔργοις ἅμα καὶ λόγοις πλαττόμενον ἐμψύχως καὶ κατασχηματιζόμενον. Ὁ γὰρ τοῦτον ἀσκηθεὶς τὸν τρόπον, οὐκ ἐν παλαίστραις καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνως εὐρύθμων σοφιστῶν, ἀλλ᾽ ὡς ἀληθῶς ἐν Ὀλυμπιακοῖς καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσιν,

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχει,

κατὰ Σιμωνίδην· ὡς Ἀριστείδης Κλεισθένει, καὶ Κίμων Ἀριστείδῃ, καὶ Φωκίων Χαβρίᾳ, καὶ Κάτων Μαξίμῳ Φαβίῳ, καὶ Σύλλας Πομπήϊος, καὶ Φιλοποίμενι Πολύβιος. Νέοι γὰρ ὄντες, πρεσβυτέροις ἐπιβάλλοντες, εἶτα οἷον παραβλαστάνοντες καὶ συνεξανιστάμενοι ταῖς ἐκείνων πολιτείαις καὶ πράξεσιν, ἐμπειρίαν καὶ συνήθειαν ἐκτῶντο πρὸς τὰ κοινὰ μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως. Id est: *Si nulla alia seni sit causa, saltem docendorum formandorumque juvenum causa, gerere rempublicam debet. Sicut enim qui literas & musicam docent, ipsi prælegunt ac præeunt canendo discipulis: ita vir civilis, non dicens modo admonensque foris, sed agens ac publica administrans, juvenem instituit, simul & verbis & factis animum ejus intus formans atque fingens. Et qui hoc modo fuerit exercitatus, non in palæstra & ceromate sophistarum sine periculo elegantiæ studentium, sed revera velut in Olympicis & Pythicis certaminibus,*

Lactens equum ceu pullus propter cursitat,

ut

ut ait Simonides. Ita sectatus est Clisthenem Aristides, Aristidem Cimon, Chabriam Phocion, Cato Fabium Maximum, Syllam Pompejus, Philopœmenem Polybius. Qui, cum adolescentes se senibus adjunxissent, deinde tamquam efflorescentes & crescentes eorum reip. administratione atque factis, peritiam reip. gerendæ cum gloria & potentia sibi paraverunt. Adolescentia.

2. In exsequiis Philopœmenis urnam defuncti portat. PLVTARCH. in Philopœm. p. 368. Τὸ δὲ σῶμα καύσαντες τοῦ Φιλοποίμενος, καὶ τὰ λείψανα συνθέντες εἰς ὑδρίαν, . . . αὐτὴν ἐκόμιζεν ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν. Id est: *Cremato Philopœmenis corpore, cineribusque in urnam collectis, . . . gestabat urnam filius prætoris Achæorum (Lycortæ) Polybius, & cum eo primores Achæorum.* A. V. 572.

3. Cum minor adhuc esset ætate legitima ad capessendam rempublicam, decernitur ei cum Patre legatio ad Ptolemæum Epiphanem, Aegypti regem. Polyb. lib. XXV. cap. 7. Conf. quæ diximus supra de Aetate Polybii. A. V. 574.

III. *Ingenium & Doctrina.*

1. Ingenium philosophicum satis elucet ex ratione qua Historiam tractavit. Quo nomine laudatur a STRABONE, lib. I. p. 2. Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι, id est: *Eratosthenes & Polybius & Posidonius, viri philosophi.* Et p. 14. Οὐ πρὸς ἅπαντας φιλοσοφεῖν ἄξιον· πρὸς Ἐρατοσθένη δὲ καὶ Ποσειδώνιον καὶ Ἵππαρχον καὶ Πολύβιον καὶ ἄλλους τοιούτους καλόν. Id est: *Philosophari adversus omnes non convenit: contra Eratosthenem autem, Posidonium, Hipparchum, & Polybium, aliosque horum similes, decet.* Meritoque VELLEIVS PA- Ingenium.

TERCULUS I. 13. *præcellentem ingenio virum* adpellat. b)

Doctrina. 2. Ἀνὴρ πολυμαθὴς, *vir multifariæ eruditionis*, vocatur Polybius ab AELIANO *in Tacticis* cap. 1. tam vere quam concinne designante multiplicem doctrinæ copiam, qua exornatum fuit hujus viri ingenium. Abunde enim vel reliquiæ illæ, quæ de scriptis ejus supersunt, declarant, nullam fere esse artem paulo nobiliorem, aut scientiam, ad vitæ usum cultumque pertinentem, qua non probe fuerit imbutus.

IV. *Res gestæ domi, priusquam Romam evocaretur.*

..es domi ..stæ. 1. Bello Persico Polybius, cum patre Lycorta, metu potentiæ Romanorum, primum censuerat, neque Perseum, neque Romanos juvandos ab Achæis. Polyb. XXVIII. 3. & 6.

. V. 585. 2. Præfectus deinde nominatur Equitum Achæorum, qui auxilio destinantur Romanis. Polyb. XXVIII. 6 sq.

3. Legatus Achæorum ad Q. Marcium Consulem, bellum gerentem cum Perseo. Polyb. XXVIII. 10 sq.

..A. V. 586. 4. Polybium pro Præfecto Equitum auxiliarium ab Achæis petunt Ptolemæi fratres, reges Aegypti. Polyb. XXIX. 8 sq.

V. *Vita Romæ acta.*

..ita Romæ acta. A. V. 588. 1. Cum mille ex nobilissimis Achæis, a Callicrate accusatis, quasi bello Persico parum Romanis favissent, Romam

b) Panætii Philosophi Stoici discipulum fuisse Polybium, ait Fabricius in Bibl. Græca T. II. p. 409. et p. 406. extr. Suidamque testem ejus rei advocat ad vocab. Παναίτιος. Nec tamen id dicit SUIDAS; sed, *Panætius junior*, ait, *Rhodius, Philosophus*, καθηγήσατο τοῦ Σκιπίωνος, τοῦ ἐπικληθέντος Ἀφρικανοῦ, μετὰ Πολύβιον Μεγαλοπολίτην, id est, *præceptor Scipionis Africani fuit post Polybium Megalopolitanum.* Idem Suidas in Πολύβιος, ut supra vidimus, dixit, Polybium Scipionis præceptorem fuisse *simul cum Panætio.* Quorum alterum non admodum repugnat alteri. Sed Panætium fuisse Polybii præceptorem, nusquam proditum video, nec per temporum rationem fieri facile potuit.

Romam evocatur Polybius: moxque ceteris exſulibus per Italiæ oppida diviſis, ipſe rogatu Fabii et Scipionis, Aemilii Paulli filiis, veniam a prætore impetrat Romæ manendi. Polyb XXXII. 9. Pauſanias VII. 10. Vita Romæ acta.

2. Inde arctiore *conſuetudine* contracta *cum Scipione Aemiliano*, annum decimum octavum tunc agente, in contubernium ejus conceſſit, inſtitutor bonarum artium et conjunctiſſimus per reliquam omnem vitam comes et amicus. Polyb. XXXII. 9 ſqq. A. V. 589. Conſuetudo cum Scipione.

De illa Polybii cum Scipione conſuetudine hæc habet DIODORVS SICVLVS in Excerpt. de Virt. et Vitiis p. 585 ſq. edit. Weſſelingii: Πόπλιος Σκιπίων, γεγονὼς ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους, λαβὼν ἐπιστάτην Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, τὸν τὰς ἱστορίας συντεταγμένον· τούτῳ δὲ συμβιώσας, καὶ πάσης ἀρετῆς ζηλωτὴς γενόμενος, κ. τ. λ. id eſt: *P. Scipio . . . octavum & decimum ætatis annum agens, ad philoſophiam animum adplicuit, præceptore uſus Polybio Megalopolitano, Annalium conditore. Cujus contubernio uſus, & in omni virtutis genere exercitatus*, &c.

VELLEIVS PATERC. I. 13. *Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum omnisque doctrinæ & auctor & admirator fuit, ut Polybium Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque ſecum habuerit.*

PLVTARCHVS in Apophthegmat. Regum & Imperat. Tom. II. Opp. pag. 199. edit. Wechel. Σκιπίων ὁ νεώτερος, τὸ Πολυβίου παράγγελμα διαφυλάττων, ἐπειρᾶτο μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσασθαί τινα συνήθη καὶ φίλον ἀμωσγέπως τῶν ἐντυγχανόντων. Id eſt: *Scipio (Africanus) minor, præceptum ſervans Polybii, operam dare conſueverat, ne prius e foro diſcederet, quam aliquem compellantium quocumque modo ſibi familiarem amicumque reddidiſſet.* Idem Polybii præceptum repetit PLVTARCHVS initio libri quarti Συμποσιακῶν.

Consuetudo cum Scipione.

IDEM in Præceptis Politicis p. 814. Καρπὸν ἐκ φιλίας ἡγεμονικῆς ἔλαβε Πολύβιος καὶ Παναίτιος, τῇ Σκιπίωνος εὐνοίᾳ πρὸς αὐτοὺς μεγάλα τὰς πατρίδας ὠφελήσαντες εἰς εὐδαιμονίαν. Id est: *Ex principum familiaritate fructum perceperunt Polybius & Panætius; qui, Scipionis adjuti favore, patriæ uterque suæ magnum ad felicitatem adjumentum adtulerunt.* Vide quæ de Polybii meritis in patriam mox deinde dicentur.

PAVSANIAS in Arcadicis, sive lib. VIII. cap. 30. Ὅσα μὲν δὴ Πολυβίῳ παραινοῦντι ὁ Ῥωμαῖος (Σκιπίων) ἐπείθετο, ἐς ὀρθὸν ἐχώρησεν αὐτῷ· ἃ δὲ οὐκ ἠκροᾶτο διδάσκοντος, γενέσθαι οἱ λέγουσιν ἁμαρτήματα. Id est: *Sane, quæ Polybii monitu gessit Scipio, bene ei & feliciter cesserunt: in quibus vero minus se dicto illius audientem præbuit, in iis offendisse dicunt.* Spectare potissimum videtur res, ad Carthaginem gestas, de quibus proxime ante dixerat. Ceterum de Polybii conjunctione cum Scipione confer quæ paulo inferius de peregrinationibus ejusdem & de militia cum Romanis adferentur.

A. V. 592. 3. Demetrium, Seleuci Syriæ regis filium, Roma profugientem, ubi pro obside custodiebatur, consiliis suis regit. Polyb. XXXI. 19 sqq.

A. V. 594. 4. Polybii potissimum & Stratii causa, Achæi per legatos deprecantur apud Senatum Rom. pro reditu evocatorum; nec tamen impetrant. Polyb. XXXII. 7. sub fin.

A. V. 597. 5. Gratia sua apud principes Romanorum, Polybius Locros levat onere & sumtu militiæ adversus Dalmatas. Polyb. XII. 5.

A. V. 604. 6. Exsulibus Achæis, intercedente apud Catonem Scipione in gratiam Polybii, conceditur tandem, anno decimo septimo, postquam evocati erant, reditus in patriam. Plutarch. in Cat. Maj. cujus verba inseruimus inter Reliquias Historiar. Polybii lib. XXXV. 6.

VI. *Pe-*

VI. *Peregrinationes Polybii & militia cum Romanis.*

1. Viſendi ſtudio ac veritatis cognoſcendæ, ut judicare poſſet ea, quæ de Hannibalis tranſitu per Alpes narrabantur, ipſe Polybius iter per Alpes ſuſcepit. Polyb. III. 48. Peregrinationes.

2. In peragranda Africa, Hiſpania, Gallia, marique externo quod illas regiones adluit, multa pericula adiit, multosque labores exantlavit, hoc conſilio, ut veterum ignorantiam circa illas partes corrigeret, & illos quoque tractus orbis terrarum Græcis hominibus notos faceret. Polyb. III. 59.

Vtrum Scipionem, ante primum conſulatum ſtipendia paſſim facientem, & nominatim in Hiſpania A. V. 603. ſub Lucullo, tribuni militum munere fungentem, comitatus Polybius ſit, an poſt 604. demum Galliam Hiſpaniamque peragraverit, non dixerim. Potuerat certe, priuſquam etiam reditus in patriam concederetur, Scipionem in expeditionibus in alias terrarum partes comitari; nam, liberrimam ejus cuſtodiam apud Romanos fuiſſe, ſatis adparet. Et in pluribus bellis comitem ſociumque Scipionis Polybium fuiſſe, diſerte ait Arrianus in Tacticis, loco inferius proferendo, ubi de Polybii Commentariis Tacticis dicemus. Potuit vero etiam itinera illa ſuſcipere Polybius, poſtquam, plenam nactus A. 604 libertatem, turbata omnia domi in Achaia invenit, & cives ſuos vidit conſilia ſua praefracte adſpernantes. Conf. quæ mox dicentur n. VII. 1. Quodſi integræ ad nos Polybii Hiſtoriæ perveniſſent, plura de ejus vita ſciremus. conf. lib. III. 5, 13.

3. Conſuli Scipioni, anno 607 & initio anni 608. Carthaginem oppugnanti expugnantique, comes ac ſocius bellicorum laborum adſuit. Vide Reliquias Hiſtoriar. Polybii lib. XXXIX. cap. 3. ex Appiano, & quæ ex Plutarcho & Ammiano Marcell. adferimus in Militia cum Romanis. A. 607 ſq.

Spici-

Spicilegio Fragmentorum Polybii ex libro XXXIX. Eodem pertinere videtur id quod ex Pauſan. VIII. 30. paulo ante adtulimus, & quod in inſcriptione ſtatuæ Megalopolitanæ (Pauſ. ibid.) Polybius σύμμαχος Ῥωμαίων, *belli ſocius Romanorum*, dicitur. Sub idem tempus Africæ oram luſtravit, teſte PLINIO Hiſt. Nat. lib. V. cap. 1. ubi, *Scipione Aemiliano*, ait, *res in Africas gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta claſſe, ſcrutandi illius orbis gratia circumvectus*, &c. Conf. Spicileg. ex Polybii libro XXXIV.

4. De peregrinatione Aegyptiaca vide inferius, n. VIII. 2.

VII. *Merita in Patriam poſt reditum, & honores eo nomine habiti Polybio.*

Merita in patriam. A. V. 604. 1. Poſt conceſſum Achæis exſulibus reditum in patriam, ipſe etiam Polybius in Achaiam rediiſſe videtur, & popularibus ſuis de ſervanda inter ſe concordia & de colenda majeſtate populi Romani ea *conſilia* dediſſe, *quibus ſi paruiſſent*, (ut fert alia inſcriptio apud Pauſan. VIII. 37.) *calamitatem erant effugituri*, in quam paulo poſt inciderunt.

A. V. 608. 2. Ab excidio Carthaginis ex Africa in Peloponneſum advolavit, ut opem aliquam ruenti patriæ adferret. Ac videtur expugnata demum Corintho adveniſſe, ut monuit Valeſius in Notis ad Eclogam illam de Virt. & Vitiis, quam nos in Reliquiis Hiſtoriarum Polybii poſuimus lib. XL. cap. 10. Conf. XL. 7. Ibi tum apud Imperatorem Romanum & decem legatos honores Philopœmenis & Arati, virorum de Achæis immortaliter meritorum, defendit, impetravitque ut eorum ſtatuæ, cum jam ablatæ eſſent, ſuis locis reponerentur. Quo nomine ipſi Polybio ab Achæis marmorea ſtatua poſita eſt. Polyb. XL. 8. Mox abſtinentiæ nobile edidit ſpecimen. ibid. cap. 9.

3. Poſt

5. Post discessum legatorum Romanorum ex Achaia, Polybius, ex eorum mandato urbes Peloponnesi obiens, controversias earum judicavit, leges eis scripsit, civitatesque ordinavit: in quo negotio ita se gessit, ut summo beneficio ab illo adfectos omnes se profiterentur, & certatim statuis aliisque honoribus eum prosequerentur. Polyb. XL. 10.

Merita in patriam. A. V. 609 sq.

PLVTARCHI locum ex Præcept. Polit. p. 814. jam supra retulimus ad n. V. 2.

PAVSANIAS in Arcadicis, f. lib. VIII. cap. 30. Ἑλλήνων ὁπόσαι πόλεις ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὕραντο αὗται Πολύβιόν σφισι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. Id est: *Civitates quotquot Achæis erant contributæ, Polybium nactæ sunt a Romanis rerum suarum publicarum auctorem, & legum latorem.*

IDEM ibid. Μεγαλοπολίταις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ περιβόλου τοῦ ἀνειμένου τῷ Λυκαίῳ Διὶ ἀνὴρ ἐπειργασμένος ἐπὶ στήλῃ, Πολύβιος Λυκόρτα. Γέγραπται δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἐπ᾽ αὐτῷ, λέγοντα, ὡς ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν πλανηθείη, καὶ ὅτι σύμμαχος γένοιτο Ῥωμαίων, καὶ παύσειεν αὐτοὺς ὀργῆς ἐς τὸ Ἑλληνικόν. Id est: *Megalopoli in foro, post septum illud, quod est Jovi Lycæo dicatum, columnæ insistit viri statua, Polybii, Lycortae filii. Inscriptique sunt versiculi, declarantes, perlustrasse illum terras ac maria omnia, belli socium fuisse Romanorum, iramque eorumdem in Graecos placasse.*

Statuæ.

IDEM lib. VIII. cap. 37. Ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ (τύπῳ τῷ ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Δεσποίνης ἱεροῦ, εἰργασμένος ἐστὶν) Πολύβιος ὁ Λυκόρτα, καὶ οἱ ἐπίγραμμα ἐστίν. Ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἂν σφαλῆναι τὴν Ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπείθετο, καὶ ἁμαρτούσῃ δι᾽ ἐκεῖνον βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνον. Id est: *Quarta figura, (quæ in porticu*

Statuæ. *ticu eſt ad Dominæ deæ templum prope Acaceſium urbem in Arcadia) Polybius eſt, Lycortae filius, habetque inſcriptionem in hanc ſententiam: Et initio calamitatem effugituram fuiſſe Graeciam, ſi Polybii monitis per omnia paruiſſet; et deinde, poſtquam peccavit, illi uni ſalutem ſuam debere.*

IDEM, VIII. 9. Ἔστι Μαντινεῦσι ναός. . . Ἐνταῦθα ἀνὴρ ἐπείργασται στήλῃ, Πολύβιος ὁ Λυκόρτα. Id eſt: *Mantineæ in templo ſtatua eſt, columnæ inſiſtens, Polybii Lycortæ filii.*

IDEM, VIII. 44. Ἐν Παλλαντίῳ Κόρης τῆς Δήμητρός ἐστιν ἱερὸν, καὶ οὐ πολὺ ἀποτέρω Πολυβίου σφίσι (ταῖς Παλλαντίοις) ἀνδριάς ἐστί. *Pallantii, haud procul a Proſerpinæ fano, Polybii ſtatua eſt.*

IDEM, VIII. 48. (Ἐν Τεγέᾳ) πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Εἰλειθυίας, ἐστὶ Γῆς βωμός· ἔχεται δὲ τοῦ βωμοῦ λίθου λευκοῦ στήλη, ἐπὶ δὲ αὐτῆς Πολύβιος ὁ Λυκόρτα. *Tegeæ, prope Lucinæ ædem, ara eſt Telluris, & proxime eam columna ex albo marmore, cui inſiſtit Polybii ſtatua, Lycortæ filii.*

VIII. *Reliqua Vitæ momenta.*

Reliqua vitæ momenta. 1. Poſt hæc Hiſtoriarum ſpiſſum opus, jam multo ante partim præparatum, partim etiam fortaſſe inchoatum, perfecit. Polyb. III. 1 - 5.

A. 611. 2. Peregrinationem ſuſcepit in Aegyptum, regnante Ptolemæo Phyſcone: (Polyb. apud Strab. cujus verba retulimus in Reliquiis Hiſtoriar. Polyb. lib. XXXIV. cap. 14.) ergo poſt annum urbis 608. quo Phyſcon fratri Philometori in regnum ſucceſſit. Crederes, comitatum fuiſſe Scipionem ſuum in illa legatione, quam ad inſpicienda ſociorum regna obivit, niſi

nisi Panætium unum omnino tunc Scipioni comitem fuisse, Cicero doceret, Acad. Quæst. II. 2.[c])

Reliqua vitæ momenta.

3. Anno Vrbis 620 Scipionem, iterum consulem, videtur in Hispaniam esse comitatus, indeque occasionem cepisse, Belli Numantini historiam, perfecto jam reliquo perpetuarum Historiarum opere, memoriæ prodendi. Confer. Ciceronem ad Famil. V. 12. cujus verba infra in Testimoniis de Scriptis Polybii num. III. adposuimus. A. 620.

IX. *Obitus Polybii.*

LVCIANVS in Macrobiis cap. 23. T. III. edit. Hemsterh. & Reiz. p. 225. Πολύβιος ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ᾽ ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Id est: *Polybius, Lycortæ filius, Megalopolitanus, rure rediens ex equo cecidit; & inde ægrotans, diem obiit annos natus octoginta duo.* circa A. V. 634.

c) Legatio ista, quam Simsonus in Chronico Vniversali, Valerium Maximum secutus, in annum urbis 624. conjecit, rectius (ut videtur) a Freinshemio (in Supplem. Liv. lib. LIII. §. 19 sqq.) ad consules anni 611. relata est; quandoquidem *ante censuram obiisse eam* Cicero scribit loc. cit. censorem autem fuisse Scipionem A. V. 612. ex marmoribus Capitolinis Pighius docet. Fuerit ergo fortasse Polybius A. V. 611. in ordinandis Achaiæ civitatibus adhuc occupatus. Ceterum de eadem tamen Scipionis legatione, nescio qua parte historiarum suarum, quave occasione, verba fecisse Polybium discimus ex Athenæo lib. VI. p. 273. qui locus infra inter Fragmenta Historica Polybii num. LXI. proferetur.

TESTI-



TESTIMONIA VETERVM
DE
SCRIPTIS POLYBII.

I. HISTORIARVM MAGNVM OPVS, f. HISTORIA VNIVERSALIS.

1. *Librorum numerus.*

Hiſtoriarum libri XL.

STEPHANVS BYZANTINVS: Μεγάλη πόλις, πόλις Ἀρκαδίας, . . . ἀφ᾽ ἧς . . καὶ Πολύβιος, τεσσαράκοντα βιβλία γράψας. Id eſt: *Megalopolis, urbs Arcadiæ, . . ex qua oriundus . . Polybius, qui quadraginta libros conſignavit.* Hiſtoriarum libros dicit, quos ſæpe, adjecto libri numero, citavit hic grammaticus.

SVIDAS in Πολύβιος. Οὗτος ἔγραψε τὴν μακρὰν Ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν, ἐν βιβλίοις μ΄. Id eſt: *Hic prolixam illam Hiſtoriam Romanam ſcripſit Libris XL.* Eadem ex Suida habet EVDOCIA p. 351. Confer ipſum Polyb. lib. III. cap. 32, 2.

2. *Argumentum, ſive univerſe, ſive ex parte.*

Hiſtoriar. argumentum.

Τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, id eſt, *Antiquitates Romanas,* vel *vetuſtiſſimam populi Romani hiſtoriam, breviter attigiſſe Polybium,* teſtis eſt DIONYSIVS HALICARN. lib. I. cap. 6. et 7. edit. Sylburg. p. 5 ſq. Confer Reliquias Hiſtoriar. Polybii lib. VI. cap. 2.

PAVSANIAS in Arcadicis ſ. lib. VIII. cap. 30. Συνέγραψε δὲ ὁ Πολύβιος οὗτος καὶ ἄλλα ἔργα Ῥωμαίων, καὶ ὡς Καρχηδονίοις κατέστησαν ἐς πόλεμον· αἰτία δὲ [putem τε] ἥτις ἐγένετο, καὶ ὡς ὀψὲ οὐκ ἄνευ κινδύνων μεγάλων Ῥωμαῖοι * Σκιπίωνά τινα Καρχηδονιακὸν ὀνομάζουσι, τέλος τε ἐπιθέντα τῷ πολέμῳ,

πολέμῳ, καὶ τὴν Καρχηδόνα καταβαλόντα ἐς ἔδαφος. (Vbi corrupta vel mutila videbatur esse oratio, asteriscum inserui. Pro Ῥωμαῖοι Vrsinus in Fragmentis Polybianis Ῥωμαίοις edidit, quod tenuerunt Casaubonus & posteriores Editores Polybii.) Sententiam his verbis expressit interpres: *Scripsit Polybius hic & alias res gestas populi Romani, & bella cum Carthaginiensibus suscepta: quæ fuerit illorum causa, & quam spisse & vix multis defuncti periculis, civis cujusdam sui virtute, quem Scipionem Africanum cognomento appellarunt, excisa Carthagine, bellum Romani confecerint.* Historiar. argumentum.

ZOSIMVS, initio libri I. Historiarum: Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ᾽ αὐτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι᾽ αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων, ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις [imo πεντακοσίοις, ut monuit Casaub. in Comment. ad Polyb. I. 1, 5.] ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ᾽ ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης, ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην καταστήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ᾽ ἑαυτοὺς καταστῆσαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, αὐτόν τε, ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε, ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. Id est: *Polybius ille Megalopolitanus, res sui temporis notabiles memoriæ proditurus, recte se facturum existimavit, si per ipsas res gestas ostenderet, Romanos post urbem conditam sexcentis* [imo *quingentis*] *annis bella cum finitimis gerendo magnum imperium sibi non parasse. Verum post-*

Historiar. argumentum. *quam parte quadam Italiæ potiti essent, eademque post Hannibalis in Italiam transitum & cladem Cannensem excidissent, ac mœnibus ipsis hostes imminentes conspexissent; tantam ad fortunæ magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta & tribus annis non Italiam modo, sed universam quoque Africam imperio suo subjecerint, & Hispanos in deditionem acceperint. Deinde, majora etiam petentes, sinum Ionium transierunt, Græcos superarunt, & Macedonum sustulerunt imperium, ipsumque regem qui tunc erat Macedonum, vivum in potestatem redactum, Romam abduxerunt.*

EVAGRIVS, Histor. Eccles. lib. V. cap. ult. Αἱ δὲ κατὰ Ῥωμαίους πράξεις, πᾶσαν κοσμικὴν ἱστορίαν ἐν αὐταῖς περιλαμβάνουσαι, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο γέγονεν εἴτ᾽ ἐς αὐτοὺς διαιρουμένων, εἴ τε καὶ καθ᾽ ἑτέρων πραττόντων, πεπόνηται Διονυσίῳ μὲν τῷ Ἁλικαρνασσεῖ, ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων τὴν ἱστορίαν ἑλκύσαντι μέχρι τοῦ Ἠπειρώτου Πύῤῥου· ἐξ ἐκείνου δὲ, Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, καταγαγόντι ἕως τῆς Καρχηδόνος ἁλώσεως. Id est: *Romanorum res gestas, quæ totius prope terrarum orbis historiam complectuntur, & quæcunque vel ipsi inter se mutuo divisi vel contra alios gesserunt, Dionysius Halicarnasseus memoriæ prodidit, exorsus ab Aboriginibus qui dicuntur, & ad Pyrrhum usque Epirotarum regem historiam persecutus. Ab eo tempore Polybius Megalopolitanus usque ad expugnationem Carthaginis res populi Romani est persecutus.*

PHOTIVS in Biblioth. Cod. LXXXIII. p. 116 sq. edit. Hœschel. Διέξεισι (Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς) ἐν πολλῇ λεπτολογίᾳ τήν τε τῆς Ῥώμης οἴκισιν, καὶ τὴν Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου γέννησιν, καὶ ἁπλῶς ἐφεξῆς ἅπαντα μέχρι ὅτου Ῥωμαίοις ὁ πρὸς Πύῤῥον τὸν Ἠπειρώτην πόλεμος συνέστη. διέρχεται δὲ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, καὶ τελευτᾷ εἰς τὴν ρ΄ καὶ κη΄ Ὀλυμπιάδα, ἔτους ἐνεστηκότος αὐτῆς τρίτου· ἀφ᾽ ἧς καὶ φησιν

φησιν ἀπάρξασθαι τὸν Μεγαλοπολίτην Πολύβιον τῆς ἱστορίας. Id eſt: *Multa ſubtilitate Dionyſius Halicarnaſſeus & incunabula urbis Romæ, & Remi Romulique nativitatem, & omnino omnia deinde ordine perſecutus eſt, uſque ad id tempus, quo cum Pyrrho Epirota coortum Romanis bellum eſt. Ipſumque illud etiam bellum exponit, & deſinit in annum tertium Olympiadis* CXXVIII. *A qua Olympiade ait Polybium Megalopolitanum inchoaſſe Hiſtoriam.* — Recte: namque ſub finem Olymp. CXXVIII. A. V. 489. Mamertini Romanos in Siciliam advocarunt, unde Hiſtoriam ſuam incipit Polybius. Vide lib. I. cap. 7. coll. cap. 10 ſeqq. Hiſtoriar. argumentum.

De argumento Hiſtoriarum Polybii SVIDAS, & cum eo EVDOCIA, hæc habent: Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς φυγῆς Κλεομένους τοῦ Σπαρτιάτου, καὶ Φιλίππου τοῦ Περσέως πατρὸς, [d]) τῇ διαδοχῇ τῶν Μακεδόνων τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτων Ῥωμαίων. Id eſt: *Incipit* (*Polybius Hiſtoriam ſuam*) *a fuga Cleomenis Spartani & a Philippo, Perſei patre; Macedonum ſucceſſioni res, a Romanis geſtas, ordine ſubnectens.*

Reliqua *Auctorum teſtimonia*, quibus ſingulæ quædam particulæ Hiſtoriarum Polybii laudantur citanturve, partim in *Adnotationibus* ad ipſas Hiſtorias, ſuo quæque loco, ad quem pertinent, indicabuntur; partim *Reliquiis librorum deperditorum* a nobis jam ſuis locis inſerta ſunt; partim in ceteris *Fragmentis ex libris*

d) Sic correxi, cum mendoſe vulgo & apud Suidam & apud Eudociam Περσέως υἱοῦ legeretur: quem errorem ex vitioſo codice imprudens propagavit quidem Eudocia, ipſe Suidas errare vix potuit. Kuſterus ſcribere ſuppleréque juſſerat, καὶ μέχρις Περσέως τοῦ Φιλίππου υἱοῦ, vertitque, *& pertexit usque ad Perſeum, Philippi filium.* Ceterum, quod a Cleomenis fuga & a Philippo, Macedoniæ rege, Hiſtoriam ſuam inchoaſſe Polybium Suidas ait, non ita male habet: inde nempe initium fecit Polybius uberioris & propriæ ac principalis ſuæ Hiſtoriæ, quæ cum tertio libro incipit. Confer lib. II. cap. 69 extr. & cap. 70 extr. Ac fortaſſe ex ipſo hoc loco, II. 70, 8. ſcripſerat vel ſcribere Suidas voluerat καὶ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου υἱοῦ, aut ex I. 3, 1. καὶ Φιλίππου τοῦ Περσέως μὲν πατρὸς, Δημητρίου δὲ υἱοῦ.

bris deperditis, aut in *Spicilegio Fragmentorum ex certis libris decerptorum*, proferentur.

3. *Stylus Polybii.*

Stylus. Stylum Polybii haud ſatis concinnum judicavit DIONYSIVS HALICARNASSEVS, in libro περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων, id eſt, de Compoſitione vel Structura verborum, cap. 4. Tom. V. edit. Reisk. p. 28. et p. 29 ſq. (edit. Sylb. Tom. II. p. 5.) Μείζονα ἰσχὺν ἔχει τῆς ἐκλογῆς (τῶν ὀνομάτων) ἡ σύνθεσις. . . Καὶ τούτῳ μάλιστα διαλλάττει ποιητής τε ποιητοῦ, καὶ ῥήτωρ ῥήτορος, τῷ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα. Τοῖς μὲν οὖν ἀρχαίοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ ἐπίδοσις ἦν αὐτοῦ, παρ᾽ ὃ καὶ καλά ἐστιν αὐτῶν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη καὶ οἱ λόγοι· τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι, πλὴν ὀλίγων. Χρόνῳ δ᾽ ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη, καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων· τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος διελθεῖν. Φύλαρχον λέγω, καὶ Δοῦριν, καὶ Πολύβιον, καὶ Ψάωνα κ. τ. λ. Id eſt: *Majorem vim, quam ſelectus verborum, habet verborum compoſitio*, (i. e. *ordinatio atque ſtructura.*) . . *Antiquis igitur propemodum omnibus magnæ illa res curæ fuit; quo factum eſt, ut pulcra ſint eorum carmina, pulcri verſus lyrici, pulcræ ſolutæ orationes: recentioribus vero, paucis exceptis, non adeo. Ac poſtea, ſequentibus temporibus, omnino illa res negligebatur; nemoque aut eam eſſe neceſſariam, aut orationis venuſtati quidquam conferre exiſtimabat. Quo factum eſt, ut ea poſt ſe conſcripta reliquerint volumina, quæ nemo ſuſtinuerit ad finem uſque perlegere: Phylarchum dico, & Durim, & Polybium, & Pſaona*, &c. Hæc Dionyſius. Ac ſane, non nimis comptam nec molliter admodum cadentem eſſe Polybii orationem, ne ſummus quidem Scriptoris hujus admirator iverit inficias.

Cæte-

Cæterum ex omni numero eorum, qui, quas habemus hodie, Historiarum Polybii reliquias perlegerint, quæ multum abest ut dimidiam efficiant partem totius operis, paucos esse confido, quin ægerrime ferant librorum, qui periere, jacturam.

4. *Auctoritas & fides historica.*

CICERO de Officiis lib. III. cap. 32. *Polybius, bonus auctor in primis.* Fides historica.

LIVIVS lib. XXX. cap. 45. *Polybius, haudquaquam spernendus auctor.* — Optime vero Casaubonus ad Fragmenta Polybii docuit, esse figuratam orationem, qua utitur hoc loco Livius, quæ *μείωσις* vocatur, et *haudquaquam spernendum* hic poni pro *maximæ auctoritatis.* Confer Dukerum & Drakenborchium ad Livium loc. cit.

Idem LIVIVS XXXIII. 10. *Nos Polybium secuti sumus, non incertum auctorem, quum omnium rerum Romanarum, tum præsertim in Græcia gestarum.*

XIPHILINVS in Augusto, pag. 41. edit. Henr. Stephani. Ἀμείνων δ' ἂν ἦν καὶ ὁ Δίων, μὴ πέρα τοῦ δέοντος αὐτὰ (τὰ σημεῖα καὶ τέρατα) τεθηπὼς, ἀλλά τι καὶ Πολυβίῳ προσεσχηκώς· ὅστις ἅλωσιν γράψας τῆς Καρχηδόνος, καὶ τῆς Ἑλλάδος δούλωσιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων ἐκείνην ὑπὸ Ἀννίβου καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν, οὐδαμοῦ τερατολογῶν φαίνεται, οὐδὲ σημεῖα ταῖς λοιπαῖς πόλεσι πρὸ τῶν συμφορῶν γενόμενα διηγούμενος. Id est: *Multoque melius Dio fecisset, si illa (prodigia ac portenta) non esset supra modum admiratus, sed Polybium sibi proposuisset aliqua ex parte imitandum. Ille enim, historiam captæ Carthaginis & Græciæ in servitutem redactæ perscribens, itemque gravem illam diuturnamque cladem exponens, quam antea Romani ab Hannibale acceperant, nusquam tamen monstra ejusmodi referre,*

aut portenta, quibus calamitates ante ſignificatæ fuerint civitatibus, proferre deprehenditur.

Ceterum virtutes Hiſtoriarum Polybii non melius, quam ex ipſa lectione Reliquiarum, quæ de illis ex funeſta temporum clade ad nos pervenerunt, poterunt cognoſci. Inſigniora nonnulla loca indicabuntur in Indice noſtro Hiſtorico, artic. *Polybius*, et *Polybii Hiſtoria.*

5. *Continuatores, Obtrectator, & Epitomator Hiſtoriarum Polybii.*

Continuatores hiſtor. Polyb.

SVIDAS in Πολύβιος· Ἰστέον, ὅτι διαδέχεται τὴν Πολυβίου ἱστορίαν Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστής. Id eſt: *Sciendum eſt, Polybii Hiſtoriam continuari a Poſidonio Olbiopolita, ſophiſta.* Idem Suidas in Ποσειδώνιος, *iſtam continuationem Polybii, LII libris comprehenſam,* Ἱστορίαν τὴν μετὰ Πολύβιον, *Poſidonio Alexandrino, Philoſopho Stoico,* tribuit, *Zenonis Cittiei diſcipulo:* at mox tamen ſubjungit, καὶ οἶμαι, ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου σοφιστοῦ εἶναι, τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Id eſt: *ſed haec puto potius eſſe Poſidonii Olbiopolitæ, ſophiſtæ.* Confer Voſſium de Hiſtor. Græc. lib. I. cap. 24. et Fabric. Bibl. Græc. Tom. II. p. 409 ſq.

SVIDAS in Πολύβ. Ἔγραψε δὲ καὶ Στράβων Ἀμασεὺς τὰ μετὰ Πολύβιον, ἐν βιβλίοις μγ΄. Id eſt: *Scripſit et Strabo Amaſenſis Hiſtoriam inde incipientem, ubi Polybius deſiit, libris XLIII.* Ejusdem operis ipſe STRABO meminit, lib. XI. p. 515 his verbis: Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστορικῶν Ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα. Id eſt: *Cum de legibus & inſtitutis Parthorum multa dixerimus in ſexto Hiſtoricorum Commentariorum libro, qui ſecundus eſt eorum, qui de Rebus, poſt Polybium geſtis, inſcribuntur, nunc ea prætermittemus.*

SVIDAS

SVIDAS in Σκύλαξ. Σκύλαξ Καρυανδεὺς (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνάσσου, τὰ Καρύανδα) μαθηματικὸς καὶ μουσικός. Περίπλουν τῶν ἐκτὸς τοῦ Ἡρακλέους στηλῶν.... Γῆς περίοδον. Ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν. Id est: *Scylax Caryandensis (Caryanda urbs Cariæ est, prope Halicarnassum) Mathematicus & Musicus. Scripsit Periplum locorum extra Columnas Herculis. . . Terræ periodum. Librum adversus Polybii Historiam.* Conf. Vossium de Hist. Græc. lib. I. cap. 19. & Fabric. Bibl. Græc. T. III. p. 32. & T. II. p. 761. Obtrectator.

SVIDAS in Βροῦτος· Βροῦτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, ἔγραψεν Ἐπιστολὰς, καὶ τῶν Πολυβίου τοῦ ἱστορικοῦ βίβλων Ἐπιτομήν. Id est: *Brutus, prætor Romanus, scripsit Epistolas, & Epitomen Historiarum Polybii.* Et PLVTARCHVS in Marco Bruto, p. 985. edit. Wechel. Αὐτὸς (Μάρκος Βροῦτος) ἄχρι τῆς ἑσπέρας ἔγραφε, συντάττων Ἐπιτομὴν Πολυβίου. Id est: *(In castris Pompeji, ante pugnam Pharsalicam, M. Brutus) usque ad vesperam scripsit, Polybii Compendium concinnans.* Epitomator.

II. DE VITA PHILOPOEMENIS.

De Vita & rebus gestis Philopœmenis tres libros separatim edidisse Polybium, priusquam universam Historiam conscriberet, ex ipso discimus Historiar. lib. X. cap. 24. Philopœmen.

III. HISTORIA BELLI NVMANTINI.

CICERO ad Famil. lib. V. Epist. 12. ad Lucceium: *Deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella sepa-* Bellum Numant.

paraverunt, ita tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungeres.

IV. TACTICA.

Tactica. *Commentariorum suorum* περὶ τὰς Τάξεις, id est, *Tacticorum*, ipse mentionem fecit Polybius lib. IX. cap. 20. ad quem locum vide, quæ notamus.

Eorumdem meminit ARRIANUS in Tacticis, ipso initio, quod quidem truncatum ad nos pervenit, tali fere ratione supplendum: [Τακτικὰ ἔγραψε Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης, καὶ Ἀλέξανδρος] ὁ Πύῤῥου παῖς, καὶ Κλέαρχος... Καὶ μὴν καὶ Πανσανίου ἐστὶ συγγράμματα περὶ τούτων. Εὕροις δ' ἂν καὶ Εὐαγγέλου· ἀλλὰ καὶ Πολυβίου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς καὶ Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίῳ ξυνεγένετο, πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους διαπολεμοῦντι ἄλλους τε, καὶ ἐν ᾧ καὶ Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ εἷλέν τε καὶ ἠνδραπόδισεν. Id est: *Tacticam artem scripsit Pyrrhus Epirota, & Alexander Pyrrhi filius, & Clearchus... Est vero etiam Pausaniæ liber de eodem argumento: reperiturque porro Evangeli, itemque Polybii Arcadis, qui Scipioni Romano comes adfuit, bella multa magnaque gerenti, cum alia, tum illud, quo Carthaginem, Africæ urbem, cepit & Romano imperio subjecit.*

AELIANUS in Tacticis, cap. 1. Πύῤῥος τε ὁ Ἠπειρώτης Τακτικὰ συνέγραψε, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τούτου υἱὸς, καὶ Κλέαρχος. ἔτι δὲ Πανσανίας, Εὐάγγελός τε, καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀνὴρ πολυμαθὴς, Σκιπίωνι συγγενόμενος. Id est: *Pyrrhusque Epirota Tactica conscripsit, & ejus filius Alexander, & Clearchus: Pausanias insuper, & Evangelus, & Polybius Megalopolitanus, vir multifariæ eruditionis, qui cum Scipione vixit.*

Idem AELIANUS Tactic. cap. 3. Ὅρον τῆς Τακτικῆς ἔθεντο, Αἰνείας μὲν, ἐπιστήμην εἶναι πολεμικῶν

λεμικῶν κινήσεων· Πολύβιος δὲ, ἄν τις πλῆθος τακτικὸν παραλαβὼν, τοῦτο συγκρίνῃ, καὶ καταλοχίσας συλλοχίσῃ, παιδεύσῃ τε χρησίμως τὰ πρὸς τὸν πόλεμον. e) Id eſt: *Tacticam Aeneas definivit, quod ſit ſcientia motuum bellicorum; Polybius vero ita: ſi quis ordinandam multitudinem accipiens, inſtituta comparatione per decurias centuriaſve eam diſtribuat, decuriaſque ac centurias rurſus in unum colligat, edoceatque ea, quæ ad uſum belli conducibilia ſunt.* Tactica.

Rurſus AELIANVS ibid. cap. XIX. p. 37. edit. Arcerii: Τούτῳ τῷ σχήματι τῆς ἴλης (ὥστε τοὺς ἐν ῥόμβῳ κατατεταγμένους ἱππέας μήτε στοιχεῖν, μήτε ζυγεῖν κ. τ. λ. *ibid. p.* 36.) κέχρηται Πολύβιος, ἀνδρῶν ξδ΄. ἐν σχήματι τοῦ Λ στοιχείου. Id eſt: *Hac turmæ forma* (ſcil. *ut equites, in rhombi formam ordinati, neque verſarent, neque jugarent*, i. e. neque a lateribus, neque in directione a parte anteriore ad poſteriorem, proxime ſeſe invicem tangerent,) *uſus eſt Polybius viris LXIV, in figuram literæ Græcorum* Λ (id eſt, in quincuncis formam) *diſpoſitis.*

V. DE HABITATIONE SVB AEQUATORE libellus. f)

GEMINVS in Εἰσαγωγῇ εἰς τὰ Φαινόμενα ſ. in Elementis Aſtronomiæ, Cap. 13. in Petavii Vranologio ſ. de Doctrina Temporum Tomo III. p. 31 ſq. De habitatione ſub Aequatore.

B 5 Πολυ-

e) Sintne hæc adcurate ex Polybio transſcripta, dubitare licebit. Ceterum πλῆθος τακτικὸν *ordinandam multitudinem* reddidit interpres. Id vero τακτέον foret. Neſcio an τακτικὸν πλῆθος ſit *multitudo militaris*, ſicut τακτικῶς Suidas interpretatus eſt στρατιωτικῶς. An potius ἄτακτον ſcribendum? Sic paulo ante ipſe Aelianus: Τὸ μὲν (forſan Τοῦ μὲν οὖν ἐν τῇ τακτικῇ πρωτοστατοῦντος (ſive προστατοῦντος cum Arcerio malis) ἐστὶ, παραλαβόντα πλῆθος ἄτακτον, τοὺς ἐπιτηδείους ἐκλεξάμενον, καθ᾽ ἣν ἕκαστον προσήκει χώραν συντάξαι, τοῦτ᾽ ἔστι καταλοχίσαι καὶ συλλοχίσαι, ἀριθμόν τε τοῦ παντὸς πλήθους ὁρίσαι σύμμετρον, καὶ εὐχρήστως ἔχοντα πρὸς τὰ κατὰ πόλεμον.

f) Libellus ille fortaſſe non niſi pars fuerit *Libri XXXIV. Hiſtoriarum*, in quo *Geographica* ex profeſſo tractavit Polybius.

De habitatione sub Aequatore.

Πολύβιος, ὁ ἱστοριογράφος, πεπραγμάτευται βιβλίον, ὃ ἐπιγραφὴν ἔχει, περὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσημερινὸν οἰκήσεως· αὕτη δέ ἐστιν ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ. καί φησιν, οἰκεῖσθαι τοὺς τόπους, καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν οἴκησιν τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκούντων. καὶ ἃ μὲν ἱστορίας φέρει τῶν κατωπτευκότων τὰς οἰκήσεις, καὶ ἐπιμαρτυρούντων τοῖς φαινομένοις· ἃ δὲ ἐπιλογίζεται ἐπὶ τῆς φυσικῆς περὶ τὸν ἥλιον ὑπαρχούσης κινήσεως. Ὁ γὰρ ἥλιος περὶ μὲν τοὺς τροπικοὺς κύκλους πολὺν ἐπιμένει χρόνον κατὰ τὴν πάροδον (al. πρόσοδον) τὴν πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὴν ἀποχώρησιν· ὥστε σχεδὸν ἐφ᾽ ἡμέρας μ΄. μένει πρὸς αἴσθησιν ἐπὶ τροπικῶν κύκλων, δι᾽ ἣν αἰτίαν τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν σχεδὸν ἐφ᾽ ἡμέρας μ΄. ταὐτὰ διαμένει. ὅθεν ἐπιμονῆς γινομένης πρὸς τὰς οἰκήσεις τὰς κειμένας ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς, ἀνάγκη ἐκπυροῦσθαι τὴν οἴκησιν καὶ ἀοίκητον γίνεσθαι διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολήν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου ταχείας συμβαίνει τὰς ἀποχωρήσεις γίνεσθαι. ὅθεν καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν περὶ τὰς ἰσημερίας μεγάλας λαμβάνει τὰς παραυξήσεις. Εὔλογον οὖν καὶ τὰς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κειμένας οἰκήσεις εὐκρατοτέρας ὑπάρχειν, ἐπιτολῆς μὲν γινομένης ἐπὶ τοῦ κατὰ κορυφὴν σημείου, ταχέως δὲ ἀποχωροῦντος τοῦ ἡλίου. πάντες γὰρ μεταξὺ τῶν τροπικῶν κύκλων οἰκοῦντες παρὰ τὴν πάροδον ὁμοίως κεῖνται τοῦ ἡλίου· πλείονας δὲ χρόνους ἐπιμένει τοῖς περὶ τοὺς τροπικοὺς οἰκοῦσι. δι᾽ ἣν αἰτίαν εὐκρατοτέρας εἶναι συμβέβηκε τὰς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεις, αἵ τινες κεῖνται ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ, τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης οἰκούντων, οἵτινες ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς κύκλους κεῖνται. Id est: *Polybius Historicus conscripsit librum, qui inscribitur, de Habitatione circa Aequinoctialem (s. Aequatorem.) Hæc autem est in media torrida Zona. Atque dicit, habitari hæc loca, & habere*

habere magis temperatam habitationem, quam habent ii, qui circa extremitates torridæ Zonæ habitant. Ac partim historias adfert eorum, qui viderant has habitationes, & testimonium præbebant apparentiis; partim ratiocinatur ex naturali solis motu. Sol enim circa tropicos circulos longo commoratur tempore, secundum accessum ad eos & discessum, ut fere ad dies quadraginta maneat quoad sensum in tropicis circulis; quam ob caussam magnitudines dierum fere ad dies quadraginta manent eædem. Igitur quum diutius moretur ad illas habitationes, quæ sunt sitæ sub Tropicis, necesse est, ut ardore torreatur hæc habitatio, atque inhabitabilis fiat, propter æstus excessum. At ab Aequinoctiali circulo veloces sunt discessus: unde etiam magnitudines dierum circa Aequinoctia magna capiunt incrementa. Consentaneum est igitur, eas etiam habitationes, quæ sunt sitæ sub Aequatore, magis esse temperatas; cum ascensio quidem fiat super puncto verticali, sed velociter sol recedat. Omnes enim, qui inter Tropicos circulos habitant, pariter quidem habent solem super caput transeuntem; sed diutius sol apud eos commoratur, qui circa Tropicos habitant. Quam ob caussam temperatiores sunt eæ habitationes, quæ circa Aequatorem sunt & media in Zona torrida sunt sitæ, quam sunt eorum habitationes, qui circa extremitates torridæ Zonæ & sub Tropicis habitant.

Habitatio sub Aequatore.

STRABO lib. II. p. 97. Ἐρατοσθένει, φήσαντι, ὅτι ἡ ὑποπίπτουσα ζώνη τῷ ἰσημερινῷ ἐστὶν εὔκρατος, καὶ ὁ Πολύβιος ὁμοδοξεῖ. προστίθησι δ' οὗτος καὶ διότι ὑψηλοτάτη ἐστί· διόπερ καὶ κατομβρεῖται, τῶν βορείων νεφῶν κατὰ τοὺς ἐτησίους ἐκεῖ τοῖς ἀναστήμασι προσπιπτόντων πλείστων. Id est: *Eratostheni, dicenti, plagam, æquatori subjectam, temperatam esse, adsentitur etiam Polybius. Addit vero hic etiam, esse eamdem altissimam, atque ob eam caussam imbribus rigari, quando flantibus etesiis nubes a borea plurimæ locis eminentibus adpelluntur.*

STRA-

Zonæ ſex. STRABO lib. II. p. 96. Πολύβιος ποιεῖ ζώνας ἕξ· δύο μὲν τὰς τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπιπτούσας, δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν, καὶ δύο τὰς μεταξὺ τούτων καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ. Id eſt: *Polybius Zonas facit ſex: duas, quæ ſub circulis Arcticis ſunt; duas, quæ inter has & Tropicos; duas, quæ inter Tropicos & Aequatorem.*

ACHILLES TATIVS in Iſagoge in Phænomena, cap. 31. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ζωνῶν πολλὴ διαφωνία γέγονεν. Οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς εἶπον· ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες. Id eſt: *De Zonarum numero magna diſſenſio eſt. Nam alii ſex Zonas numerant: ut Polybius & Poſidonius, qui torridam Zonam in duas dividunt.*

SPICI-

SPICILEGIVM RELIQVIARVM EX CERTIS LIBRIS HISTORIARVM POLYBII.

SPICILEGIVM RELIQVIARVM EX CERTIS LIBRIS HISTORIARVM POLYBII.

EX LIBRO VI.

Olympiadum ratio.

Ad Libri VI. caput 2. v. 1. referri potest id, quod habet GEORGIVS SYNCELLVS in Chronographia p. 195 sq. Ὀλυμπιὰς δέ ἐστι παρ' Ἕλλησι τετραετηρικὸς χρόνος· οὗ κατὰ συμπλήρωσιν, ἀρχομένου τοῦ ε'. ἔτους, ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἤγετο. . . Τὸν δὲ ἀγῶνα τετέλεκεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ. ἑκάτεροι δὲ Ἡρακλεῖδαι. τότε δὲ ἀγὼν σταδίου ἦν μόνον, καὶ οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος, ἀμελούντων τῶν τηνικάδε. Ὀγδόῃ δὲ καὶ εἰκάδι Ὀλυμπιάδι Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν. Ταῦτα Ἀριστόδημος ἱστορεῖ, καὶ συνᾴδει τούτῳ Πολύβιος. Id est: *Olympias apud Græcos tempus est quatuor annorum; quo completo, ineunte anno quinto, certamen Olympicum celebrabatur... Certamen autem instituit Iphitus Heraclides, cum Lycurgo cognato suo; ambo quippe Heraclidæ erant. Tum vero solum stadii certamen erat, & nullius victoris nomen mandatum est annalibus; negligentibus rem eis qui eo tempore fuerunt. Octava autem & vicesima Olympiade Corœbus Eliensis scriptus est, qui stadio vicit; & Olympias ea prima constituta est, a qua Græci putant in designandis temporibus aliquid certi se constituere posse. Hæc Aristodemus narrat, & consentit cum eo Polybius.*

Eadem

Eadem fere in Reliquiis Chronicorum EVSEBII lib. I. p. 39. exhibet Scaliger in Thesauro Temporum.

EX LIBRO VII.

A. V. 539. Capua defi-cit a Rom. Ad lib. VII. cap. 1. referendum Fragm. apud SVIDAM in Καπύη. Ἡ δὲ Καπύη, μεταθεμένη πρὸς Καρχηδονίους, τῷ βάρει συνεπεσπάσατο καὶ τὰς ἄλλας πόλεις.[a]) *Capua autem, cum ad Carthaginienses defecisset, pondere suo alias etiam urbes secum traxit.*

EX LIBRO VIII.

A. V. 542. Tarentus & Thurii. I. Ad cap. XXVI. libri VIII. Suidas in Προσπεσόντων. Πολύβιος· Προσπεσόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα καὶ τοὺς Θουρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη.[b]) *Nuncio hujus rei Tarentum & Thurios perlato, indignari cœpit multitudo.*

* * *

Syracusæ captæ. II. Ad cap. XXXVII. Præter duo Fragmenta, quæ de *captis Syracusis* ibi adferuntur, ad idem argumentum pertinent etiam alia, partim ab eodem Suida, e quo duo illa ducta sunt, partim ab HERONE in libello *de repellenda Obsidione* conservata, & tali fere modo secundum rerum gestarum seriem ordinanda.[c])

*

1. Ἐξηριθμήσατο τοὺς δόμους· ἦν γὰρ [ὁ πύργος] ἐκ συννόμων λίθων ᾠκοδομημένος, ὥστε καὶ λίαν εὐσυλλόγιστον εἶναι τὴν ἀπὸ γῆς τῶν ἐπάλξεων ἀπόστασιν. Id est: *Numeravit ordines lapidum: erat enim ex similiter cæsis lapidibus [turris] ædificata, ita, ut*

a) Quamquam Polybii nomen Fragmento isti non præfixit Suidas, recte tamen utique a Fulv. Vrsino inter Fragmenta Polybii p. 268 sq. relatum videtur.

b) Perspecte monuit Gronovius in Notis manuscriptis, referenda hæc ad nuncium supplicii, quod de fugitivis obsidibus Tarentinis sumtum est. Vide Livium XXV. 8. & 15.

c) Historiæ series ex Livio petenda lib. XXV. cap. 23 seq.

ut distantia pinnarum a terra facili ratione colligi posset. [d])

Syracusæ captæ.

2. Μαθὼν δὲ (ὁ Μάρκος) ἐξ αὐτομόλου, διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσιν (οἱ Συρακούσιοι) πάνδημον [πανδημεὶ Hero] ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ· [e]) προσανανεωσάμενος τὴν τοῦ τείχους

d) Fragmentum istud, a Suida in Συννόμων absque Auctoris nomine prolatum, quin Polybii sit & ex historia captarum Syracusarum decerptum, nemo paulo studiosior Polybii lector, si Livii locum modo laudatum contulerit, dubitabit. De *muri* quidem altitudine tantum loquitur Livius; de quo si intelligenda sint Polybii verba, pro ᾠκοδομημένος fuerit ᾠκοδομημένον (nempe τὸ τεῖχος) corrigendum. Sed masculinum genus ad nihil aliud, nisi ad ὁ πύργος, *turris*, videtur posse referri. Atque si Plutarchi narrationem conferamus, in Marcello p. 308. edit. Wechelianæ, intelligemus, & muri, turri adjacentis, & ipsius etiam turris altitudinem conjectura permensum esse illum hominem, Marcelloque persuasisse, & in murum, & ex muro deinde ad ipsius turris pinnas haud difficili negotio escendere Romanos scalis admotis posse. Quam parum intellexerint Fragmentum illud editores Suidæ, notaveram in Emendationibus & Observationibus in Suidam, ante hoc biennium editis; & quamquam necdum succurrerat tunc animo historia, ex qua illud decerptum esset, monueram tamen, δόμους h. l. non esse *domos*, sed δόμους λίθων, id est, *ordines, series atque strata lapidum*. Confer Polybium nostrum lib. X. cap. 22, 7. & Iac. Gronov. ad Herodot. I. 179. & Wesseling ad Diodor. I. 64.

e) Priorem istam partem hujus Fragm. habet Suidas in Λιτοῖς, & diserte Suidam auctorem nominat; nos tria verba ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας inseruimus ex Herone de toleranda & repellenda obsidione, ubi eamdem historiam ex eodem Polybio eisdem verbis (tacito quidem, ut solet, nomine auctoris) exhibet ille scriptor Poliorceticus. In fine fragmenti, post δαψιλεῖ, adjicitur apud Suidam verbum πολιορκεῖ, scilicet ut uno verbo clauderetur periodus & integra fieret oratio, cum alia atque alia apud Polybium verba sequerentur; quæ brevitatis causa in unam vocem contraxit Lexicographus, sive Epitomator Polybii, ex quo illud Fragmentum transscripsit Suidas. Apud Heronem prorsus abrupta in voce δαψιλεῖ est oratio, & sequuntur continuo illa, Ταχὺ δὲ καὶ κλιμάκων &c. Mihi autem visum est, cum hoc Fragmento olim in continua Polybii historia proxime fere cohæsisse adeoque & nunc h. l. conjungendum illud, quod in Προσανανεωσάμενος atque etiam in Ἀνανεωσάμενος Suidas habet, utrimque quidem absque auctoris nomine, sed ita servans colorem styli Polybiani, ut jam Casaubonus inter Fragmenta Polybii illud referre non dubitaverit. Delatum fuerat ad Marcellum, (ut ex Livio discimus XXV. 23.) humiliorem opinione omnium esse murum, & vel mediocribus scalis superabilem.

Syracusæ captæ. χους ταπεινότητα, ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος. Id est: *Quum vero ex transfuga Marcellus cognovisset nunciante, festum publicum celebrare Syracusios in triduum, & cibis quidem parce uti propter penuriam, vino autem largius; recordatus humilitatis muri illius, constituit tentare spem.*



3. Ταχὺ δὲ καὶ κλιμάκων δύο συντεθεισῶν, ἐγένοντο κύριοι τῶν πύργων. f) Εἰς γὰρ τοὺς πύργους ἠθροισμένοι διὰ τὴν θυσίαν, οἱ μὲν ἀκμὴν ἔπινον, οἱ δ' ἐκοιμῶντο πάλαι μεθυσκόμενοι. Διὸ καὶ ἔλαθον αὐτοὺς ἀποκτείναντες. Id est: *Mox vero etiam, colligatis inter se duabus scalis, ipsis turribus* [ni potius, *ipsa turri*] *potiti sunt. Nam in turribus congregati propter festum, alii adhuc potabant, alii jam dudum ebrii somno erant oppressi. Quare imprudentes eorum occiderunt.*



4. Οὐδενὸς ἐπεγνωκότος τῶν πολιτῶν τὸ συμβαῖνον, διὰ τὴν ἀπόστασιν, ἅτε μεγάλης οὔσης τῆς πόλεως.

lem. *Haud spernenda res visa*, ait Livius, *sed occasio quærebatur: quam obtulit transfuga, nuncians, diem festum Dianæ per triduum agi* &c. Igitur tunc, puto, nuncio isto accepto, Marcellus, recordatus ejus rei, quæ de muro isto ad ipsum fuerat relatum, tentandam spem sibi factam statuit. Perperam vero omnino verbum προσανανεωσάμενος apud Suidam hoc loco exponitur per ἀνακαινίσας, ἀνεγείρας, *qui renovavit, qui instauravit.* Rectius, & unice convenienter huic loco, in artic. Ἀνανεωσάμ. ubi idem fragm. exhibetur, adjicitur altera interpretatio, ἀναμνησθεὶς, εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν, i. e. *qui recordatur, cui aliquid in mentem venit:* quo magis mirum est, etiam ibi retentam esse ab interpretibus latinis alteram istam & alienam ab hoc loco significationem, qui verterunt: *renovata ea muri parte, quæ humilis erat.* Eo, quem exposuimus, sensu, Polybius verbum ἀνανεώσασθαι usurpat lib. V. cap. 36, 7. & XV. 25, 7.

f) Apud Heronem hæc leguntur, & quæ sequuntur usque ἀποκτείναντες. Non autem τῶν πύργων, sed τοῦ πύργου, videtur fuisse scribendum. Primum enim omnium *unam præsertim turrim illam*, de qua supra dictum est, (conf. not. *d.*) *præ ceteris captam fuisse*, scripserat, puto, hoc loco Polybius. Sic & Plutarchus, qui haud dubie Polybium ob oculos habuit, ἔλαθεν, ait, οὐ μόνον τὸν πύργον κατασχών. De eis, quæ sequuntur in nostro hoc fragm. confer Livium initio cap. 24. ejusdem libri XXV.

πόλεως.[g]) Livius XXV. 24. *Magna pars ignara tanti mali erat, . . in vastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia.* Syracusæ captæ.

5. Τοὺς δὲ Ῥωμαίους θαῤῥεῖν συνέβαινε, κρατοῦντας τοῦ περὶ τὰς Ἐπιπολὰς τόπου.[h]) Id est: *Captis Epipolis, animus & audacia accessit Romanis.*

III. De *rebus a* CN. SCIPIONE *A. V.* 542. in HISPANIA *gestis*, quarum intercidit historia octavo Polybii libro olim comprehensa, unum Fragmentum reliquum inveni, conservatum a Suida in Κανθήλιος, laudato Polybii auctoris nomine. Σὺν γὰρ τοῖς ἐπιδεδεμένοις φορτίοις τὰ κανθήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὄπισθεν, προθέσθαι πρὸ αὐτῶν ἐκέλευσε τοὺς πεζούς. οὗ γενομένου, συνέβη παρὰ πάντας χάρακας ἀσφαλέστατον γενέσθαι τὸ πρόβλημα.[i]) Id est: *Clitellas cum oneribus, quæ eis illigata erant, sumere pedites jussit ex postremo agmine, & ante se ponere. Quo facto, effectum est munimentum, quovis vallo firmius.* A. V. 542. Cn Scipio in Hisp.

EX LIBRO IX.

I. Libro IX. inter cap. IX. & X. inserendum fuerit Fragmentum, conservatum ab HERONE nostro Poliorcetico p. 321. Τῶν Ῥωμαίων πολιορκούντων Τάραντα, A. V. 542 Bomilcar Tarenti.

g) Suidas in Ἀπόστασις, laudato auctore Polybio.

h) Suidas in Ἐπιπολὰς, tacito auctoris nomine. Sed Polybio deberi hoc fragmentum, jam viderat Valesius; qui tamen, nescio quo consilio sive casu, χωρίου edidit pro τόπου, quod habent omnes Suidæ editiones.

i) Totidem verbis idem Fragmentum exhibet Scholiastes Aristoph. ad Vesp. v. 170. nisi quod in fine ad nomen πρόβλημα omittit articulum, qui percommode abesse potest. Initio fragmenti Σὺν γὰρ scripsi pro Ἐν γὰρ, quod & apud Suidam & apud Scholiasten vulgo legitur. Cum apud utrumque ante ista verba præpositum nomen Πολύβιος legatur, finalis litera hujus vocabuli absorpsit puto initialem sequentis. Ceterum Suidasne ex Scholiaste, an hic ex illo hæc exscripserit, equidem non definiverim. Conf. Kusteri Præfationem ad Suidam pag. tertia. De re, quæ hoc fragmento nostro agitur, Livium consule lib. XXV. cap. 36.

Bomilcar Tarenti.

ραντα, Βουμίλκας ὁ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος εἰς τὸ συμμαχήσειν μετὰ δυνάμεως πλείστης, καὶ μὴ δὲ δυνηθεὶς ἐπικουρῆσαι τοῖς ἔνδον διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ περὶ τὴν στρατοπεδείαν, ἔλαθεν ἀναλώσας τὴν χρείαν. καὶ, μετὰ παρακλήσεως πρότερον ἀφικέσθαι ἐκβιασθεὶς καὶ ὑποσχέσεων μεγάλων, ὕστερον μετ' ἱκετηρίας τῶν ἔνδον ἀποπλεῦσαι ἠναγκάσθη. k) Id eſt: *Dum Tarentum Romani obſident, Bomilcar, claſſis præfectus Pœnorum, cum maxima militum manu auxiliatum Tarentinis profectus, quum nil juvare oppidanos poſſet propter Romanorum in communiendis tuendiſque caſtris diligentiam, ſenſim ſenſimque annonam omnem conſumſit. Itaque, qui antea & cohortationibus & magnis promiſſis expugnatus fuerat, ut Tarentum veniret, idem deinde ſupplicibus oppi-*

k) De re tota, quæ hic agitur, conferendus Livius XXVI. 20. Ceterum in Græcis non ſolum librariorum ope corrupta paſſim oratio eſt, ſed etiam ipſe Hero, cum memoriter iſta ex Polybio exſcriberet, duas res, tempore disjunctas, compoſuiſſe inter ſe videtur. Quo tempore hæc geſta ſunt, nondum Tarentum oppugnabant Romani, nec ad urbem caſtra communita habebant; quod deinde A. V. 545. a Fabio factum eſt, (vid. Polyb. X. 1. Liv. XXVII. 15.) qui loco opportuniſſimo in ipſis faucibus portus caſtra poſuit: & tunc quidem liberum erat mare, ut ait Livius, claſſe Punica Corcyram tranſmiſſa. Nunc vero præſidium Romanum, in arce incluſum, obſidione potius tenebatur a Tarentinis, quam Tarentinos oppugnabat. Et ad arcendos commeatus præſidii Romani accita ex Sicilia claſſis Punica erat: cui claſſi præfectum per ea tempora fuiſſe *Bomilcarem*, ex Livii lib. XXIII. 41. XXIV. 36. XXV. 27. diſcimus. Quare, licet in hac hiſtoria lib. XXVI. 20. præfecti claſſis nomen non diſerte expromſerit Livius, tamen haud dubie corruptum nomen Βορμίκλας, quod apud Heronem h. l. vulgo legitur, in Βουμίλκας vel Βομίλκας fuit mutandum. Deinde ad εἰς τὸ συμμαχήσειν intercidit participium ἀφικόμενος, πορευθεὶς, μεταπεμφθεὶς aut aliud ſimile; niſi, faciliori etiam medicina, vocabulum πλείστης, quod ſequitur, in πλεύσας mutandum & ex hoc corruptum ſtatuamus. Mox pro μὴ δὲ vel μηδὲ forſan μηδὲν ſcribendum. Tum, ubi eſt ἀναλώσας τὴν χρείαν, ferri quidem fortaſſe hoc poterit, ſed tamen χορηγίαν potius ſcripſerit Polybius. Sic idem Hero, eadem pag. 321. locum Polybii citans, qui eſt lib. I. cap. 18, 9. pro τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν, quod eſt apud Polybium, τὰς ἀναγκαίας χρείας ſcripſit. Denique, paulo inferius, ἀφικνεῖσθαι correxi, cum ἐφικνεῖσθαι perperam eſſet ſcriptum.

oppidanorum precibus, ut cum classe decederet, coactus est.

❖ ❖ ❖

II. Ad cap. XXVII. libri IX. ubi de *Agrigento* urbe agitur, referendum id, quod habet Stephanus Byzantinus in Ἀκράγαντες. Πολύβιός φησι, τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομᾶσθαι Ἀκράγης, διὰ τὸ εὔγειον.[l]) Id est: *Polybius ait, & fluvium & urbem a regione nomen obtinuisse* Ἄκρα Γῆς, (id est, *Praestantissima terrae*) *propter soli fertilitatem.* Origo nominis Agrigenti.

❖ ❖ ❖

III. Ξυνία, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ.[m]) Id est: *Xynia, urbs Thessaliæ. Polybius libro nono.* Stephanus Byzant. Xynia.

EX LIBRO X.

I. Fortasse lib. X. cap. XXXII. post v. 7. inserendum fuerit Fragmentum, ex historia infelicis obitus Marcelli desumtum, quod Suidas in Ἵμερος habet, tacito quidem auctoris nomine. Ἵμερος αὐτὸν εἰσῆλθε διάπυρος ἰδεῖν Μάρκελλον νεκρόν. Id est: *Desiderium eum* A. V. 546. Marcelli mors.

l) Pro Ἀκράγης, distinctis vocibus puto scribi debuerat Ἄκρα γῆς. Sententia ceterum satis plana; quamquam ab ea paulisper aberrasse videtur interpres Berkelius, qui sic habet: *Polybius perhibet, fluvium & urbem a regione Acrage, propter terræ fertilitatem, nomen obtinuisse.* Nullam Polybius regionem narrat, *Agragen* dictam: urbem & fluvium Agrigentum a circumjacentis soli fertilitate, ait, nomen obtinuisse Ἄκρα γῆς, (id est, τὰ ἄκρα τῆς γῆς, quod Dorica dialecto Ἄκρα γᾶς, & una voce Ἀκράγας, effertur.

m) In Fragmentis Polybii ex libro IX. diligentiam hoc fefellerat Vrsini & Casauboni: primus illud ex Stephano depromsit Gronovius. Sed operarum errore Συνία editum erat pro Ξυνία, quem errorem repetiit editio Ernestina. Itaque quum Συνία nusquam apud Stephanum reperirem, neque vero de Ξυνία cogitarem tunc, quum Reliquias libri noni prelo subjicerem, prætermittendum ibi hoc Fragmentum duxeram. Livio plurali numero, *Xyniæ*, effertur hujus oppidi nomen, XXXII. 13. XXXIII. 3. XXXIX. 26.

eum [*Hannibalem* puta] *ardens incessit videndi Marcellum mortuum.* [n])

❖ ❖ ❖

Cataractae portarum. II. Post cap. XXXIII. ponendum illud, quod Suidas profert in Ἡμμένοι, si modo Polybianum est, ut existimavit Valesius, qui non cunctanter in Polybii Fragmentis numeravit. Οἱ δὲ [τοὺς] καταῤῥάκτας, οὓς εἶχον ὀλίγον ἐξωτέρω διὰ μηχανημάτων ἀνημμένους, αἰφνίδιον καθῆκαν καὶ ἐπεβάλοντο. καὶ τούτους κατασχόντες, πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσκολόπισαν. [o]) Id est: *Illi vero cataractas, quas paullo exterius ope machinarum suspensas habebant, repente (in hostes) dejecerunt; eosque, comprehensos, pro mœnibus in crucem sustulerunt.*

EX LIBRO XI.

A. V. 547. Philippus & Attalus. Ad res Philippi, de quibus agitur cap. IV. hujus libri, pertinet illud Fragm. apud Suidam in Κατοιμώξας, quod Polybio auctori nominatim tribuitur. Καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸν κατοιμώξας (intell. ὁ Φίλιππος) ὅτι παρὰ μικρὸν ἔλθοι τοῦ λαβεῖν Ἄτταλον ὑποχείριον. Id est: *Philippus multum lamentatus est sortem suam, quod prope admodum abfuisset, ut Attalum in potestatem suam redigeret.* Conf. Livium XXVIII. 7.

EX

n) Appianus Annib. cap. 50. Καὶ αὐτοῦ (τοῦ Μαρκέλλου) τῷ σώματι ὁ Ἀννίβας ἐπιστὰς, ὡς εἶδε τὰ τραύματα πάντα ἐπὶ τῶν στέρνων, ἐπῄνεσε μὲν ὡς στρατιώτην, ἐπέσκωψε δὲ ὡς στρατηγόν. *Cadaveri Marcelli adstans Hannibal, postquam adversa omnia vulnera vidit, ut militem laudavit, sed ut imperatorem cavillatus est* Plutarch. in Marcello sub finem: Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος (ὁ Ἀννίβας,) αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον, κ. τ. λ. *Morte nunciata Marcelli, ipse (Hannibal) propere ad locum, quo ceciderat, adcurrit; & adstans cadaveri* &c. Livius rem prætermisit, lib. XXVII. cap. 27 sq.

o) Rem ad Salapiam, Apuliæ urbem, gestam, qua sua fraude captus est Hannibal, narrat Livius XXVII. 28. & Appianus in Hannib. cap. 51. Καταῤῥάκτας correxit Küsterus: ante eum omnes καταῤῥάκται. Quid deinde sit ὀλίγον ἐξωτέρω, non satis mihi liquet. Verba ista Küsterus in vers. lat. non expressit. Aemilius Portus: *quas habebant paulo prominentiores.* Videtur hoc dicere auctor: cataractam illam *paulo extra portam* fuisse.

EX LIBRO XIII.

Ad cap. x. libri XIII. referendum videtur id, quod est apud Stephanum Byzant. in Ταμάσεος. Ἔστι καὶ Ταμέση, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμός. Πολύβιος δ' ἐν τῷ πρώτῳ [p]) Τεμεσίαν τὴν πόλιν καλεῖ. [q]) Τὸ ταύτης ἐθνικὸν, Τεμεσαῖος. Id est: *Est etiam Tamese, urbs Italiæ, & fluvius. Polybius autem libro primo* [imo in quovis potius alio, qui quintum sequitur; nam in quinque primis libris, qui integri supersunt, nulla hujus urbis mentio occurrit:] *Temesiam urbem vocat. Hujus gentile Temesæus.* Temesia opp.

EX LIBRO XIV.

Ad finem cap. x. libri XIV, ubi monente Gronovio in Notis manuscriptis ad illum locum, post verbum κάπειτα adjecimus Fragmentum, conservatum a Suida in Κεραία, continuo adjungi debebant alia nonnulla verba, quæ protulit idem Suidas in Ὑπηρετικοῖς. [r]) A. V. 551. Scipio major ad Carthag.

Scili-

p) Mendosum esse illum numerum, adparet. Quo pacto corrigendus sit, probabili quadam ratione indagari potest, certo definiri nequit.

q) Pro Τεμεσίαν Cluverus sua auctoritate, nescio quo fundamento nisus, Τεμέσαν legit, in Ital. Antiq. p. 1286. Illud quidem ipse Stephanus Byzant. in Τεμέση docet, idem oppidum Τεμέσην etiam fuisse nominatum. Romanis *Temesa, Tempsa, Temsa* audit; in Bruttiis. Tempsam & Crotonem civium Romanorum coloniam deductam esse, Livius docet XXXIV. 45. in rebus anni Vrbis 560. quas res Polybius libro XIX exposuit. Ibidem vero addit Livius, Tempsanum agrum de Bruttiis captum ante id tempus fuisse. At in superiorum temporum historia nullam quidem nominatim Tempsæ mentionem, a Romanis captæ, factam apud Livium reperimus; sed libro XXIX. 38. in rebus anni urbis conditæ 550 ait: *In Bruttiis Clampetia a consule* (P. Sempronio) *vi capta, Consentia & Pandosia, & ignobiles aliæ civitates, voluntate in ditionem venerunt.* Fuerit igitur Tempsa ibi in ignobiliorum istarum civitatum numero comprehensa. Polybius autem, quem novimus uberrime omnia exposuisse, libro XIII, quo res tractavit, anno 550 gestas, non modo Lampetiam, sed etiam aliud ignobile Bruttiorum oppidum Badizam nominavit, (XIII. 10, 1 sq.) Livio non memoratum. Vnde probabili quadam ratione colligere licet, ibidem etiam *Temesæ* a Romanis captæ ab eodem Polybio mentionem fuisse factam.

r) Mendose vulgo apud Suidam ὑπειρετικοῖς scriptum legitur. Quamvis autem Fragmentum hoc non habeat Polybii nomen præfixum, quicunque tamen & initium ejus consideraverit,

[redacted]

Scilicet: *βραχὺ διάστημα ποιῶν, ὥστε ὑπηρετικοῖς ἐκπλεῖν δύνασθαι καὶ διαπλεῖν.* Id eſt, interprete Livio XXX. 10. *(Sub ipſis pontibus) intervalla fecit, quo procurrere ſpeculatoriæ naves in hoſtem, ac tuto recipi poſſent.* Ὑπηρετικὰ (intellige πλοῖα) *ſpeculatorias naves* Livius expoſuit. Sunt autem proprie quælibet minora navigia, quæ majoribus præſto ſunt, ſive ſpeculandi gratia, ſive cujuſvis miniſterii faciendi, ac fortaſſe etiam, prouti res ferret, committendæ pugnæ cauſſa. Confer Reiskii Indicem Græcitatis Demoſthenex, voc. ὑπηρετικός. Hoc loco potuerunt eſſe minores naves, ad pugnam inſtructæ; quare τριήρεις eas vocat Appianus in Punic. cap. 25. quo nomine generatim quælibet naves, ad pugnam inſtructæ, ſive majores, ſive minores, ſolent deſignari.

EX LIBRO XVIII.

A. V. 557. Attalus in conventu Bœotorum. Ad cap. XXIV. libri XVIII, *de morte Attali*, pertinent verba illa, quæ, laudato Polybii nomine, profert Suidas in Περιβαλλόμενος. Ὁ δὲ Ἄτταλος, περιβαλλόμενος πλείω λόγον, ὑπεμίμνησκεν αὐτοὺς τῆς ἀνέκαθεν τῶν προγόνων ἀρετῆς. [s]) Id eſt: *Attalus prolixiorem orationem complexus, priſcam majorum virtutem in memoriam eis revocavit.* Livius XXXIII. 2. „In concilio (Bœotorum) Attalus primus verba fecit. „Orſus a majorum ſuorum ſuisque . . meritis, ſegnior „jam & infirmior, quam ut contentionem dicendi ſuſti„neret, obmutuit & concidit“ &c. Conf. ibid. cap. 21.

EX LIBRO XIX.

A. V. 560. Ad librum XIX. pertinet id, quod *de Civibus Romanis, qui, cum ſerviiſſent apud Græcos, liberati ſunt,* *hortante*

rit, (incipit autem ab his verbis: Ἔζευξε τὰς νῆας, βραχὺ διάστημα &c.) & totum Fragmentum cum eo, quod in Κεραία diſerte Polybio tribuit Suidas, contulerit, non dubitabit, quin & hoc ex eodem Scriptore & ex hoc ipſo Polybii loco, ad quem retulimus, ſit decerptum.

s) τῆς . . ἀρετῆς correxit Küſterus, cum veteres editt. τὴν . . ἀρετὴν dediſſent.

hortante Flaminino, ex Polybio profert Livius lib. XXXIV. cap. 50. *Ingens*, ait, *numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal, quum a ſuis non redimerentur, venumdederat. Multitudinis eorum argumentum ſit, quod Polybius ſcribit, centum talentis eam rem Achæis ſtetiſſe; quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, ſtatuiſſent.*

EX LIBRO XX.

Poſt cap. VIII. libri XX. *De Antiocho, victo ad Thermopylas* a Manio Acilio Conſule. Livius XXXVI. 19. *Nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quiſquam effugit; etiam ex decem millibus militum, quos, Polybio auctore, trajeciſſe ſecum regem in Græciam ſcripſimus, exiguus numerus.* A. V. 563.

EX LIBRO XXI.

Poſt cap. IV. hujus libri inſerendum Fragmentum, quod habet Suidas in Προστηθίδιον, quod, quamquam Polybii nomen non habet præfixum, tribuendum tamen eſſe huic ſcriptori perſpecte jam ſuſpicatus erat Valeſius in Notis ad aliud Fragm. quod exhibuimus lib. XXII. cap. 20. Eſt autem hoc, quod nunc dicimus, tale: Ἐξελθόντες μὲν Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων, ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως. Id eſt: *Duo Galli, cum figuris & imaginibus, pectori adfixis, egreſſi, rogabant eum, ne quid gravius de civitate ſtatueret.* Evolve Livii librum XXXVII. cap. 9. & videbis, factum hoc eſſe ad Seſtum urbem, quam oppugnaturus cum exercitu adiit Livius, claſſis præfectus Romanorum. A. V. 564. Galli ſacerdotes.

EX LIBRO XXII.

Ad cap. XXVII. hujus libri pertinet hoc Fragmentum: Μάλλιος, ὁ ἀνθύπατος, τριακόσια τάλαντα πραξάμενος παρὰ Ἀριαράθου, φίλον αὐτὸν ἐποιήσατο A. V. 566. Ariarathes.

Ariarathes. σατο Ῥωμαίων. Id eſt: *Manlius Proconſul, trecentis talentis ab Ariarathe acceptis, Romanorum amicum eum fecit.* Ejusdem libri capite 24. dixerat Polybius, *ſexcenta talenta* a Cn. Manlio imperata eſſe Ariarathi, ut pacem obtineret: cui nunc hoc repugnare videtur, quod de *trecentis talentis* dicit fragmentum noſtrum. Rem expedit Livius, XXXVIII. 39. ſcribens: „Ariara„thes rex, *parte dimidia pecuniæ imperatæ*, Eumenis „beneficio, cui deſponderat per eos dies filiam, *remiſſa*, „in amicitiam eſt acceptus.“ Quæ loca ſi inter ſe conferamus, intelligemus, recte utique feciſſe Drakenborchium, quod apud eumdem Livium XXXVIII. 37. cum vulgo legeretur, *ducenta* talenta argenti imperata primum fuiſſe Ariarathi, ex codice Moguntino *ſexcenta* reſtituit: & ipſum Fragmentum illud, in quo verſamur, quod, tacito Polybii nomine, Suidas in Πραξάμενος protulit, ex hoc ſcriptore derivatum eſſe, haud vana conjectura colligemus. t)

EX LIBRO XXIV.

A. V. 571. Luſtratio apud Macedones. I. Si vera eſt, ut eſt probabilis, Henr. Valeſii conjectura, ad Polybium auctorem referentis Fragmentum, quod de *Luſtratione exercitus Macedonici* Suidas in Ἐναγίζων abſque auctoris nomine profert, fuerit illud ad hunc librum XXIV referendum, & capiti VIII ſubjun-

t) Mirum tamen videri poteſt, unde hoc Fragmentum proxime duxerit Suidas. Nam in Eclogis quidem de Legationibus, e quibus hæc talia tranſſcribere conſuevit Lexicographus, non comparet. Et videtur utique ex alio Scriptore, qui ex Polybio quidem ſua hauſit, ſed mutatis paulisper verbis & in brevius contractis, directe & proxime ductum hoc Fragmentum. Nam &, quæ brevibus verbis hic concluſa ſunt, ea haud dubie (ut ex Livio patet) Polybius pro ſua ubertate enucleatius expoſuerat; & *Cnæus* ille *Manlius Vulſo*, de quo hic agitur, apud Polybium non Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος, ſed Γναῖος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων nominatur, lib. XXII. 24 & 27. Apud Diodorum Siculum, qui in illa parte Hiſtoriarum, verbis paſſim mutatis, res ex Polybio hauſit, Γναῖος Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος vocatur, Ecloga XI. de Legationibus; ſed & ibi Fragmentum hoc fruſtra quæſiveris. Ceterum Livius XXXVIII. 37. diſerte ſcribit *Cn. Manlium, conſulem primum, deinde pro conſule* fuiſſe, quum iſtas res in Aſia gereret.

A. V. 571.

ſubjungendum. Eſt autem tale: Ἐναγίζουσιν οὖν τῷ Ξανθῷ [ſive Ξανθικῷ, ut monuit Valeſ.] Μακεδόνες, καὶ καθαρμὸν ποιοῦσι σὺν ἵπποις ὡπλισμένοις. [u]) Id eſt, interprete eodem Valeſio: *Macedones menſe Xanthico parentalia celebrant, luſtrantque exercitum cum equis armatis.*

❖ ❖ ❖

Mors Philopœmenis.

II. Ad caput IX. libri XXIV. De *Morte Philopœmenis* quæ habet Plutarchus in Philopœm. p. 367. ea ex Polybio prolata eſſe contendit Vrſinus ad Livii librum XXXIX. cap. 50. ſegm. 5. edit. Drakenb. & præſertim verba iſta inter Fragmenta Polybii p. 285. retulit: Οὐ μὴν, ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο. Id eſt: *Tandem deportaverunt eum in cameram ſubterraneam, quam Theſaurum vocant, aëris luciſque externæ expertem, nec fores habentem, ſed ingenti ſaxo, quod circumagitur, clauſam. Illuc eum demittunt.* [x]) — Poterat eodem jure ſequentia adjicere Vrſinus: καὶ τὸν λίθον ἐπιῤῥάξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. id eſt: *&, obvoluto ſaxo, locum viris armatis circumquaque cinxerunt.*

Prætermiſſis iſtis Plutarchi verbis, Caſaubonus eumque ſequentes alii Polybii editores, inter Polybiana Fragmenta hæc Plutarchi verba (in Philopœm. p. 368.) retulerunt: Φιλοποίμην, δεξάμενος τὸ φάρμακον, ἠρώ-

u) VALESIVS ad h. l. „Hoc fragmentum, ait, pertinet ad luſtrationem illam exercitus Macedonici, quæ Demetrio, Perſei fratri, cauſſam necis præbuit. De ea Livius libro XL. [cap. 6.] his verbis: *Forte luſtrandi exercitus venit tempus, cujus ſolenne eſt tale.* Et paullo poſt: *Mos erat, luſtrationis ſacro peracto exercitum decurrere.* Id ſolenne Ξανθικὰ dicebatur, eo quod ageretur menſe Xanthico ſeu Aprili. Heſychius: Ξανθικά· ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Ex quo patet, hic legendum eſſe τῷ Ξανθικῷ, non τῷ Ξανθῷ."

x) Confer Livium loco citato.

ἠρώτησεν, εἴ τι περὶ τῶν ἱππέων, καὶ μάλιστα Λυκόρτα, πεπυσμένος ἐστίν. Id est: *Accepto poculo, rogavit hominem, ecquid de equitibus, præcipue de Lycorta accepisset.* [y])



Lycortas. 3. Ad initium capitis XII libri XXIV pertinet Fragmentum *de Lycorta, Philopœmenis cædem ulciscente,* quod ex eodem Plutarcho (Philop. p. 368.) vulgo cum Casaubono inter Polybii Fragmenta solent referre. Οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ, μετὰ τῶν προβούλων συνελθόντες εἰς Μεγάλην πόλιν, οὐδ' ἡντινοῦν ἀναβολὴν ἐποιήσαντο τῆς τιμωρίας· ἀλλ', ἑλόμενοι στρατηγὸν Λυκόρταν, εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐνέβαλον. Id est: *Iuventus cum primoribus senatus conveniens Megalopolim, nulla vindictæ admissa mora, atque electo Lycorta prætore, fines Messeniorum invadunt.* [z])

EX LIBRO XXX.

A. V. 587. Aemil. Paulus Corinthum visitat. Qui Fragmenta Polybiana, quæ collegimus cap. XV. libri XXX, cum Livii lib. XLV. cap. 28. contulerit, facile sibi persuadebit, eodem pertinere illud, quod, prætermisso quidem auctoris nomine, apud Suidam in Εὐκαιρία legimus. Ὁ δὲ θαυμάσας τὴν τῆς πόλεως θέσιν, καὶ τὴν τῆς ἀκροπόλεως εὐκαιρίαν πρός τε τοὺς ἐντὸς ἰσθμοῦ καὶ τοὺς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένους τόπους.

y) Poterant & hi eadem ratione adjicere, quæ sequuntur apud eumdem Plutarchum: Εἰπόντος δὲ τἀνθρώπου, διαπεφευγέναι τοὺς πολλοὺς, ἐπένευσε τῇ κεφαλῇ, καὶ διαβλέψας πράως πρὸς τὸν ἄνθρωπον, Εὖ λέγεις, εἶπεν, εἰ μὴ πάντα κακῶς πεπράχαμεν. Ἄλλο δὲ μηδὲν εἰπών, μηδὲ φθεγξάμενος, ἐξέπιεν· καὶ πάλιν αὑτὸν ἀπέκλινεν, οὐ πολλὰ πράγματα τῷ φαρμάκῳ παρασχών, ἀλλ' ἀποσβεσθεὶς ταχὺ διὰ τὴν ἀσθένειαν. Id est: *Quo respondente, maximam partem salvam esse, adnuit capite, placideque intuitus eum, Bene habet, inquit, quod non undequaque fuimus infelices. Nullo alio verbo vel voce emissa, ebibit poculum, atque iterum reclinavit se: nec multum negotii præbuit veneno, sed confestim est ob imbecillitatem exstinctus.*

z) Adjicere his præterea solent illa verba: Τὸ δὲ σῶμα καύσαντες &c. quæ supra retulimus inter Testimonia de Adolescentia Polybii, n. 2.

τόπους.[a]) Id eſt: *Ille vero* (Aemilius Paullus, puta, confecto bello Perſico) *admiratus urbis illius* (Corinthi) *ſitum, & arcis opportunitatem, tam ad loca, quæ intra Iſthmum, quam ad ea, quæ extra ſita ſunt.*

EX LIBRO XXXIII.

Ad CAP. I. hujus Libri pertinet hiſtoria *Legationis* A. V. 599. Philoſophi, legati Athenienſium.
trium Philoſophorum, Romam ab Athenienſibus miſſorum; de qua verba faciens Aulus Gellius Noct. Attic. lib. VII. cap. 14. diſerte Polybium teſtem laudat, his verbis: *Animadverſa tripartita varietas eſt in tribus Philoſophis; quos Athenienſes Romam ad ſenatum populumque Romanum legaverant, impetratum, uti multam remitterent, quam fecerant iis propter Oropi vaſtationem. Ea multa fuerat talentûm fere quingentûm. Erant iſti philoſophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et, in ſenatum quidem introducti, interprete uſi ſunt C. Acilio ſenatore. Sed ante ipſi ſeorſum quoque quiſque oſtentandi gratia magno conventu hominum diſſertaverunt. Tum admirationi fuiſſe, aiunt Rutilius & Polybius, philoſophorum trium ſui cujuſque generis facundiam. Violenta, inquiunt, & rapida Carneades dicebat; ſcita & teretia Critolaus; modeſta Diogenes & ſobria.*[b])

EX LIBRO XXXIV.

Spicilegium Geographicorum Polybii.

I. Plinius Hiſt. Nat. lib. IV. cap. XXIII. ſegm. 37. EVROPAE latitudo.
Polybius latitudinem Europæ, ab Italia ad oceanum,[c]) *ſcripſit*

a) Hoc ἀποσπασμάτιον cum Urſino omnes Polybii editores inter Fragmenta Polybiana retulerunt. Nec tamen, ad quam partem Hiſtoriarum referendum ſit, monuerunt.

b) Mirum utique eſt, celebrem hanc Legationem ſilentio præteritum eſſe ab eo, qui Legationum Eclogas ex Polybio compilavit. Ad Conſules P. Scipionem & M. Marcellum, adeoque ad A. V. 599. referendam iſtam Legationem eſſe, Tullius docet Acad. Quæſt. II. (vel IV.) cap. 45. prætore urbano A. Poſtumio Albino. Ejusdem Albini ſive A. Poſtumii prætoris urbani meminit Polybius in Ecloga CXXIX de Legationibus, quam nos lib. XXXIII. cap. I. exhibemus, quo & hanc Hiſtoriam referendam eſſe diximus.

c) Id eſt, ab extrema Italia, uſque fere Caletum.

ſcripſit undecies centena & quinquaginta millia eſſe. . . Per Lugdunum ad Portum Morinorum Britannicum videtur menſuram agere Polybius.

✣ ✣ ✣

Longitudo maris mediterr.

II. Plin. VI. XXXIII. 38. *Polybius a Gaditano freto longitudinem, directo curſu, ad os Mæotis, tricies & quater centena* XXXVII. *mill.* D *paſſus prodidit. Ab eodem initio ad orientem recto curſu Siciliam duodecies centena* LX *mill.* D *paſſus; Cretam* CCCLXXV *m. paſſuum; Rhodum* CLXXXIII *mill.* D *paſſus; Chelidonias tantundem; Cyprum* CCCXXII *millia paſſuum: inde Syriæ Seleuciam Pieriam* CXV *millia quingentos paſſus. Quæ computatio efficit vicies quater centena* XL *m. paſſuum.*

✣ ✣ ✣

Gades

III. Plin. IV. XXII. 36. *In ipſo capite Bæticæ ab oſtio freti paſſuum* XXV *mill. Gadis; longa (ut Polybius ſcribit)* XII *millia, lata* III *millia paſſuum; abeſt a continente proxima parte minus pedes* DCC, *reliqua plus ſeptem millia paſſuum.*

✣ ✣ ✣

Auſonium mare.

IV. Plin. III. V. 10. *Vltra Siciliam ad Salentinos Auſonium mare Polybius appellat.*

✣ ✣ ✣

Pontus Euxinus.

V. Plin. IV. XII. 24. *Inter duos Boſporos, Thracium & Cimmerium, directo curſu, ut auctor eſt Polybius,* D. *mill. paſſ. interſunt.*

✣ ✣ ✣

AFRICAE longitudo.

VI. Plin. V. VI. 6. *Polybius & Eratoſthenes, diligentiſſimi exiſtimati, ab oceano ad Carthaginem magnam undecies centena mill. paſſuum: ab ea (ad) Canopium Nili proximum oſtium quindecies centena & viginti octo millia paſſuum fecerunt.*

✣ ✣ ✣

Atlas mons.

VII. Plin. V. I. 1. *Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius, annalium conditor, ab eo accepta claſſe,*

classe, scrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit, a monte eo (Atlante) *ad occasum versus, saltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatin* CCCCLXXXV. *mill. passuum: ab eo Lixum* CCV. *mill. passuum; a Gaditano freto* CXII. *m. pass. abesse. Inde sinum, qui vocetur Saguti: oppidum in promontorio, Mulelacha: flumina, Subur & Salam: portum Rutubis, a Lixo* CCXIII. *m. passuum. Inde promontorium Solis: Gætulos Autololes: flumen Cosenum: gentes, Scelatitos, & Masatos: flumen Masatat: flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum* DCXVI. *m. pass. includi montis Barce promontorio, excurrente in occasum, quod appellat Surrentium. Postea flumen Palsum; ultra quod Aethiopas Perorsos; quorum a tergo Pharusios. Iis jungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Aethiopas Daratitas; flumen Bambotum, crocodilis & hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos, usque ad eum, quem Theôn ochema dicemus. Inde ad promontorium Hesperium navigatione dierum ac noctium decem, in medio eo spatio Atlantem locavit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.*

❖ ❖ ❖

VIII. Plin. V. IV. 4. *Ad proximam (duarum Syrtium,) quæ Minor est, a Carthagine* CCC. *m. passuum* Polybius tradit: *ipsam centum m. passuum aditu,* d) CCC. *m. ambitu.* Syrtis minor.

❖ ❖ ❖

IX. Plinius VI. XXXI. 36. *Polybius in extrema Mauritania, contra montem Atlantem, a terra stadia octo abesse prodidit Cernen.* Cerne ins.

❖ ❖ ❖

X. Plin. VIII. X. 10. *Magnitudo dentium* (de Elephantis loquitur) *videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Aethiopiæ est,* Elephantum dentes.

d) *Aditu*, id est, ex Harduini interpretatione, faucibus, qua mare in sinum influit.

est, postium vicem in domiciliis præbere, sepesque in iis & pecorum stabulis, pro palis, elephantorum dentibus fieri, Polybius tradidit, auctore Gulussa regulo.

  

Leones. XI. Plin. VIII. XVI. 18. *Polybius, Aemiliani comes, in senecta hominem appeti a leonibus refert, quoniam ad persequendas feras vires non superant. Tunc obsidere Africæ urbes: eaque de caussa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia ceteri metu pœna similis absterrerentur ab eadem noxa.*

  

Penicilli. XII. Plin. XXXI. x. 47. (extremo libro.) *Polybius auctor est, penicillos,* [e]) *super ægrum suspensos, quietiores facere noctes.*

EX LIBRO XXXIX.

A. V. 507. Ad historiam *oppugnationis & excidii Carthaginis*, quam in hunc Librum conjiciendam putavimus, præter Reliquias hujus partis Historiarum Polybii, quas suo loco collectas jam dedimus, quatuor etiamnum Fragmenta pertinere utique videntur, a variis auctoribus conservata.

Scipio portam Carthag. subfodit. I. Ammianus Marcellin. lib. XXIV. cap. 2. *Imperator* (Iulianus, oppugnans Pirisaboram, Babyloniæ urbem,) *cuneatim stipatus, densatisque clypeis ab ictu sagittarum defensus, prope portam venit hostilem, crasso ferro crustatam. Et licet saxis & glande ceterisque telis cum periculo salutis premeretur, fodicare tamen paratos valvarum latera, ut aditum patefacerent, vocibus increpans crebris, non ante discessit, quam telorum congerie, quæ superjaciebantur, se jam cerneret obruendum. Evasit cum omnibus tamen, paucis leviis vulneratis, ipse innoxius, verecundo rubore suffusus. Legerat enim, Aemilianum Scipionem, cum Historiarum condi-tore*

e) „Mollissimum genus spongiarum, *penicilli.*" Plinius ibid, paullo ante.

tore Polybio Arcade, & triginta militibus, portam Carthaginis impetu simili subfodisse. Sed fides recepta scriptorum veterum recens factum defendit. Aemilianus enim testudine lapidea tectam successerat portam; sub qua tutus & latens, dum moles saxeas detegunt hostes, urbem nudatam irrupit. f) *Iulianus vero locum patentem aggressus, obumbrata cœli facie fragmentis montium & missilibus, ægre repulsus abscessit.*

  

II. Plutarchus in Apophthegmatibus Regum atque Imperatorum, p. 200 edit. Wechel. Ἐπεὶ δὲ παρελθὼν (ὁ Σκιπίων) εἰς τὸ τεῖχος, τῶν Καρχηδονίων ἐκ τῆς ἄκρας ἀμυνομένων, * g) τὴν διὰ μέσου θάλασσαν οὐ πάνυ βαθεῖαν οὖσαν, τοῦ Πολυβίου συμβουλεύοντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς, ἢ σανίδας ἐμβαλεῖν κεντρωτὰς, ὅπως μὴ διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν· ἔφη γελοῖον εἶναι, κατειληφότας τὰ τείχη, καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς ὄντας, εἶτα πράττειν, ὅπως οὐ μαχοῦνται τοῖς πολεμίοις. Id. est: *Cum transscendisset Scipio muros Carthaginis, & Carthaginenses ex arce se defenderent,*

Polybii consilium Scipioni datum.

f) Ad istam rem, quam a Scipione gestam Ammianus commemorat, hæc notavit HENR. VALESIUS: „Polybii locus, in quo hæc fuse narrabantur, hodie desideratur. Itaque ejus facinoris memoria obscura est. Nam neque Appianus in Libyco, neque Zonaras, id distincte memorat. Quippe uterque, *Scipionem*, ait, *perfractam a militibus, qui jam in urbem intraverant, portam introisse,* non ipsum suffodisse portam. Zonaras tamen dicit, ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν, καὶ τὸν μοχλὸν διακόψας &c." — Vide Appianum in Hist. Punica, cap. 117. & Zonaram, Annalium lib. IX cap. 29.

g) Hic *asteriscum* posui, vulgo inferuntur μὴ οὐ, quæ, ex quibus [illegible] corrupta sint, aut quæ medela adferenda sit laboranti orationi, docebit nos eruditissimus Daniel Wyttenbachius, cujus ingenio, diligentiæ ac doctrinæ intra breve, ut spero, tempus instauratum Plutarchum debebimus. Ceterum pertinet hoc Fragmentum ad rem, quam narrat Appianus in Punica historia cap. 124. Conf. Freinshemii Supplem. Livii lib. LI. cap. 18 sq. Spretum autem Polybii illud consilium, cujus meminit Plutarchus, magnum periculum magnamque jacturam adtulit Romanis: ac forsan huc præcipue respexit Pausanias VIII. 30. cum dicit, quæ Polybii monitu gessit Scipio, ea bene cecidisse; in quibus vero minus ei paruit, in eis offendisse Scipionem.

A. V. 608. *derent, ac mare inter castra ipsius & arcem non esset profundum; consulente Polybio, ut ferreos murices spargeret, aut tabulis vada consterneret clavos eminentes habentibus, ne transire hostes ad oppugnandum aggerem possent, respondit: Ridiculum esse, captis muris intra urbem progressos, hoc jam agere, ne cum hoste sit pugnandum.*

* * *

III. Suidas in Ἔπαυλις. Τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι τὴν ἔπαυλιν ἐπὶ τοῦ χώματος ἐποιήσαντο, οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. Id est: *Tunc igitur utrique, & Romani & Carthaginienses, in aggere pernoctarunt* h)

* * *

IV. Suidas in Ῥαθυμεῖν. Πολύβιος· Πάντων εὐδαιμονιζόντων Πόπλιον, καὶ παρακαλούντων ἀναπαύεσθαι καὶ ῥαθυμεῖν, ἐπεὶ πέρας ἐπιτέθεικε τῷ πολέμῳ, μακαρίζειν αὐτοὺς ἔφη, ὅτι τοιαύτας ἔχουσι τὰς διαλήψεις. Id est: *Cum omnes Publium felicem prædicarent, & hortarentur, ut somnum caperet animumque relaxaret, quandoquidem finem imposuisset bello; respondit, se beatos eos judicare, quod ita sentirent.* i)

EX LIBRO XL.

Bellum Achaicum. Orosius V. 3. *Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen, quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce adserit. Diæum vero, adducentem ex Arcadia militem, ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet.* k).

h) Haud immerito fragmentum hoc, quod ἀδέσποτον est apud Suidam, ad Polybium auctorem retulit Casaubonus. Pertinet autem ad eamdem fere narrationem, ex qua decerptum est illud, quod ex Plutarcho exhibuimus.

i) Factum hoc videtur, expugnata illa Carthaginis parte, cui Cothon nomen erat; ubi Scipio, necdum tamen satis fidens victoriæ, armatus in foro pernoctavit, ut narrat Appianus Punic. cap. 127.

k) Conf. Adnotationes ad Lib. XL. cap. 2.

RELI-

RELIQVA
POLYBII
FRAGMENTA.

RELIQVA
POLYBII FRAGMENTA,

ex Suida maxime & Stephano Byzantino collecta.

FRAGMENTA HISTORICA ET GEOGRAPHICA.

Fragmenta hæc eo ordine locavimus, quem indicabat initialis litera nominis illius proprii, ſive viri, ſive populi aut urbis, cujus mentio fit in quoque fragmento. Quæ Fragmenta apud Suidam diſerte Polybio auctori tribuuntur, ad ea *Polybii nomen* adſcripſimus. Quæ vero, quamvis abſque auctoris nomine a Suida proferantur, tamen ſive certa quadam, ſive ſatis probabili ratione ab Vrſino, Caſaubono, Valeſio, Gronovio, aliisve viris doctis, aut etiam primum a nobis, inter Polybii Fragmenta relata ſunt, ea *ſimpliciter* adpoſuimus, *nec ulla adjecta nota* diſtinximus. Sed quum ſint ex eisdem Fragmentis, quæ Polybiana vulgo haberi ſolent, aut a doctis quibuſdam viris ad hunc auctorem relata ſunt, haud pauca ejuſmodi, de quibus dubitari etiam atque etiam poſſe videatur, ſint-ne revera ex Polybio decerpta; nos hæc, quorum auctoritas incertior nobis viſa eſt, *præfixo hoc ſigno* † a ceteris diſtinguenda curavimus.

I. Πολύβιος· Ὁ δὲ παρῃτεῖτο τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀπολεγόμενος τὴν ἀρχήν. *Ille vero deprecabatur Achæos, recuſans imperium.* Suidas in Ἀπολεγόμενος. Achæi.

 II.

I. Achæorum neſcio quis, ad præturam (ut videtur) nominatus.

Aegosthena. II. Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος, οὐδετέρως, ὡς Παυσανίας. Τὸ ἐθνικὸν Πολύβιος Αἰγοσθενίτην φησίν. *Aegosthena, urbs Megaridis, neutro genere ita dicta, ut apud Pausaniam. Gentile Polybius Aegosthenitam dixit.* Stephanus Byzant.

Aegyptii. III. Πολύβ. Ὁ δὲ πᾶν ὑπομένειν ἐδόκει, προσανέχων ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐπαρκείαις. *Ille vero quidvis pati decrevit, in auxiliis, quæ ab Aegyptiis exspectabat, spem ponens.* Suidas in Προσανέχων.

Aenii. IV. Συνέβαινε δὲ, τοὺς Αἰνίους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀπονεύειν, τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένη, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν. *Accidit vero, ut Aenii, jamdudum seditione laborantes, nuperrime alii ad Eumenem, alii ad Macedones vergere cæpissent.* Suidas in Αἴνιον.

Aetoli. V. Πολύβ. Πάντων τούτων ἦσαν διεψευσμένοι οἱ Αἰτωλοί. *Aetolos vero his omnibus in rebus spes frustrata est.* Suid. in Διεψευσμ.

Ariarathes. VI. Ὁ δὲ, τούτοις πιστεύων, ἀνεδέχετο τὸν πρὸς Ἀριαράθην πόλεμον. *Ille vero, his fretus, bellum adversus Ariarathen suscepit.* Suid. in Ἀνεδέχετο.

Arcesine. VII. Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ. ἦσαν γὰρ Μελανία, Μινώα, Ἀρκεσίνη. Πολύβιος δὲ ἀρσενικῶς τὸν Ἀρκεσίνην φησί. *Arcesine, una ex tribus civitatibus in insula Amorgo: erant*

3. ἐπαρκείαις perspecte correxit Casaub. vocabulum Polybio frequentatum. Vulgo apud Suidam est ἐπαρχίαις, quod *præfecturas* exponunt. Conf. Polyb. V. 6, 2.

4. Confer Polyb. XXIII. cap. 11 & 13. neque fere dubitabis, recte hæc ad Polybium auctorem solere referri. ἀπονεύειν correxit Küsterus, nescio an ex msstis. καταννεύειν erat in prioribus editionibus.

6. De Pharnace fortasse hæc dicuntur, Ponti rege, cujus bellum cum Ariarathe tangitur lib. III. cap. 3, 6. & in Reliquiis libri XXVI. cap. 6. Recte autem, ut puto, Polybio hoc fragm. tribuit Valesius.

7. Conf. Stephanum Byz. in Ἀμοργός, ejusque interpretes, & Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. cap. 2. Ceterum quum prope Laden insulam fuerit Arcesine, fortasse mentionem hujus Polybius fecit, ubi de pugna navali agebat, ad Laden ins. inter Philippum Rhodiosque pugnatam; cujus pugnæ in transcursu mentio fit in Reliquiis Hist. Polyb. lib. XVI. cap. 14.

erant enim: Melania, Minoa, Arcesine. Polybius vero, masculino genere, hunc Arcesinem adpellat. Stephanus Byzant. in Ἀρκεσίνη.

VIII. Ὁ δὲ ἀνεδέχετο τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν. *Ille vero Asdrubalis exspectabat adventum.* Suidas in Ἀνεδέχετο. Asdrubal.

IX. Ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία, διαδεξαμένη τὴν τῶν Χαλδαίων, ὧδε ἔληξεν. Ταύτην Ἀσσυρίων μᾱ διεδέξαντο βασιλεῖς, ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Βήλου, ἕως τοῦ μᾱ Κογκολέρου τοῦ καὶ Σαρδαναπάλου· ὡς συμφωνοῦσι πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἱστορικῶν, Πολύβιος, καὶ Διόδωρος, Κεφαλλίων τε, καὶ Κάστωρ, καὶ Θάλλος, καὶ ἕτεροι. *Hic finis fuit imperii Arabum, quod Chaldæorum imperio successit. Ei successerunt reges Assyriæ quadraginta & unus, a primo eorum Belo, usque ad quadragesimum primum, Concolerum, cui & Sardanapali fuit nomen; quemadmodum consentiunt multi ex illustribus Historicis, Polybius, Diodorus, Cephallion, Castor, Thallus & alii.* Eusebius in Chron. lib. I. p. 14. Assyriæ reges.

X. Καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ μεγάλην τε καὶ μικρὰν Καππαδοκίαν· Μεγάλην μὲν, τὴν ἀπὸ Καισαρείας τε καὶ τοῦ Ταύρου καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ἣν διορίζει Ἅλυς μὲν ποταμὸς ἐκ δυσμῶν, Μελιτηνὴ δὲ ἐξ ἀνατολῶν. καὶ αὕτη μὲν ἡ Μεγάλη Καππαδοκία. Καὶ τούτων μάρτυς Πολύβιος, ὁ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν γεγραφὼς, ὃς διορίζει τὴν Καππαδοκίαν ἀπό τε Ταύρου καὶ Λυκαονίας καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάττης. Καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ Νεοκαισάρεια, ἤ τε Cappadocia.

8. De Hannibale, puto, agitur, adventum fratris in Italiam exspectante.

9. Κογκολέρου correxi ex Latinis Hieronymi & ex Syncello, cum apud Scaligerum legeretur τοῦ μᾱ Μακοσκολέρου. Vulgo inter Fragmenta Polybii hoc non solet referri; sed ad oram exempli suæ editionis p. 1515. adscripsit Gronovius.

10. De rebus Cappadociæ ex instituto egerat Polybius libro XXXI. cujus libri vide Reliquias cap. 13 seqq. Ac fortasse ex illo libro ducta hæc narratio est. *Ibid.*

Cappadocia. ἥ τε Κολόνεια,[a]) καὶ ἡ Μελιτηνὴ σύμπασα, Καππαδοκία λέγονται. Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα Περσικόν. Πέρσης γάρ τις ἀνὴρ, * * [b]). Ἐν κυνηγίῳ Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, ἢ οὐκ οἶδα ἄλλῳ τίνι, λέων προσαπαντήσας, τοῦ ἵππου τοῦ βασιλέως ἐδράξατο· καὶ κατὰ τύχην εὑρεθεὶς ὁ Πέρσης ἐν τῷ τοῦ θηρὸς συναντήματι, τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, ἐῤῥύσατο τὸν βασιλέα παρὰ μικρὸν κινδυνεύοντα, καὶ τὸν λέοντα ἐθανάτωσεν. Οὗτος οὖν ὁ Πέρσης, ἐπί τινος ὄρους ὑψηλοτάτου ἀναβὰς, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν περισκοπήσας, ὅσην ὀφθαλμὸς ἀνθρώπινος περιβλέπει κατὰ ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς ἄρκτον τε καὶ μεσημβρίαν, δωρεὰν παρὰ τοῦ βασιλέως πᾶσαν ἔληφε. Ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Πολύβιος. Id est: *Cappadociam veteres partim Magnam adpellant, partim Parvam. Et Magna quidem, a Cæsarea & Tauro monte usque ad mare Ponticum excurrens, ab occasu Halyn fluvium, ab oriente Melitenen terminos habet. Hæc igitur Magna est Cappadocia. Cujus rei testis est Polybius, is qui Romanam conscripsit Historiam; qui Cappadociam ita definit, ut a Tauro & Lycaonia usque ad mare Ponticum porrigatur. Nam & ipsa Neocæsarea, & Colonea* [rectius fortasse *Cataonia,*] *& universa Melitene, Cappadocia dicuntur. Est autem nomen Persicum. Fuit enim vir quidam, natione Persa, * *. In venatione Artaxerxi, aut nescio, cui alii Persarum regi, leo occurrens, equum regis corripuerat. Persa autem ille, forte fortuna obviam factus in illo leonis occursu, trahens acinacem, interfecto leone, regem periculo imminenti liberavit. Hic igitur Persa, conscenso alto monte, omnem circumquaque regionem circumspectans, qua late prospicere humanus oculus versus orientem occasumque & se-*

Ibid. a) Κολόνεια. Κολώνεια saltem fuerat scribendum. Sed mendosum utique nomen videtur; suspicorque, Καταονία esse legendum, de qua regione vide Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. cap. 8. p. m. 348 sq. *Ibid. b)* Lacunæ notam utique inserendam duxi. Exciderunt puta verba nonnulla, quibus nominis ratio, quod Persicæ originis esse ait, explicabatur.

& septemtrionem atque meridiem poterat, universam a rege dono accepit. Hæc narrat Polybius. Constantinus Porphyrogenneta, Περὶ Θεμάτων, lib. I. cap. 2.

XI. † Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, ἀλλήλοις ἐμπλασσόμενοι, καὶ περιπίπτοντες τοῖς θηρίοις, ἀπέθνησκον. *Carthaginienses vero, se mutuo complexi, & in feras incidentes, perierunt.* Suidas in Ἐμπλασσόμενοι. Carthaginienses.

XII. Ἅτε πεπειθαρχηκότων (τῶν) Καρχηδονίων ἀπὸ τοῦ κρατίστου πᾶσι τοῖς ἐπιταττομένοις. *Quippe bona fide omnibus imperatis paruerant Carthaginienses.* Suid. in Ἀπὸ τοῦ κρατίστου.

XIII. Ἴδιον ἔχουσιν οἱ Κελτίβηρες κατὰ τὸν πόλεμον. θεωροῦντες γὰρ τοὺς παρ' αὐτοῖς πεζοὺς πιεζομένους, παρακαταβάντες ἀπολείπουσι τοὺς ἵππους ἑστῶτας ἐν τάξει. ἄκροις γὰρ τοῖς ἀγωγεῦσι τῶν ἵππων πασσαλίσκους μικροὺς ἔχοντες ἀπηρτημένους, τούτους ἐπιμελῶς πήξαντες, πειθαρχεῖν διδάσκουσι τοὺς ἵππους ἐν τάξει, μέχρις ἀνακάμψαντες ἀνασπάσωσι τοὺς πατλάλους. *Celtiberi hoc habent in bello proprium, ut, cum viderint pedites suos ab hoste premi, ex equis descendentes, eos ordine stantes relinquant. Ex summis enim equorum loris parvos clavos suspensos habent, quos diligenter (humi) defigunt, & ita docent equos parere & in ordine stare, donec reversi clavos revellant.* Suidas in Ἴδιον, & in Κελτίβηρες. Celtiberi equites.

XIV. Οἱ Κελτίβηρες τῇ κατασκευῇ τῶν μαχαιρῶν πολὺ διαφέρουσι τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ κέντημα πρακτικὸν, καὶ καταφορὰν ἔχει δυναμένην ἐξ ἀμ- Celtib. gladii.

 φοῖν

11. Polybio tribuit Casaub. Nec tamen alibi apud hunc scriptorem occurrit verbum illud ἐμπλάσσεσθαι.

12. Ad Polybium auctorem probabiliter retulit Paul. Leopardus Emend. lib. I. cap. 21. in Iani Gruteri Thes. Critico Tom. III. p. 17. Videtur esse ex historia belli Pun. III. & pertinere ad illud tempus, quo & obsides & arma Romanis tradiderant Pœni. Sic referendum foret hoc fragm. ad lib. XXXVI. cap. 4.

13. Polybio tribuit Valesius: & habet utique Polybianum colorem. Sed ἴδιόν τι ἔχουσιν putem scripsisse Polybium; ac fortasse παρ' αὐτῶν, non παρ' αὐτοῖς.

Celtib. gladii. φοῖν τοῖν μεροῖν.c) ᾗ καὶ Ῥωμαῖοι, τὰς πατρίους ἀποθέμενοι μαχαίρας ἐκ τῶν κατ' Ἀννίβαν, μετέλαβον τὰς τῶν Ἰβήρων· καὶ τὴν μὲν κατασκευὴν μετέλαβον, αὐτὴν δὲ τὴν χρηστότητα τοῦ σιδήρου καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν οὐδαμῶς δύνανται μιμεῖσθαι. *Celtiberi gladiorum fabrica excellunt. Quippe eorum gladii & mucrone sunt valido, & ad cæsim ex utraque parte feriendum apti. Quamobrem Romani inde ab Hannibalicis temporibus, abjectis gladiis patriis, Hispanici gladii usum adsciverunt. Ac formam quidem ipsam & fabricam adsciverunt, bonitatem autem ferri ac reliquam (in fabricando) diligentiam imitari nequaquam possunt.* Suidas in Μάχαιρα.

Epaminondas & alii. XV. † Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἐπαμινώνδα καὶ Πελοπίδα καὶ Βρασίδα καὶ Κλεομβρότου τελευτῆς, καὶ διὰ τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾶν εὐψυχίαν, ἀδυνατοῦσιν οἱ συγγραφεῖς ἀξίους εὑρίσκειν λόγους τῆς προκαθηγουμένης τῶν ἀνδρῶν ἐννοίας. *Quemadmodum enim scriptores, de Epaminondæ & Pelopidæ & Brasidæ & Cleombroti morte verba facientes, tam propter horum virorum in vita virtutem, quam in morte magnitudinem animi, orationem invenire nequeunt, quibus præstantes virorum illorum animos pro meritis celebrent.* Suidas in Εὐψυχία.

Etruria. XVI. † Οὐ γὰρ ἐδόκει αὐτῷ, τὸν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεμον ἀτελῆ καταλείποντι, περὶ τῶν ἐκεῖ πόλεων πραγμα-

14. Conf. Polyb. VI. 23. & III. 114. *Ibid. c)* τοῖν μεροῖν, monente Gronovio, correxi ex VI. 23, 7. Apud Suidam vulgo legitur ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, *utraque manu.*

15. Inter Polybii fragmenta retulit Valesius, cum pleræque ex oratione alicujus sophistæ decerptum videri possit. Fortasse autem inter Polybiana Fragmenta sub titulo *Elaca* referri potuerat illud, quod est apud Suid. in Συντάξας. Συντάξας τοῖς κυβερνήταις ἀνακομίζειν τὰς ναῦς κατὰ δύναμιν εἰς Ἐλαίαν. *Cum imperasset gubernatoribus, ut naves omni studio adhibito Elæam reducerent.*

16. Et hoc Valesius Polybio tribuit. *Ibid.* τῶν ἐκεῖ πόλεων correxit Valeſ. ἐκείνῃ vett. edd. Suidæ. Hinc τῶν ἐν ἐκείνῃ πόλεων Küsterus, ex conject. ut puto. *Ibid.* μὴ κατατρίψειεν. Non solet Polybius conjunctionem μὴ post *timendi* verbum cum optativo, sed cum subjunctivo construere. Cf. Adnot. ad lib. I. 10, 6.

πραγματεύεσθαι, δεδοικότι, μὴ κατατρίψειεν ἅπαντα τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον, οὐ πολὺν ὄντα, περὶ τὰς ἐλάττους ἀσχολούμενος πράξεις. *Non enim consultum ei videbatur, bellum infectum in Etruria relinquere, & circa urbes illius regionis occupari, quia metuebat, ne totum imperii sui tempus, quod breve supererat, in minoris momenti negotiis consumeret.* Suidas in Κατατρίψειν. Etruria.

XVII. Πολλὰ τὸν βασιλέα Εὐμένη καταμεμψάμενοι. *De rege Eumene multa conquerentes.* Suid. in Καταμέμφεσθαι. Eumenes.

XVIII. Πολύβιος· Μετὰ τῶν ἐν τῇ πατρίδι φίλων τρίτην πρᾶξιν κατασκευασαμένου, καὶ προσενεγκόντος τῷ Φαβίῳ τὸν λόγον. *Cum amicis, qui erant in patria, tertiam proditionem est molitus, & Fabio conditionem obtulit.* Suid. in Πρᾶξις. Fabius.

XIX. Γαλάδραι, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. . Ὁ πολίτης Γαλαδραῖος. Τὸ κτητικὸν ἔδει Γαλαδραϊκός· Πολύβιος δὲ ἐν * τρίτῳ Γαλαδραικὸν [d]) φησί. *Galadræ, urbs Macedoniæ in Pieria. . Civis Galadræus. Possessivum oportebat Galadraicus. Polybius vero libro * tertio Galadræcum dixit.* Steph. Byzant. Galadræ.

XX. † Οἱ δὲ Κελτοὶ, ἰδόντες τοὺς Ῥωμαίους μάχεσθαι παρεσκευασμένους, καὶ δόξαντες ἐξηθενηκότας τὰ σώματα ὑπὸ λιμοῦ τὸν τάχιστον αἱρεῖσθαι τῶν θανάτων. *Galli vero, videntes Romanos ad pugnandum paratos esse, existimabant, eos fame confectos id quærere, ut quam celerrimo mortis genere vitam finirent.* Suidas in Ἐξηθενηκ. Galli.

XXI.

17. Valesius huc retulit, probabili conjectura.

18. Ex nescio qua parte historiæ belli Annibalici ductum.

19. In Libri numero *lacunam* indicavi, nam in tertio nec fit nec fieri potuit mentio hujus oppidi. Aut ΙΓ'. aut ΚΓ'. id est *XIII* vel *XXIII* oportuit, quibus libris de Philippi rebus agebatur. Apud Livium lib. XXXIX. cap. 26. in rebus anni urbis 569, quæ libro XXIII Polybii erant comprehensæ, Pieriæ mentio occurrit. *Ibid. d)* Γαλαδρικὸν, *Galadricum*, videtur cum Salmasio legendum.

20. Fragm. hoc ex Polybio esse depromtum, suspicatus est Kusterus.

Hannibal. XXI. Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν· ἀλλ' ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος. Ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ . . πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι. μεγάλην δὲ αὗται ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν. *Hannibalem Marcellus, ut quidem Polybius auctor est, ne semel quidem vicit; sed invictum ait illum fuisse usque ad Scipionem. Nos vero Livio . . credimus, fusum fugatumque aliquot pugnis a Marcello fuisse Hanibalis exercitum: sed parum illæ victoriæ ad summam rei profecerunt.* Plutarchus in Marcello p. 317. edit. Wechel.

XXII. † Ἀννίβας, ὁ Καρχηδονίων στρατηγὸς, φέρων τῶν ἐλεφάντων τὰ θωράκια, καὶ τοῖς τῶν θηρίων οἰκιδίοις ἐπὶ πλεῖστον ὕψος τοὺς κλάδους ἀποκόπτων, ἀσφαλῆ καὶ ῥαδίαν τὴν ὁδοιπορίαν κατεσκεύαζε. Quæ verba ita interpretatus est Küsterus: *Hannibal, Carthaginiensium imperator, elephantorum loricas ferens, & ad transitum præbendum turribus, quas belluæ illæ dorsis portabant, ramos arborum ad insignem*

21. Vtrum diserte ac verbotenus alicubi hæc dixerit Polybius, an ea solum spectarit Plutarchus, quæ legimus apud Polyb. X. 33, 2. & XV. 16, 5. non definiverim. Victoriam Marcelli de Hannibale reportatam exponitLivius XXVII. 14.

22. Fragmentum hoc (post Henr. Stephanum in Thesauro Ling. Græc. ad vocab. Θωράκιον) Casaubonus ceterique editores Polybii ad hunc auctorem retulerunt; non satis video, quodnam secuti indicium. Neque enim in sermone quidquam occurrit, quod Polybianum maxime stylum prodat; & videtur agi de trajectione Hannibalis per Alpes, cujus itineris descriptio integra superest apud Polybium lib. III. cap. 50 sqq. nec in ea usquam verba ista comparent. Quænam vero hic dicantur Elephantorum θωράκια, obscurum esse, nec a Suida declaratum, conquestus jam est Henr. Stephanus loco citato. Certe quid sit *elephantorum loricas ferens*, mihi quidem non liquere fateor. Possis suspicari, esse *pinnas* vel *propugnacula*, quæ superne cingebant turriculas, dorsis belluarum impositas. Id si placet, videndum erit, an φέρειν *auferre*, *demere* hoc loco possit denotare, quod adfirmare equidem non ausim. — Ceterum, præter duo Fragmenta, quæ protulimus, ad *Hannibalem* spectantia, eodem pertinere videntur duo alia, quorum alterum Suidas habet ad vocab. Παράθεσις, alterum idem ad voc. Φαντασία, quæ inter *Fragmenta Grammatica* n. 101. & 133. retulimus.

fignem altitudinem amputans, iter tutum ac facile reddidit. Suidas in Θωράκιον.

XXIII. Ἅρπυια, πόλις ἐν Ἰλλυρίδι παρ' Ἐγχελέαις· εἰς ἣν Βάτων, ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος, μετὰ τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἀπώκησε· Πολύβιος. τὸ ἐθνικὸν Ἁρπυιήτης, τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἔστι γὰρ Ἁρπυιάτης. *Harpyia, urbs Illyriæ, juxta Encheleas; in quam Bato, Amphiarai auriga, poft hujus interitum commigravit. Polybius. Gentile Harpyietes, α in η mutato; eft enim Harpyiates.* Stephanus Byzant. Harpyia.

XXIV. Ὑρτακός, ἢ καὶ Ὑρτακῖνος, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης Ὑρτακῖνος. Πολύβιος δὲ τὸ θηλυκὸν Ὑρτακίνη, ἀπὸ τοῦ Ὑρτακῖνος ἐθνικοῦ. ἀπὸ Ὑρτάκου δὲ, Ὑρτάκιος. *Hyrtacus, vel etiam Hyrtacinus, urbs Cretæ. Civis Hyrtacinus. Polybius vero fœmininum Hyrtacina, ab gentili Hyrtacinus. Ab Hyrtaco vero, Hyrtacius.* Stephanus Byz. Hyrtacus.

XXV. Τὴν μόραν τῶν Λακεδαιμονίων Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν· Καλλισθένης δὲ ἑπτακοσίους· ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ὧν Πολύβιος ἐστίν. *Lacedæmoniorum Moram,* (id eft, *cohortem,*) *Ephorus ait, viros effe quingentos; Callifthenes vero, feptingentos; alii nonnulli, nongentos, in quibus eft Polybius.* Plutarchus in Pelopida, pag. 286. edit. Wechel. Lacedæmonior. moræ.

XXVI. † Ὁ δὲ Λεύκιος προχειριζόμενος διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς Λαπατηνοὺς, καὶ λαλεῖν ὑπὲρ ἐπιτροπῆς Lapateni.

23. Vide Berkelium ad h. l. qui monet, antiquum illum Batonem (conf. Heynium ad Apollodor. p. 633.) cum alio effe confufum. Quod fi diftinguenda ita oratio eft, ut poft ἀπώκησε punctum minus, poft Polybium punctum majus ponatur, quemadmodum cum Berkelio fecimus; videri poteft, errorem illum a Polybio effe commiffum. Sed, fi extrema verba fpectamus, ἔστι γὰρ Ἁρπυιάτης, intelligi (puto) debet, nomen Πολύβιος non ad antecedentia, fed ad fequentia pertinere, & nullam prorfus diftinctionem poft Πολύβιος effe ponendam: ut hoc dicat Stephanus, *gentile nomen, quod rectius vulgo* Ἁρπυιάτης eft, Ἁρπυιήτης *a Polybio ufurpari.*

26. Polybio hoc fragmentum poft Vrfinum tribuit Cafaub. ceterique editores Polybii. Qui quo

τροπῆς, ἀπαράσκευος ἦν εἰς τὸ μέλλον. Id eſt, ex Küſteri verſione: *Lucius autem, cum ad Lapatenos legatos mittere decreviſſet, qui cum ipſis de deditione agerent, in futurum erat imparatus.* Harpocration in Ἐπιτροπὴ, & Suidas in eodem vocab.

Luſitania. XXVII. Ὁ δὲ Μάρκος, Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἐβούλετο, ἀπολυθεὶς τοῦ πολέμου πρὸς Λυσιτανοὺς, μετα-

quo jure id fecerint, eo minus equidem auſim definire, quod nec verborum ſententia ſatis mihi plana, nec res, de qua agitur, comperta eſt. Pro προχειριζόμενος, apud Harpocrationem ἐπιχειριζόμενος mendoſe vulgo legitur. Sed ipſum hoc, προχειριζόμενος διαπέμπεσθαι, dubito an denotet id, quod Küſterus, Blancardum fere ſecutus, Harpocrationis interpretem, expreſſit, dicens, *cum legatos mittere decreviſſet.* Si eſſet προχειριζόμενος τοὺς διαπεμφθησομένους, intelligerem, *cum deſignaſſet legatos*; ſed, uti nunc legitur, participium προχειριζόμενος videtur paſſive intelligendum, *cum deſignatus vel electus eſſet, qui mitteretur legatus.* Quinam vero ſit *Lucius* ille, cujus hic ſit mentio, quive ſint *Lapateni*, juxta ignoro. Valeſius ad Harpocrat. monet, *ſpectari hiſtoriam, quæ eſt apud Livium* p. 780. Vſus eſt autem Valeſius (ut Drakenborchius docet ad Liv. XXXIX. 35.) editione Livii Francof. 1578. quam ipſam inſpicere mihi non contigit, ut, quem librum Livii, quod caput ſignificaverit Valeſius, planius cognoſcerem. Sed ex eadem, quam dixi, adnotatione Drakenborchii intelligo, pag. 759. ejuſdem editionis Livii, qua uſus Valeſius eſt, contineri caput 35. libri XXXIX; unde colligere licet, paginam 780. continere debere ea, quæ haud ita procul ab initio leguntur libri XL. At ibi nihil, quod huc pertineat, reperire mihi licuit, niſi quod de *Lucio Aemilio Paullo* (XL. 25.) his verbis legimus: *Vbi primum in hoſtium finibus caſtra poſuit, legati ad eum, per ſpeciem pacis petendæ, ſpeculatum venerunt. Negante Paullo, niſi cum deditis paciſci ſe pacem; non tam id recuſabant*, &c. Sed ea res L. Aemilio cum *Liguribus Ingaunis* interceſſit; *Lapatenorum* nulla ibi mentio; neque L. Aemilius ad hoſtes miſit, qui de pace agerent, ſed illi ad Aemilium miſerunt. Quod ſi cetera convenirent, oboriri ſuſpicio poſſet, Λαπατηνοὺς in Fragmento noſtro eoſdem eſſe, qui *Lapicini* vocantur apud Liv. XLI. 19. & in Liguriæ populis numerantur. Ceterum *Lapathum*, Theſſaliæ caſtellum memorat idem Livius XLIV. 2. & 6. quod nihil huc facere videtur, nec ibi *Lucii* alicujus ſit mentio. Apud Ptolemæum (ut monuit Voſſius ad Melam III. 1, 82. edit. Abrah. Gronovii) Λαπατία nominatur locus, inter Brigantium, Callæciæ oppidum, & Trileucium promontorium: neque vero ulla ratio adparet, ex qua colligi utcumque poſſet, ad illum locum pertinere *Lapatenos*, de quibus agitur in fragmento noſtro. Porro *Lucium* quod adtinet, quæri poterit, (definire quis poteſt?) an idem ſit, cujus imprudentia notatur in Fragm. a Suida conſervato in Ἀναδρομή, quod inter Fragm. grammatica retulimus.

27. Probabili conjectura inter Poly-

μεταβαλεῖν τὸν πόλεμον, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐκνεύσας τὴν ἀνδρωνῖτιν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμάσαι· διὰ τὸ δοκεῖν τὸν στρατηγὸν βραχὺν χρόνον πρότερον ὑπὸ τῶν Λυσιτανῶν ἡλαττῶσθαι. *Marcus, Romanorum Imperator, bello cum Lusitanis liberatus, statuit (alio) transferre bellum, &, quod vulgo dici solet, relicto virorum conclavi, ad mulierum atria commissatum ire; quod paullo ante a Lusitanis cladem accepisset imperator.* Suidas in Κωμάσαι, & in Ἀνδρωνῖτις.

XXVIII. Πολύβιος· Μνησθεὶς δ' ἐπὶ κεφαλαίου τῶν γεγονότων αὐτοῖς ἐλαττωμάτων, καὶ θεὶς πρὸ ὀφθαλμῶν τὰ τῶν Μακεδόνων προτερήματα. *Cum autem clades, quas acceperant, breviter commemorasset, & Macedonum victorias ob oculos eis posuisset.* Suidas in Ἐπὶ κεφαλαίου. Macedones.

XXIX. Πολύβιος· Τὸ κυριώτατον ἦν, τὸ τὸν πόλεμον ἐρύκειν τῆς Μακεδονίας. *Præcipuum erat, bellum a Macedonia propulsare.* Suidas in Ἐρύκειν, & in Κυρία, ubi φυγεῖν legitur pro ἐρύκειν.

XXX. † Ἠισθάνετο γὰρ τὴν τῶν Μακεδόνων ἀρχὴν εὐπερίοπτον ἐσομένην, εἰ δὴ τῆς πρώτης πείρας οἱ ἐπαναστάντες κρατήσειαν. *Sentiebat enim, imperium*

Polybii Fragmenta retulit Valesius. Prior pars, usque ad verbum κωμάσαι, quam solam Valesius exhibuit, legitur apud Suidam in Κωμάσαι. Reliqua pars adjicitur ab eodem Suida in Ἀνδρωνῖτις, ubi, omissis prioribus verbis, fragmentum incipit ab his, καὶ τὸ λεγόμενον. Verba πρὸς Λυσιτανοὺς ad sequentia retulit Kusterus, vertitque, *priori bello defunctus, Lusitanis bellum inferre statuit:* cui interpretationi repugnant ea, quæ de *clade a Lusitanis accepta* altero loco apud Suidam adjiciuntur. *Marcus* ille, *Romanorum imperator*, de quo hic agitur, fuerit fortasse *M. Claudius Marcellus* Consul, cujus expeditio in Lusitaniam A. V. 602. suscepta uno verbo tangitur in Reliquiis Historiæ Polybianæ lib. XXXV. cap. 1. Nec tamen satis ad liquidum deduci res posse videtur: neque lucis quidquam adfundit Appianus in eis, quæ de rebus, a Marcello in Hispania gestis, habet in Hist. Hispan. cap. 48. aut in eis, quæ sigillatim de Lusitaniæ rebus breviter perstringit ibid. cap. 58. Ceterum pro ἐβούλετο, quod est in fragmento nostro, suspicari licet ἐβουλεύετο scriptum reliquisse Polybium.

28. De Persei fortasse oratione ad milites agitur, de qua Livium vide lib. XLII. cap. 61.

30. Polybio tribuit Casaubonus. Habet Suidas in Εὐπερίοπτος.

rium Macedonum omnibus contemtui fore], si seditiosis primus conatus ex sententia successisset.

Mago. XXXI. Οἱ δὲ τῷ Μάγωνι προσπολεμοῦντες τῶν Λιγυστίνων, πρᾶξαι μὲν ὁλοσχερές τι καὶ μεγαλεῖον οὐχ οἷοί τ' ἦσαν. *Illi vero ex Liguribus, qui contra Magonem pugnabant, efficere nihil, quod ad summam rei pertineret, aut quod præcipuum esset, potuerunt.* Suidas in Μεγαλεῖον.

Metrodorus. XXXII. Πολύβιος· Οἱ μὲν οὖν περὶ Μητρόδωρον, καταπλαγέντες τὴν ἀνάτασιν Φιλίππου τοῦ βασιλέως, ἐπανῆλθον. *Metrodorus igitur, minis Philippi regis territus, reversus est.* Suidas in Ἀνάτασις.

Motieni. XXXIII. Μοτινηνοὶ, χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων· Πολύβιος τρίτῳ. Φλέγων δὲ Μουτινηνὸν αὐτὴν φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Μοτινηνός. *Motieni, oppidulum Hispaniæ, Romanorum colonia; de qua Polybius lib. III. Phlegonti Mutienum dicitur. Gentile Motienus.* Stephanus Byzant.

Nabis. XXXIV. † Ὁ δὲ Νάβις, δυσθετήσας τὰς συνθήκας, οὐ προσέσχε τοῖς γραφεῖσι. *Nabis vero, ægre*

31. Ad Polybium retulit Valesius. An pertinet ad pugnam, quam Livius XXX. 18. exponit? Ibi quidem Ligures socii erant Magonis, (conf. Liv. XXIX. 5.) quod est *συμπολεμεῖν*, non *προσπολεμεῖν*. Sed potuerunt alii ex Liguribus pro Magone stare, alii contra: atque id ita fuisse, ex ipsis verbis hujus fragmenti intelligi videtur.

33. Ni a librariis corruptum vel mutilatum est numerale nomen *τρίτῳ*, verum erit, quod conquestus est ad h. l. Berkelius, mira oscitantia Polybii locum lib. III. cap. 40. (ubi *Μοτίνη* commemoratur, *ἀποικία Ῥωμαίων*) transscriptum esse a Stephano vel ab ejus Epitomatore. Sed quum Phlegontem etiam auctorem citet, & gentile *Μοτινηνός*, quis contendet, non fuisse locum illius nominis in Hispania, cujus mentionem facere potuit Polybius? Numerum libri Polybiani corruptum apud Stephanum vidimus in *Γαλάδραι*, supra n. XIX. & in *Ταμέση* vel *Τεμεσία*, vid. Spicileg. Reliquiarum ex libro XIII. Ceterum non sum nescius, plurima errata in illo Lexico occurrere, non ex librariorum culpa, sed ex ipsius compilatoris vel epitomatoris negligentia profecta.

34. Verbum passivum *δυσθετούμενος*, *ægre ferens*, *male adfectus*, occurrit apud Polyb. VIII. 7, 4. Activum *δυσθετεῖν* nusquam alibi, quod sciam, reperitur, nisi in hoc fragm. quod cum Vrsino Casaubonus Polybio tribuit. *Δυσθετήσας* Suidas exponit *μὴ στέρξας*.

ægre ferens fœderis conditiones, promiſſis non ſtetit, quæ ſcripto erant conſignata. Suidas in Δυϑετήσας.

XXXV. Δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτίθεσθαί πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις κεχρῆσθαι Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. *Videntur autem naves hæ* (Liburnicæ) *non minus celeres eſſe, quam actuariæ naves quinquaginta remorum; ſunt autem multo minores, quam eæ, quæ ex triremium ſunt genere, quarum fabrica jam plurimis abhinc annis in uſu eſſe deſiit, quamquam Polybius hiſtoriarum ſcriptor menſuras expoſuit navium hexericarum. quibus ſæpe uſos eſſe conſtat Romanos & Carthaginienſes in bellis, quæ inter ſeſe geſſerunt.* Zoſimus, Hiſtoriar. libro V. Naves hexericæ.

XXXVI. Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική· Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν Παρθηνός. *Parthus, urbs Illyrica: Apollodorus in Chronicis. Dicitur vero etiam in maſculino genere, ut apud Polybium. Gentile, Parthenus.* Parthus opp.

XXXVII. † Ὁ δὲ, κατευδοκήσας τῷ νεανίσκῳ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, τοῦτον ἀπέλυσε παραχρῆμα ἐς τὸ Πέργαμον. *Ille vero, delectatus colloquio juvenis,* Pergamus.

35. De hoc loco conferri poteſt Iſaacus Voſſius de Triremium & Liburnicarum fabrica, in Grævii Theſ. Antiq. Roman. Tom. XII. p. 727.

36. In Reliquiis Polybianis occurrit Parthi nomen lib. XVIII. cap. 30. ſed non ita, ut ex eo loco intelligatur, in maſculino genere illud nomen uſurpatum fuiſſe à Polybio. Alius ergo Polybii locus ob oculos verſatus eſt Stephano, cum iſta ſcriberet.

37. Ad Polybium retulit Valeſius. Verba compoſita, quale eſt κατευδοκήσας, amat hic ſcriptor; quamquam hoc ipſum nuſquam, quod meminerim, in Reliquiis hiſtoriarum ejus occurrit.

nis, statim hunc dimisit, & Pergamum abire passus est. Suidas in Κατευδοκήσας.

Perseus. XXXVIII. Ἐξαυτῆς οἱ προειρημένοι βιβλιοφόρον ἔπεμπον πρὸς τὸν Περσέα, διασαφοῦντα τὸ γεγονός. *Protinus hi, quos dixi, tabellarium ad Perseum miserunt, qui, quod acciderat, illi significaret.* Suidas in Ἐξαυτῆς.

XXXIX. Ὁ δὲ Περσεὺς ἐβουλεύετο μὲν στέλλεσθαι, οὐ μὴν ἠδύνατό γε κρύπτειν τὸ γεγονός. *Perseus cogitaverat quidem tegere factum, nec tamen occultare potuit.* Suidas in Στείλασθαι.

XL. † Περσεὺς ὁ Μακεδὼν, κατὰ πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν κατασκευαζόμενος πυρσουρίδας, διὰ τούτων ὀξέως ἐμάνθανε τὰ πανταχῆ γινόμενα. *Perseus Macedo per universam Macedoniam pharos exstruxerat, e quibus igne sublato, de omnibus, quæ ubique accidebant, brevi certior fiebat.* Suidas in Πυρσουρίδας.

Philippi. XLI. Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας. . . Ὁ πολίτης, Φιλιππεύς. Φιλιππηνὸς δὲ παρὰ Πολυβίῳ. *Philippi, urbs Macedoniæ. . . Civis, Philippeus; apud Polybium vero, Philippenus.* Stephanus Byzant.

Philippus. XLII. Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τῇ τῶν Κερκυραίων ἀπαξιώσει. *Philippus ægre ferebat contemtum Corcyræorum.* Suidas in Ἀπαξίωσις.

XLIII. Πολύβιος· Ἐπεὶ τὸν Φίλιππον ἐκκλείουσιν οἱ καιροὶ, βούλεσθαι τὸν βασιλέα τὴν ἐπιγραφὴν τῆς

38. Pro *βιβλιοφόρον*, quod est in omnibus Suidæ editionibus, sua auctoritate *βιβλιαφόρον* edidit Vrsinus in Polybii fragmentis, & post eum editores Polybii. Vtrumque recte dicitur.

39. Pro *ἐβουλεύετο* temere *ἐβούλετο* Vrsinus edidit, qui primus hoc fragm. cum præcedenti tribuit Polybio. De re confer Livium XLIV. 10. ex illa enim parte historiæ Persei decerptum hoc fragm. videtur.

40. Non videtur esse Polybii, cui tribuit Valesius. Nusquam apud Polybium, qui tamen sæpe de *πυρσοῖς* verba fecit, & vix apud alium quemquam antiquum scriptorem occurrit vocabulum Πυρσουρίδες. Apud Pollucem IX. 14. *πυρσούργια* vel *πυρπουργεῖα* dicuntur. Recentioris (nescio cujus) scriptoris esse verba ista videntur.

τῆς πράξεως ἐκείνῳ περιποιῆσαι· ὡς ἐν εὐεργεσίᾳ προφέρων τούτῳ τοὺς λόγους. *Cum tempora hæc Philippum excludant, velle regem dicebat actionis hujus gloriam ei tribuere; beneficii quasi loco hanc rem ei offerens.* Suidas in Ἐκκλείουσι. Philippus.

XLIV. Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος, διαδοὺς ὅτι μέλλει σιτομετρεῖν, ἐκήρυξεν, ὅσοι μὴ πλεῖον ἔχουσι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἀπογράφεσθαι πρὸς αὐτόν. *Philippus autem cum evulgasset, se annonam distributurum esse, per præconem edixit, ut, quotquot non amplius quam triginta dierum commeatum haberent, nomina sua apud se profiterentur.* Suidas in Σιτομετρεῖν.

XLV. Οἱ δὲ, ἀβλεπτοῦντες, καὶ αἰδούμενοι ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐβοήθουν. *Illi vero, conniventes, ac reveriti adversari Philippo, opem ei tulerunt.* Suidas in Ἀβλεπτοῦντες.

XLVI. Φιλοποίμην μετὰ δευτέραν ἡμέραν ἀπὸ τῆς πρὸς πόλεμον ἐξόδου παρήγγειλε, τὰ δύο σῖτα τρία ποιεῖν, ὅτε βούλοιτο μίαν ἡμέραν προσλαβεῖν. ποτὲ δὲ τὰ δύο, τέτταρα. *Philopœmen, copias ad bellum educens, altero post profectionem die imperabat militi-* Philopœmen.

45. Polybio hoc tribuit Casaubonus: & sunt Polybiana verba ἀβλεπτοῦντες & ἀντοφθαλμεῖν. Ad *Philippum* autem etiam pertinet fragm. quod exhibuimus art. *Metrodorus.*

46. Valesius, qui hoc fragm. inter Polybiana retulit, verba ista, τὰ δύο σῖτα τρία ποιεῖν, sic vertit: *ut pro bidui frumento tridui annonam paratam haberent:* quod quidem quo pacto jubere altero post profectionem die imperator potuerit, non video. Tenuit tamen illam interpretationem Kusterus. Mihi planum utique videtur, idem h. l. a Philopœmene factum, quod in institutis Spartanorum fuisse Xenophon ait, de Repub. Laced. p. m. 535. extr. (edit. Leuncl. Basil. 1569.) curasse magistratus, *ut possent juvenes*, εἰ παραγγελθείη, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σίτου πλείω χρόνον ἐπιταθῆναι. Simile quid de Persarum juvenibus narrat Xenophon in Cyropæd. lib. I. cap. 2. v. 11. edit. Zeunii. Sub finem nostri fragmenti pro ποτὲ, quod est in Suidæ editione Mediolanensi, posteriores editiones π ό τ ε δὲ τὰ δύο habent; nulla prorsus sententia. Hinc Valesius ὅτε δὲ δύο correxit, abjecto articulo τὰ, hac sententia: *quando vero duos adjecturus erat dies, quatuor* (scil. *portiones ex duabus facere jussit.*) At restituta particula ποτὲ, nihil opus erat illa emendatione.

militibus, ut ex bidui cibariis tres portiones facerent, quoties constituerat unum diem amplius, quam edixerat, morari; interdum etiam quatuor portiones ex duabus facere jussit. Suidas in Σῖτα.

Præmia militaria.

XLVII. Πολύβιος· Τοὺς δὲ ἐτίμησε χρυσοῖς ὑφάσμασι καὶ λόγχαις, βουλόμενος ἀκόλουθον εἶναι τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν. *Hos vero vestibus donavit auro textis & hastis, promissis suis facta consentanea esse volens.* Suidas in Ἀκόλουθον.

Prusias.

XLVIII. Οὕτω γὰρ διέξειν τὰς χεῖρας, καὶ φροντιεῖν τοῦ μηδὲν ἀδίκημα ποιήσειν τὸν Προυσίαν εἰς αὐτούς. *Ita enim se manus distenturum* (& diremturum litigantes,) *curaturumque, ne Prusias ullam illis injuriam inferret.* Suidas in Διέξειν.

XLIX. † Προπεπωκέναι δὲ παρὰ τὴν συνουσίαν πολλὰ μὲν ἀργυρώματα τὸν προειρημένον, πολλὰ δὲ χρυσώματα, τῷ Προυσίᾳ. *In convivio autem prædictum virum multa argentea & aurea vasa Prusiæ propinasse (ferunt.)* Suidas in Προπεπωκέναι.

Publius.

L. Ὁ δὲ Πόπλιος κατέσχε τῆς Αἰτωλίας εἰς Ναύπακτον. *Publius autem Naupactum Aetoliæ urbem adpulit.* Suidas in Κατέσχον.

LI. Τὸν δὲ Πόπλιον καὶ τὸν Γάϊον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως καὶ μεγαλομερῶς. *Cum autem Publium*

48. Haud improbabiliter ad Polybium retulit Valesius. Polybiana phrasis est *διέχειν τὰς χεῖρας*. conf. IV. 52, 1. Ceterum infinitivi *διέξειν* & *φροντιεῖν*, ambiguum est, utrum in singulari, (*distenturum curaturumque,*) an in plurali *(distenturos & curaturos)* sint intelligendi

49. Et hoc Valesius Polybio tribuit.

50. Cum aliis Polybianis hoc profert Suidas, & ipsum pariter ex Polybio decerptum significare videtur, ad quem retulerunt Vrsin. & Casaub. Agebatur autem fortasse de *P. Sulpicio Galba*, cui ex Consulatu Macedonia provincia obtigit, quæ ei deinde per aliquot annos continuos prorogata est. Liv. XXVI. 22. & 28. XXVII. 30. Classem autem Romanam per illa tempora Naupacti stationem habuisse, ex eodem Livio XXVII. 31. discimus.

51. Polybio cum insigni veri specie adjudicavit Toupius, Emendat. in Suidam Part. II. p. 263. edit. Lips. Quinam autem h. l. dicantur Publius & Cajus, nescio. Legatos fuisse Romanorum ad aliquem regem, satis intelligitur.

blium & Cajum humaniter & magnifice excepiſſet. Suidas in Μεγαλομερῶς.

LII. Ὁ δὲ ἐξέπεμπε τὸν Πόπλιον μετὰ μεγάλης προστασίας. *Ille vero Publium cum magno & honorifico comitatu dimiſit.* Suidas in Προστασία, qui quidem προστασίας hoc loco interpretatur δυνάμεως, ἐξουσίας, quem ſecutus Küſterus vertit, *cum magna militum manu emiſit.*

LIII. † Διὸ κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος, παρῃτήσαντο τοὺς Πρυτάνεις ἐκπέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας. Id eſt, interprete Küſtero: *Quare cum futura prudenter proſpexiſſent, rogarunt Prytanes, ut Rhodum legatos mitterent, (qui ab illis peterent,) ut in libertate tuenda ſe adjuvarent.* Prytanes.

LIV. Ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς δεύτερος, ὁ Φιλάδελφος ἐπίκλην, ἐκδοὺς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Βερενίκην Ἀντιόχῳ τῷ Συρίας βασιλεῖ, ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε πέμπειν αὐτῇ τὸ ἀπὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, ἵνα μόνου τοῦ ποταμοῦ τούτου ἡ παῖς πίνῃ, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος. *Ptolemæus ſecundus, Aegypti rex, cognomine Philadelphus, cum filiam Berenicen Antiocho regi Syriæ nuptum dediſſet, mittendam ad eam Nili aquam ſedulo curavit, ut eam ſolam gnata biberet: quemadmodum* Ptolem. Philad. & Berenice.

52. Ἐκπέμπειν apud Polybium ſæpius uſurpatur de dimittendis vel remittendis Legatis. *μετὰ μεγάλης προστασίας* phraſis eſt Polybiana eo ſenſu, quem in verſione expreſſi. Itaque Polybio hoc fragm. tribuit Caſaub. cum Urſino.

53. In exponendo verbo *κατεξαναστάντες* ipſum Suidam ſecutus eſt Kuſterus; interpretatur enim ille *προμηθῶς βουλευσάμενοι.* Mihi ſententia hæc videtur eſſe, *opponentes ſeſe* vel *reſiſtentes imminenti periculo.* Nuſquam autem hoc verbum apud Polybium occurrit, quamvis amet ejuſmodi compoſita. Inter Polybiana tamen Fragmenta referre non dubitavit Valeſius. Cujuſnam civitatis *Prytanes* hoc loco dicantur, quis definiet? An Thaſi? Ibi certe Prytaneum fuit. (conf. Caſaub. ad Athenæum lib. XV. cap. 19.) Sic ſuſpicari liceret, Philippo Thaſum invadente (Polyb. XVI. 24.) popoſciſſe Thaſios a magiſtratibus ſuis, ut ad Rhodios mitterent legatos; qui opem ab illis contra regem peterent.

dum Polybius narrat, Athenæus lib. II. pag. 45. edit. Casaub.

Ptolemæus alius. LV. Ὁ δὲ, τὸ μέλλον ἐμφρόνως ὀττευσάμενος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε, τὴν φρουρὰν ἀποτρίψασθαι τὴν παρὰ τοῦ Πτολεμαίου. *Ille autem, prudenter id quod erat futurum auguratus, secum cogitare cœpit, quomodo præsidium Ptolemæi ex urbe ejiceret.* Suidas in Ὀττεύεσθαι.

Romanorum prudentia. LVI. Πολύβιος· Ταῦτα εἰρήσθω χάριν τῆς Ῥωμαίων εὐβουλίας, καὶ τῆς ἀνοίας τῶν ὀλιγορούντων τῆς τῶν ἐκτὸς συγκαταθέσεως, αὐτοτελεῖς δὲ νομιζόντων εἶναι πρὸς τὸ κατορθοῦν τὰς σφετέρας δυνάμεις. *Hæc dicta sunto ad prudentiam Romanorum laudandam, & ad amentiam coarguendam eorum, qui exterorum consensum negligunt, & suas sibi vires ad rem feliciter gerendam sufficere putant.* Suidas in Αὐτοτελής.

LVII. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐ τὴν τυχοῦσαν πρόνοιαν ἐποιοῦντο τοῦ μὴ κατάρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, μηδ᾽ ἀναιρούμενοι τοὺς πολέμους τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ᾽ ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνούμενοι καὶ κατ᾽ ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. *Omni enim diligentia providebant Romani, ne ipsi priores injuriam intulisse, neve susceptis ultro bellis vicinos adpetiisse viderentur; sed ut potius vim illatam repellentes & necessitate adducti suscipere viderentur bella.* Suidas in Ἀμυνόμενοι, & in Ἐμβαίνειν, & Ἀναιρούμενοι, & Πέλας,

Scipio. LVIII. Πολύβιος· Ὡσανεὶ καὶ τὸ αὐτόματον καὶ τύχη τις ἐσωματοποίει τὰς τοῦ Σκιπίωνος πράξεις, ὥστ᾽ ἐπιφανεστέρας ἀεὶ καὶ μείζονας φαίνεσθαι τῆς

55. Polybio tribuit Valesius probabili conjectura. Ἀποτρίψασθαι & *ejicere ex urbe* potest intelligi, ut exposuit Küsterus, & *urbe prohibere*, vel *repellere præsidium, a Ptolemæo missum.*

56. οἱ ἐκτὸς, *qui foris sunt, qui concilii non sunt participes.*

57. Recte post Vrsinum Casaubonus & Valesius hoc in Polybianorum numerum retulerunt.

58. & 59. De *Majore Africano* utique agi videtur.

Scipio.

τῆς προσδοκίας. *Aliquis etiam veluti casus & fortuna quædam res gestas augebat Scipionis, ut illustriores semper majoresque exspectatione viderentur.* Suidas in Ἐσωματοποίει.

LIX. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ πάρεργον ἄξιον σιωπῆσαι, καθάπερ ἀγαθοῦ τεχνίτου. περὶ τοῦ Σκιπίωνος λέγων ὁ Πολύβιος. *Verum ne leviora quidem ejus dicta & facta, tamquam solertis cujusdam artificis, silentio præterire decet. Sic de Scipione scribit Polybius.* Suidas in Παρέργως.

LX. Σκιπίων ὁ Ῥωμαῖος συνεβούλευσεν οὕτως, ἢ μὴ πειράζειν, ἢ οὕτως ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου τέλος ἐπιθεῖναι τῇ πράξει. τὸ γὰρ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν, ἅμα μὲν ἐπισφαλές· ἅμα δ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι ποιεῖ παντελῶς. *Scipio Romanus aut omnino rem non tentandam esse suadebat, aut sic tentandam, ut omnibus viribus, quod instituisti, coneris perficere. Nam bis adversum eumdem tentare, & periculosum esse, & contemtui obnoxium prorsus reddere.* Suidas in Πειράζειν.

LXI. Οἱ δὲ, διαζηλοτυπούμενοι πρὸς τὸν Σκιπίωνα, ἐπεβάλοντο διασύρειν τὰς πράξεις αὐτοῦ. *Illi vero, Scipioni invidentes, traducere ejus facta cœperunt.* Suidas in Διαζηλοτυπ.

LXII. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ὑπερευδοκούμενοι κατὰ πάντα τρόπον τῇ τοῦ Σκιπίωνος ὁμολογίᾳ καὶ τῷ χειρι-

60. Casaubonus, in Fragmentis Polybianis, pro πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν legendum πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσκόπτειν censuit, *ad eumdem lapidem offendere.* Posses eodem jure πρ. τ. αὐτ. λιθ. πταίειν suspicari, ut habet Polyb. XXXI. 19, aut προσκρούειν, ut est apud Michaëlem Apostolium Proverb. Centur. VII. n. 29. Sed non video, quid sit, quod impediat, quo minus vulgatam teneamus scripturam, ea, quam in versione expressi, sententia, nisi ita ἐν τῷ αὐτῷ potius, quam πρὸς τὸν αὐτὸν scribendum fuisse putemus, quod tamen nec ipsum admodum necessarium videtur.

61. Polybio tribuit Valesius. An de Majore Africano agitur, in Sicilia versante? conf. Liv. XXIX. 19.

62. Ad Polybium retulit Toupius, Emend. in Suidam P. III. p. 518. edit. Lips. perspecteque χειρισμῷ correxit, pro mendoso χωρισμῷ, quod apud Suidam vulgo legitur.

Scipio. χειρισμῷ τῶν πραγμάτων. *Romani autem, valde adprobantes fœdus Scipionis & rerum administrationem.* Suidas in Ὑπερευδοκουμ.

LXIII. Σκιπίων γοῦν, ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην, ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσιν, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. καὶ ἑνὸς ἀποθανόντος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, ἐπέστειλε τοῖς οἰκείοις, ἄλλον ἀντ' ἐκείνου πριαμένους πέμψαι αὐτῷ. *Scipio, cui Africano cognomen fuit, a Senatu legatus, ut terrarum orbis regna componeret, ac in manum eorum, quibus reddi æquum fuit, illa restitueret, servos tantum quinque secum duxit, ut narrat Polybius & Posidonius. Cumque unus ex illis in itinere vita esset functus, ad familiares literis datis mandavit, alium ut emerent ad seque mitterent.* Athenæus Deipnosoph. lib. VI. pag. 273.

Seleucus. LXIV. † Οὐ δυνάμενος δὲ πείθειν ἐξ ἀκεραίου διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ ἀπραγίαν τοῦ προειρημένου βασιλέως, ἠναγκάσθη φ' τάλαντα προτεῖναι. καὶ δὴ συγκατέθετο βοηθήσειν ὁ Σέλευκος. *Cum autem persuadere simpliciter (& sine mercede) non posset propter timiditatem & ignaviam prædicti regis, quingenta talenta offerre coactus est. Atque ita Seleucus promisit, opem se laturum.* Suidas in Ἀκέραιος.

Sidetæ. LXV. Ὁ δὲ ἔπλει, παράπλους ποιησάμενος τοὺς Σιδητῶν παρῶνας· ἧκον γὰρ Ῥοδίοις εἰς συμμαχίαν. *Ille*

63. De Minori Africano h. l. agi, satis certum est. De illa Scipionis legatione supra dixi in Testimoniis de Vita Polybii, Tit. VIII. n. 2. Conf. Davis. ad Ciceronis Acad. II. 2. & auctores ibi citatos, Plutarch. Apophthegm. p. 201, & Valer. Max. IV. 3, 13.

64. Polybio tribuunt Vrsinus & Casaub.

65. Valesius Polybio tribuit. Ὁ δὲ, an Eudamus, classis præfectus Rhodiorum? Liv. XXXVII. 22 seq. παράπλους ex certa (ut mihi quidem videtur) conjectura correxi; cum nihili vocabulum παρόπλους h. l. vulgo legatur apud Suidam, quod frustra interpretari solent, *postquam Sidetarum parones exarmasset.* παράπλους

Ille vero cum classe profectus est, comitari sese jussis Sidetarum paronibus; auxilio enim hi venerant Rhodiis. Suidas in Παρῶσι, quod tamen perperam ibi pro Παρῶνες vel Πάρωνες scriptum videtur.

LXVI. Ὁ δὲ, τοὺς Συρακουσίους ἀνασείων, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσειν ἐπαγγειλάμενος. *Ille vero, Syracusanos ad bellum concitans, & libertatem se illis restiturum promittens.* Suidas in Ἀνασείειν. Syracusani.

LXVII. Πολύβιος· Οἱ Ῥωμαῖοι τὰς μὲν ναῦς ἐνεώλκησαν· τοὺς δὲ * ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι συναθροίσαντες ἐκ τῶν προγεγονότων ἐλαττωμάτων, ἐπίνειον ἐποίησαν, ἐπὶ τῷ προκαθίσαντας ἐπὶ τῆς διαβάσεως διαφυλάξαι τοὺς συμμάχους. *Romani vero, subductis in terram navibus, [milites sociosque] ex ante acceptis cladibus Tarraconem congregarunt, ibique castellum navale fecerunt, ut trajectui præsidentes tuerentur socios.* Suidas in Ἐπίνειον. Tarracon.

πλους ναῦς idem est quod παραπλέουσα, *navis quæ comitatur, quæ juxta navigat*; sicut πρόπλους ναῦς idem quod προπλέουσα, & ἐπίπλους i. q. ἐπιπλέουσα. De vocab. παρὼν sive πάρων, *minoris navigii genus* designante, vide Henr. Stephani Thes. Gr. Ling. in hoc vocab. & præsertim in vocab. Μυοπάρων, Adde Schefferum de Militia Navali Veterum, lib. II. cap, 2. p. 71 sq.

66. Vulgo apud Suidam in locum verbi ἀνασείων irrepsit ἐρεθίζων, quod alterius est interpretatio. Verum restituit Valesius, in Fragmentis Polybii. An agitur de Theodoto, qui cum Soside Syracusanos simul ad libertatem, simul ad arma vocavit? Liv. XXIV. 21

67. τῇ Ταῤῥακῶνι ex vetustis Suidæ editt. restitui. τῷ Ταῤῥακῶνι sua auctoritate edidit Ursinus in Fragm. Polyb. & post eum Casaubonus. τῇ Ταῤῥακῶνι Kusterus cum Porto. Omnia hæc ferri possunt, Attamen diversa paulisper forma nomen hoc apud Polybium usurpatur, nempe Ταῤῥάκων, Ταῤῥάκωνος, Ταῤῥάκωνι, quam eamdem, omissis ceteris, Stephanus Byzant notavit. At Suidas, suo loco, Ταῤῥακὼν, πόλις, ait, καὶ κλίνεται Ταῤῥακῶνος. Utro genere nomen hoc alias usurpaverit Polybius, ex locis, ubi occurrit, haud adparet. Ceterum ante hæc verba ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι excidisse utique vocabulum στρατιώτας, συμμάχους, aut aliquid in eamdem fere sententiam videtur: nam cum Porto & Kustero componere τοὺς ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι, & *Tarraconenses* interpretari, non placet. De Neronis forte in Hispaniam adventu post Scipionum calamitatem egerat hoc loco Polybius; quamquam non omnibus momentis conveniunt quæ de ea re Livius habet XXVI. 17.

Theſſalorum turbæ. LXVIII. *Τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ζηλωθείσης, καὶ πάσης πόλεως εἰς στάσεις καὶ ταραχὰς ἐμπιπτούσης. Cum ad Aetolorum exemplum, Theſſali quoque, ære alieno preſſi, novas tabulas poſcere conficereque cœpiſſent, eaque res civitates cunctas ſeditionibus & turbis compleviſſet.* Suidas in Χρεωκοπεῖται.

Tyana. LXIX. Τὸν δὲ, *καθήμενον περὶ τὰ* Τύανα, *κατηργηκέναι καὶ καταπροΐεσθαι τοὺς καιρούς. Illum autem, ad Tyana ſedentem, otioſum eſſe, & rei bene gerendæ occaſiones e manibus dimittere.* Suidas in Κατηργηκέναι.

Viriathus. LXX. † [Ὅτι *βάρβαροί τινες κτείνουσι* Βυρίατθον *τυραννήσαντα, ταύτῃ προσάγεσθαι τὸν τῶν* Ῥωμαίων

68. Ad Polybium auctorem cum Vrſino retulit Caſaub. De Aetolorum novis Tabulis vide Polyb. XIII. 1. De Theſſalorum turbis conf. Liv. XXXIV. 51.

69. Polybio tribuit Valeſius, Ac paſſim de rebus Cappadociæ, quo pertinet hoc fragmentum, copioſe egiſſe Polybium lib. XXXI. & ſeqq. ex Reliquiis Hiſtoriarum ejus adparet. Videri poteſt h. l. προέσθαι ſcribendum, ut de tempore præterito intelligatur, & conveniat cum κατηργηκέναι. Sed ipſum hoc κατηργηκέναι a Suida exponitur ἀνέργητον εἶναι in præſenti, *otioſum eſſe, in deſidiam delapſum eſſe.*

70. Poſteriorem fragmenti hujus partem inter Polybiana retulit Caſaubonus; multum autem augeri illud poſſe, ex Suida in Βορίανθος, notavit Gronovius. Ac potuerat quidem Polybius in rebus Hiſpaniæ, anno urbis 606. geſtis, quo innoteſcere Viriathus cœpit, viri hujus mentionem facere: ſed ad id tempus, quo periit Viriathus, A. V. 614, non pertigit hujus ſcriptoris Hiſtoria univerſalis. Potuerat quidem etiam in introitu hiſtoriæ Belli Numantini, quam ſeparatim perſcripſit, res a Viriatho geſtas breviter perſtringere, quoniam ab hoc viro incitati arma primum ceperant Numantini, ut Appianus docet, Hiſt. Hiſpan. cap. 66. & 76. Sed Suidæ ætate jam pridem deperditus haud dubie fuerat ille Polybii liber, & in Conſtantini Porphyrogeniti Excerptis (e quibus hoc Fragmentum deſcriptum eſſe prodit initialis particula Ὅτι) nihil ex Polybii hiſtoria Belli Numantini decerptum conſtat. Denique in ſtylo totius hujus Fragmenti nihil magnopere ineſt Polybiani coloris, & ſolo nomine *Scipionis*, quod perperam vulgo h. l. apud Suidam legitur, inductus fuiſſe Caſaubonus videtur, ut ex Polybii Hiſtoriis decerptum hoc fragmentum ſuſpicaretur. Sed Καιπίωνος & Καιπίων pro vulgato Σκηπίωνος & Σκηπίων eſſe reſcribendum, ipſumque illud portentum nominis Βορίανθος, quod ex vitioſo codice Suidas in horrea ſua retulit, ex Βυρίατθος, Οὐρίατθος

Ῥωμαίων στρατηγὸν ἡγούμενοι εἰς εὔνοιαν. Καὶ δὴ ἀφικόμενοι τῶν τοῦ Βυριάτθου αὐθεντῶν τινες, ἆθλα τῶν περὶ τὸν ἄνδρα πεπραγμένων ἠξίουν παρὰ Καιπίωνος κομίζεσθαι. Ὁ δὲ Καιπίων ἀποκρίνεται, μηδαμῶς εἶναι Ῥωμαίοις ἔννομον, ἐν ἐπαίνῳ ποιεῖσθαι τὰς κατὰ τῶν στρατηγῶν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιχειρουμένας ἐπιβουλάς. *Barbari quidam Viriathum tyrannum interfecerunt, ea re putantes se imperatoris Romanorum benevolentiam sibi esse conciliaturos. Quidam igitur percussorum, Cæpionem adeuntes, cædis perpetratæ præmia ab eo postularunt. Quibus Cæpio respondit, non solere Romanos probare insidias, quas milites contra duces suos essent moliti.* Suidas in Βορίανθος & in Ἐπιβουλαί.] Viriathus.

ρίατθος vel Οὐϊρίατθος esse corruptum, docui in Emendationibus & Observationibus in Suidam, anno MDCCLXXXIX. editis, p. 24 sq. ibidemque de dissensione monui, facile quidem concilianda, quæ interesse videtur de morte Viriathi inter alios auctores (velut Livium Epit. lib. LIV. Vellejum Paterc. II. 1. Valerium Max. IX. 6, 4. Auctorem de Viris Illustrib. in Viriatho) & inter hunc auctorem, e quo fragmentum nostrum ductum est, cum quo vicissim ad verbum pæne consentit Eutropius IV. 7, 16. ubi, *Viriatus*, ait, *a suis interfectus est. . . Cum interfectores ejus præmium a Cæpione consule peterent, responsum est, nunquam Romanis placuisse, imperatorem a suis militibus interfici.*

POLY-



Suidas in

POLYBII
FRAGMENTA GRAMMATICA.

Ἀβλεπτήματα.

I. † Ὁ δὲ Φέρων ἐκαρτέρει τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀβλεπτήματα· τὰ δὲ τῶν λογικωτέρων αὐτὸν ἠνία. *Ille vero idiotarum peccata patienter ferebat; sed prudentiorum, male ipsum habebant.*

Ἀβουλεῖ.

II. Ὁ δὲ, οὐ σφόδρα στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης, ἀβουλότατα διεπράξατο. *Ille vero, non admodum ratione habita sententiæ regis, imprudentissime rem est exsecutus.*

Ἀγριότης.

III. Θαυμαστὴ γάρ τις κίνησις, ὡς ἔοικε, τἀνθρώπου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος καὶ ἀγριότης. (ἐπὶ Φιλαργυρίας.) *Mirus quidam motus ac ferus impetus, ut videtur, illius hominis in hanc partem fuit. (de avaritia agitur.)*

Ἀγωνιῶ.

IV. Ἠγωνία δὲ, μὴ τοὺς στρατιώτας ἐπιλείπῃ τὰ ὀψώνια. *Timebat vero, ne milites cibaria deficerent.*

Ἀδικοδοξ.

V. Ὁ δὲ στρατηγὸς, οὐ δυνάμενος ἐνεγκεῖν τὴν ἀδικοδοξίαν τῶν ταῦτα λεγόντων. *Imperator vero, cum ferre non posset iniquum eorum, qui ista dicebant, consilium.*

Ἀθεσία.

VI. Πολύβιος· Ἐπικρύπτειν ἅπασι τὴν ἀθεσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀβεβαιότητα. *Apud omnes occultare perfidiam eorum & inconstantiam.*

VII.

1. Non video, quid spectans Casaubonus Polybio hoc fragmentum tribuerit, in quo nihil Polybianum equidem reperio.

2. De hoc minus repugnem, quod ab eodem Casaub. huc relatum est. Verbum στοχάζομαι ea notione, quam in vers. lat. expressi, sæpius usurpat Polybius. Küsterus: *non admodum considerata nec satis intellecta sententia.*

3. καὶ ἀγριότης. Adjeci καὶ cum Toupio, qui Polybio fragmentum hoc adsignat, Emend. in Suid. P. I. p. m. 14.

4. Polybianum utique mihi visum est, & jungitur apud Suidam aliis Polybianis.

5. Et alias vocab. ἀδικοδοξία usurpat Polybius, cui hoc fragm. tribuit Vales.

VII. Πολύβιος· Ὁ δὲ, προσπεσὼν, αἱρεῖται νίκην εὐτυχεστάτην. *Ille vero, hostem adortus, victoriam reportavit felicissimam.* Suidas in Αἴρε.

VIII. Ἀκόλουθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις. *Finis consecutus est, industriæ atque constantiæ consentaneus, quam ille adhibuerat.* Ἀκόλουθον.

IX. Δαμάσκιος· Τα γὰρ ἐπιφανέστατα τῶν ὀχυρωμάτων ὡς ἐπίπαν κοινὴν ἔχει τὴν φύσιν. Γνοίη δ' ἄν τις τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν περὶ τὰς Ἀκροπόλεις συμβαινόντων. αὗται γὰρ δοκοῦσι μὲν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πόλεων ἐν αἷς ἂν ὦσι, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐλευθερίας φυλακήν· γίνονται δὲ πολλάκις αἴτιαι δουλείας καὶ κακῶν ὁμολογουμένων, ὥς φησι Πολύβιος. *Damascius: Munimenta enim maxime insignia ancipitem plerumque natura sua habent usum. Id ita esse, facile quis intelliget ex eis, quæ Arcibus solent accidere. Hæ enim multum quidem conferre videntur ad securitatem urbium, in quibus sunt, & ad libertatem tuendam: attamen haud ita raro servitutis & manifestorum malorum caussæ exsistunt, ut ait Polybius.* Ἀκρόπολις.

X. Ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως αἰσχρῶς προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες ἢ ἰδόντες κακόν. *Ille autem acerbe & ferociter scripsit, sceleratos eos & nefarios in epistola vocans, si tam turpiter loca proditurі essent, quum nullum malum nec passi essent nec vidissent.* Ἀλάστωρ. & Παραστατ.

XI. Πολύβιος· Οἶδε γὰρ καὶ λόγων ἀλκὴ θανάτου καταφρονεῖν. *Vis enim doctrinæ & rationis mortem etiam contemnere novit.* Ἀλκή.

XII.

8. Polybianum esse, singula pæne vocabula produnt.

9. Correxi τῶν πόλεων ἐν αἷς ἂν ὦσι, quod etiam in vers. lat. expressit Kusterus. Mendose apud Suidam τῶν πολέμων ἐν οἷς ἂν ὦσι.

10. Convenire utique videtur Polybio, cui tribuit Casaub. Vocabulo παραστατικῶς & alibi eadem notione utitur hic scriptor. Utitur & Diodorus Siculus, diversa paulisper notione, fidenter, *forti animo.* conf. Wesseling. ad Diodori Legat. XXVII.

Suidas in Ἀλογιστία.

XII. Πολύβ. Ὀλίγοι δέ τινες ἦσαν οἱ καταινέσαντες. οἱ δὲ ἀντέπιπτον· ὧν οἱ μὲν ἀλογιστίαν, οἱ δὲ μανίαν ἔφασαν εἶναι τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ, τοπαράπαν ἀνεννόητον ὄντα τῆς μάχης καὶ τῆς βαρβαρικῆς χρείας. *Pauci nonnulli probabant: at plerique refragabantur, quorum alii temeritatem, alii insaniam dicebant esse, caput objicere periculis, & vitam incertæ fortunæ aleæ committere, cum nescius omnino sis generis pugnæ & rationis, qua in rebus gerendis utuntur barbari.*

Ἀναδέξασθαι.

XIII. Πρὶν ἀναδέξασθαι τοὺς ἐσκεδασμένους ἐν ταῖς προνομαῖς. *Priusquam reciperet* (vel *rursus contraheret*) *eos, qui pabulandi causa dispersi erant.*

Ἀναδρομή.

XIV. Ἀναδρομὴ γίγνοιτο, κοὐ σφαλλοίμεθα. Δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἀεὶ τὸν στίχον τοῦτον. Τοῦτο μὴ ποιήσας Λεύκιος ὁ Ῥωμαῖος, μεγάλως ἐσφάλη. Οὕτω παρ' ὀλίγον σφάλλεται τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, τῶν ἡγουμένων ἀκρισίᾳ. Ἱκανὰ τῶν τοιούτων παραδείγματα τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἥ τε Πύῤῥου τοῦ τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλέως βία καὶ πάροδος

12. Conferendus Suidas in Καταινέσαντες, in Ἀνεννόητος, & in Κύβος, & Κυβεύω. Suspicatus est Gronovius, spectari monitum, quod Q. Fabius M. Livio dedit, ad bellum proficiscenti, *ne, prinsquam genus hostium cognosset, temere manum consereret.* Liv. XXVII. 40. At videtur potius de uno quodam viro agi, in certamen singulare cum barbaro quodam prodituro.

13. Mediis Polybianis intersertitur apud Suidam, & videtur recte a Casaub. Polybianis adnumeratum.

14. Polybio tribuit Casaub. cum Vrsino: nec videtur ab usu hujus scriptoris abhorrere. Quis vero sit *Lucius* ille, cujus calamitas occasionem præbuit auctori præceptum hoc lectoribus suis inculcandi, viderint doctiores. An idem, cujus mentio fit in Fragm. Historico XXVI? An L. Postumius, de quo Liv. XXIII. 24. ad A. V. 538? Sic decerptum fuerit fragmentum e fine libri VI. Aliud haud dubie egerat Reiskius, cum ad hoc Fragm. (in Animadv. ad Polyb. p. 781.) scripsit: „Lucius Romanus, qui hic commemoratur, est L. Cornelius Scipio, patruus Africani majoris, qui cecidit una cum fratre in Hispania.“ Avunculo illi Africani majoris, Cnæo non Lucio fuisse cognomen, norunt omnes. In Græcis verbis nonnulla correximus; scil. primo τῶν ἡγουμένων, pro ἀγομένων, quod perperam vulgo apud Suidam scriptum legitur; & deinde στρατεία pro στρατιά, quod vulgo h. l. editur.

ϱοδος εἰς Ἄργος, ἥ τε Λυσιμάχου στρατεία διὰ Θρᾴκης ἐπὶ Δρομιχαίτην τὸν βασιλέα τῶν Ὀδρυσῶν, καὶ πολλὰ δὴ τούτοις ἕτερα παραπλήσια. *Receptus tibi pateat; nec eventus cœpta frustrabitur. Hunc versum semper in promtu habere oportet; quod quia non fecit Lucius Romanus, in gravissimam calamitatem incidit. Sic maximæ res levi momento ad irritum recidunt, ducum imprudentia. Hujus rei documentum abunde præbent intelligentibus cum Pyrrhi, Epirotarum regis, violentia & irruptio in Argivorum urbem, tum Lysimachi expeditio per Thraciam adversus Dromichætem, Odrysorum regem, suscepta, multaque alia his similia.* Suidas in Ἀναδρομή.

XV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τῶν γεγονότων οὐδὲν ὅλως εἰδότες, περὶ ἀναζυγὴν ἐγένοντο. *Romani vero, prorsus ignari eorum, quæ accidissent, reditum parabant.* Ἀναζυγαῖς.

XVI. Οἷς δ' ἅμα ἀνατεθεὶς καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φόβον ἐπικρεμάσας. *Aliis vero minas simul intentans, & metum sui incutiens.* Καὶ, ἀνατατικῶς κελεύων· (ἀντὶ τοῦ προστακτικῶς καὶ ἐμβριθῶς.) *Minaciter imperans.* Ἀνατεθεὶς & Ἐπικρεμάσας.

XVII. Τὰ μὲν φιλάνθρωπα παρεσιώπων, τὰς δὲ ἀνατάσεις καὶ ἀπειλήσεις ἔλεγον. *Quæ quidem ad benignitatem pertinebant, silentio præterierunt; quæ duriora erant, & minas, commemorarunt.* Ἀνατάσεις.

XVIII. Ὁ δὲ, συναθροίσας τοὺς φίλους, ἀνεδίδου διαβούλιον, τί δέον εἴη πράττειν. *Ille vero, convocatis amicis, deliberandum proposuit, quid facto esset opus.* Ἀνεδίδου.

XIX.

15. Proxime subjicitur alii Fragmento apud Suidam, quod extra dubium Polybii est, & recte hoc ipsum ad eumdem auctorem retulisse videtur Valesius.

16. Hæc duo, & id quod sequitur num. 17. probabiliter Polybio tribuit Casaub.

18. Ad Polybium auctorem recte retulit Ursinus. Similia verba leguntur VII. 5, 2. nec tamen ita paria, ut cum Gronovio putandum sit, ex illo loco confictum esse hoc fragmentum.

Suidas in *Ἀνεννόητοι.

XIX. Πολύβιος· Πάντων δὲ ἦσαν τούτων οἱ στρατηγοὶ ἀνεννόητοι. *Horum autem omnium ignari erant duces.*

*Ἀνεπιστάτως.

XX. Οὐκ ἄξιον, ἀνεπιστάτως παραδραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων. *Non decet, hæc talia ſine notatione prætermittere.*

*Ἀπαραγγ.

XXI. Πολύβιος· Καὶ πανταχόθεν ἀπαραγγέλτως ἠθροίζοντο. *Et undique injuſſi conveniebant.*

*Ἀπέστησεν.

XXII. Πολύβ. Ἐκεῖνον γὰρ οὔτε σκότος, οὔτε χειμῶνος μέγεθος ἀπέστησεν οὐδέποτε τῆς προθέσεως· ἀλλὰ, καὶ ταῦτα διωθούμενος, καὶ τὰς ἀῤῥωστίας ἐκπονῶν, καθῖκτο, καὶ διετύγχανε πάντα τὸν χρόνον. *Illum enim neque tenebræ, neque tempeſtatis magnitudo a propoſito umquam dimoverunt: ſed, hæc incommoda fortiter ſuperans, & morbum labore vincens, conſecutus eſt propoſitum, & perpetua felicitate eſt uſus.*

ibid.

XXIII. Πολύβ. Ἀποσχόντες τῆς ἰδίας παρατάξεως ἐφ᾽ ἱκανόν τινα τόπον, οἱ μὲν πλείους ἀπέστησαν· (immo ἐπέστησαν·) δύο δὲ ἐπὶ πολὺ προῆλθον. *Cum ab acie ſua ſatis longo intervallo abeſſent, plerique quidem ſubſtiterunt, duo vero longius progreſſi ſunt.*

*Ἀπηρείσατο.

XXIV. Πολύβ. Ὁ δὲ, ἀπορῶν τοῖς ὅλοις, πέρα ἐπί τινα τοιαύτην ἐλπίδα κατὰ τὸ παρὸν ἀπηρείσατο τὴν ἐνεστῶσαν ἀπορίαν. *Ille vero, de ſumma rei*

19. Plenius repetitur hoc Fragmentum in voc Στρατηγία, & jam inſertum eſt a nobis lib. XI. 8, 2. ut non repeti debuerit hoc loco. Aliud Fragm. quod habet Suidas ad voc. Ἀνεννόητον, vide ſupra in Ἀλογιστία.

20. Colorem utique habet Polybianum, & perſpecte huc retulit Valeſius.

22. καθῖκτο ex conject. correxi; intell. τῆς προθέσεως. Vide Lexic. Polyb. in καθικνεῖσθαι. Mendoſe vulgo καθῆστο.

23. Ex mendoſo codice hæc deſcripſit Suidas, in quo ἀπέστησαν erat, pro ἐπέστησαν, quod non dubito ſcriptum fuiſſe a Polybio. Bene habet interpretatio Lexicographi, cum addit, ἀντὶ τοῦ ἐπέσχον τοῦ δρόμου, id eſt, *inhibuerunt curſum.* Contra ἀπέστησαν eſt *defecerunt*, quod nullo modo videtur eſſe hujus loci. Paullo ante, pro τόπον, quod recte poſuit Caſaubonus, perperam τρόπον legitur apud Suidam.

rei sollicitus, tali tandem spe in præsenti difficultate nisus est. Suidas in

XXV. Πολύβ. Οὐ καιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς. *Quo nullum utique tempus exstitit magis alienum.* Ἁπλῶς.

XXVI. Προέθετο τὰς διώρυγας ἀποστομοῦν τὰς ἐπιφανεστάτας. *Fossas maxime insignes terra obruere statuerat.* Ἀποστομοῦν.

XXVII. Πολύβ. Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου ἐγένετο παρὰ Ῥωμαίοις ἡ Μονομαχία. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς πολλαὶ ὁδοὶ εὕρηνται. *Et olim quidem apud Romanos singularia certamina bona fide fiebant. Nostris vero temporibus multæ fraudes inventæ sunt.* Ἀπὸ τοῦ κρατίστου.

XXVIII. † Δείσαντες οὖν τὸ ἀπραγμάτευτον, λυπρᾶς οὔσης αὐτῶν τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀθρόον ἀγορᾶς διακλεισθέντες, ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκινδύνευον διαφθαρῆναι. *Metuentes igitur, ne negotiatione & commercio privarentur, cum terra ipsorum parum esset fœcunda, omni commeatu prorsus intercłusi, periculum erat, ne brevi tempore perirent.* Ἀπραγμάτευτον.

XXIX. Πολύβ. Ἀκούων ταῦτα πάντα διὰ τῆς αὐλαίας, ἐγέλα ὁ βασιλεύς. *Hæc omnia per aulæum audiens, risit rex.* Αὐλαία.

XXX. Πολύβ. Προορώμενος δὲ καὶ καταῤῥωδῶν τὸ Βάρος.

25. Repetitur in Ἀφυής.

26. Gronovius, in Fragmentis Polybianis hoc referens, hanc notam subjecit: „Suspicor, ceteris ad complendum sensum, ut solet, a Suida adjectis, ortum hoc Fragm. ex lib. V. cap. 62. (vers. 4.) quamquam ibi legatur ἀναστομοῦν." — Sed quum ἀναστομοῦν, ut recte monuit Kusterus, contrariæ sit significationis τῷ ἀποστομοῦν, nec cetera satis conveniant; ex alio Polybii loco (si modo Polybii est, quod equidem non negem,) decerptum esse Fragmentum oportet.

28. Polybio tribuit Ernest. in Lexico Polyb. voc. Ἀπραγμάτ.

29. De Antigono hoc dici putavit Casaub. & conferre jussit Senecam de Ira III. 22. Sed res Antigoni exposuit Polybius lib. II. usque ad quintum, qui integri supersunt, nec in eis reperiuntur ista verba.

Suidas in

τὸ βάρος καὶ τὸ φιλόνεικον τῶν ἀνθρώπων. *Prospiciens vero (*vel *suspectum habens) & formidans potentiam hominum & ingenium contentiosum.*

Βαρυνόμενος.

XXXI. Πολύβ. Ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος. εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. *Ille vero, discedens inde, progressus est, partim quidem morbo, partim vero ætate gravatus. Septuagesimum enim agebat ætatis annum.*

Βασανίζειν.

XXXII. Πολύβ. Τότε νομίσας τὴν ἐκ πυρὸς ἔχειν βάσανον, ἀπελύθη τῆς ὑποψίας. *Tunc existimans, se habere explorationem per ignem, liberatus est suspicione.*

Δεισιδαίμων.

XXXIII. † Ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας ἐπὶ τοῖς σημείοις, ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐλαβείας. *Videns autem, prodigia animis militum injecisse religionem, commento aliquo suo arteque metum multitudinis in fiduciam vertere studebat.*

Διαβιασάμ.

XXXIV. Πολύβ. Διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ τῇ πρὸ τοῦ, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς Μεγαλόπολιν αὐθημερόν. *Sed infirmitatem vi vincens, propter superioris temporis consuetudinem, Argis eodem die Megalopolin pervenit.*

Διαπεσούσης.

XXXV. Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφαλὲς ἔχειν τι κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς πράξεως, καὶ διαπεσούσης καὶ συντελεσθείσης τῆς ἐπιβουλῆς. *Videbatur igitur res peri-*

30. Βάρος h. l. Suidas interpretatur τὸ πλῆθος, τὴν ἰσχύν.

31. An eodem pertinet Fragm. quod exhibemus infra ad vocab. Διαβιασάμενος, n. 34?

33. Ad Polybium auctorem retulit hoc Valesius; pariterque illud, quod habet Suidas in Δείξαντες his verbis: Οἱ δὲ αἰφνιδίως ἐπεκθέουσι τῷ τάγματι καὶ διὰ τῆς φάραγγος δειξαντες (sic pro δείξαντες legere jussit Vales.) προσπίπτουσι τοῖς Ῥωμαίοις. Id est: *Illi vero repente legionem invadunt, &, cum vallem transiissent, in Romanos impetum faciunt.*

35. Polybio probabili ratione tribuit idem Valesius. αὐτῷ ante ἐπισφαλὲς inseruit Kusterus, quod non est in superioribus Suidæ editionibus, & pro ἔχον τι, quod haud male dabant illæ, ἔχειν τι edidit, nescio an ex msstis, quorum tamen nullam fecit

periculo non vacare, si conspirationis illorum particeps fieret, sive ad irritum cecidissent insidiæ, sive ad speratum finem essent perductæ.

Suidas in Διασπεύσας.

XXXVI. † Τοὺς μὲν στρατιώτας διασπεύσας, τοὺς δὲ χιλιάρχους παρακαλέσας ἅψασθαι τῆς πράξεως. *Cum milites incitasset, & tribunos militum cohortatus esset, ut manum operi admoverent.*

Διασχών.

XXXVII. Πολύβ. Ὁ δὲ, διασχὼν τῶν πολεμίων ὡς τρία στάδια, κατεστρατοπέδευσε, μεταξὺ λαβὼν τὸν ποταμόν. *Ille vero, cum tria circiter stadia ab hoste abesset, castra posuit, fluvium munimenti loco hostibus objiciens.*

Διατατικώτερον.

XXXVIII. Πολύβιος· Τοῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι καὶ διατατικώτερον, τὸ μήτε τῷ καιρῷ, μήτε ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς καὶ παραστατικαῖς διαθέσεσι παραγίγνεσθαι τῶν ἐναντίων. Quæ Küsterus, obscurissimum esse hoc fragmentum conquerens, sic est interpretatus: *Melius existimantes esse, & prudentiæ ducis magis conveniens, neque temporis opportunitatem negligere, neque ad hostes accedere, cum duces pro concione animos illorum orationibus accendissent.* Io.

fecit mentionem. In fine pro ἐπιβουλῆς fortasse ἐπιβολῆς legendum, quod vocab. frequentissime cum illo solent commutare librarii. ἐπιβουλὴ *insidiæ*; ἐπιβολὴ *inceptum, institutum, molitio.*

36. Et hoc ad Polybium Valesius retulit.

38. Putavi, agi fortasse de dura aliqua conditione, hostibus pacem petentibus proposita, de qua deliberaturi illi erant. Quærebatur, an legati Romani interfuturi essent deliberationi. Consultius duxerunt, non interesse: id & tutius sibi fore existimantes, & majorem etiam vim habiturum; quoniam, si præsentes hi adessent, ad preces fortasse converterentur illi; si abessent, viderent, nil aliud superesse, nisi ut aut acciperent conditionem, aut extremam belli fortunam tentarent. Sed hanc meram esse conjecturam, pulcre intelligo. Ceterum non adsentior Küstero & Fabricio, διατακτικώτερον legendum putantibus, in cujus tamen vocabuli interpretatione mire alter ab altero dissentit. Apud Sextum Empir. adv. Mathem. lib. I. cap. 2. sect. 45. (ad quem locum Fabricius de hoc Polybii Fragm. disseruit) manifesto errore διατακτικώτερον scribitur pro διατατικώτερον, quod ibi non, ut Fabricius voluit, *distinctionem* denotat, sed *majorem extensionem, quæ tribuitur alicui vocabulo*; quemadmodum cum ex ipso contextu adparet, tum extra

Suidas in Alb. Fabricius ad Sextum Emp. p. 225. his verbis latine reddendum idem fragm. putavit: *Hoc melius ducentes esse, & quo ab inimicis magis dignoscatur, si cum adversariis non versentur, neque quando occasione illi gaudent, neque quando conventus celebrant, aut efferuntur animis.* Mihi talis fere visa est esse sententia: *Hoc melius existimantes & majorem vim habiturum, si ipsi tempori & concioni feroci ac tumultuosæ adversariorum non interessent.*

Δικαιοδοσία. XXXIX. Πολύβ. Ὅταν ᾖ τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων, ἢ κατὰ νόμους, ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας. *Cum jus suum repetere ab eis, qui injuriam nobis fecerunt, licet, vel secundum leges, vel secundum alias, usu & instituto receptas satisfaciendi rationes.*

Δυεῖν. XL. Πολύβ. Ἀπελθεῖν εἰς πόλιν, ἢ δυεῖν μὲν ἡμερῶν ἀπεῖχε. *Abire in urbem, quæ bidui itinere aberat.* Καὶ αὖθις· Δυεῖν προελέσθαι θάτερον, ἢ τὸ, ἢ τό. *Duarum rerum alteram eligere, aut hoc, aut illud.*

XLI.

extra omnem dubitationem ponitur per verbum *διετάθη*, quod mox ibidem sequitur, & recte ab eodem Fabricio exponitur de *majore extensione*, qua accipitur vocabulum *Grammatica*, quod prima origine non nisi ipsarum literarum, id est, elementorum scripturæ notitiam significaverat. Sed h. l. notio vocabuli *διατατικώτερον* ab alia notione verbi *διατείνομαι* derivari debuit, nempe qua *contendere*, *niti* denotat. Confer quæ notamus ad Polyb. X. 27, 7. ubi vocab. *διάτασιν* huic scriptori restituimus, cum in *διάβασιν* esset corruptum. Porro, quum pro *τῷ καιρῷ* (quod in Fragm. nostro recte legitur in omnibus Suidæ editionibus) Vrsinus in Polybii Fragmentis, nescio quo casu vel consilio *τῶν καιρῶν* scripsisset, adoptans hanc scripturam Casaubonus, excidisse verbum *ἀμελεῖν* putavit, quod nescio quo pacto probare & in versione latina exprimere potuerit Küsterus. Denique quod *περιγίνεσθαι* pro *παραγίνεσθαι* ad oram libri adscripsit Vrsinus, id quo pertineat, ipse viderit.

39. Idem Fragm. repetitur apud Suid. in Ἐκλαβεῖν. Ad verba *ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας* monuit Casaubonus: „puta, per arbitros, & legationes intercedentium populorum." — Posses etiam intelligere peculiares quasdam conventiones de jure dicendo inter duas civitates initas, quæ *σύμβολα* dicuntur. conf. Polyb. XXXII. 17.

40. Posterius Fragm. an pariter Polybii sit, non definiverim. Sæpe apud Suidam verba *καὶ αὖθις* non significant, esse aliud Fragmentum *ejusdem auctoris*, sed esse aliud exemplum, quo idem usus

XLI. Πολύβ. Ἐς παραπλησίαν διάθεσιν ἦλθον τοῖς ἐν ταῖς πολυχρονίαις ἀῤῥωστίαις δυσποτμοῦσι. *Eodem modo adficiebantur, ac illi, qui cum diuturnis morbis conflictantur.*

Suidas in Δυσποτμ.

XLII. Πολύβ. Τοῖς βουλομένοις πάντα κίνδυνον ἐθελοντὴν ὑπομένειν. *Illis, qui omne periculum ultro sustinere voluissent.* Forsan & huc referendum illud: Προσλαβὼν ἐθελοντὰς ἐκ παντὸς τοῦ στρατεύματος. *Secum sumens eos, qui ex omni exercitu sponte se obtulerant.*

Ἐθελοντήν.

XLIII. Πολύβ. Φῶς ἑαυτοῖς παρεσκεύαζον εἰς τὸ μήτε σφάλλεσθαι, μήτ' εἰκοβολεῖν. *Lucem sibi pararunt, ne vel laberentur, vel temere jacularentur.*

Εἰκοβολεῖν.

XLIV. † Πρόδηλος γὰρ ἐγένετο ἡ φυγὴ, καὶ ὑπεναντίων ἐκκλήσεις πρὸς ἐπίθεσιν. *Manifesta enim fuit fuga, quæ hostes ad eos invadendos invitabat.*

Ἐκκλήσεις.

XLV. Ὁ δὲ, ἐκμηρυσάμενος τὴν δύναμιν ἐκ τῶν δυσχωριῶν, κατεστρατοπέδευσε. *Ille vero, cum copias ex locorum angustiis expedivisset, castra metatus est.*

Ἐκμηρυσ.

XLVI. Τότε δὲ καὶ ἐς τάξιν τινὰ ὥσπερ ἐκ συγκειμένου κατέστησαν, καὶ ἐν κόσμῳ τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν. *Tunc vero etiam velut ex composito aciem quodammodo instruxerunt, & ordine pugnam commiserunt.*

Ἐκ συγκειμ.

XLVII. Πολύβ. Τὸ γὰρ μάλιστα λυποῦν ἀεὶ τῶν ἐν χερσὶν ὄντων, ἐκφανεστάτας ἔχει τὰς χαράς. *Quod enim in præsens maximo dolore nos adficit, id (postea) maxime insignem adferre lætitiam solet.*

Ἐκφανεστ.

XLVIII. Καὶ τοῖς πύργοις πῦρ ἐνίεσαν. *Et turribus ignem injecerunt.*

Ἐνίεσαν.

usus vocabuli vel phraseos confirmetur. Ceterum, in hoc quidem exemplo, parum refert.

43. Posses suspicari, agi de expeditione nocturna Scipionis adversus castra Syphacis & Pœnorum; sed ea res narratur in Reliquiis lib. XIV. cap. 4 sq. neque ibi ista verba leguntur.

44. Polybianum hoc mihi visum est. Eodemque referendum puto id, quod est in voc. Ἐκλογιζ. Ἐκλογιζόμενος τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ. *Reputans copiarum multitudinem.*

45. In Polybianis recte retulit Casaub. & probabili ratione illud quoque, quod sequitur n. 46.

48. Ad Polybium retulit Gronovius.

Suidas in Ἐξαίσ. XLIX. Πολύβ. Ἐπιγίγνεται χειμῶνος μέγεθος ἐξαίσιον. *Supervenit insolita gravissimaque tempestas.*

Ἐξαυτῆς. L. Ὁ δὲ ἐξαυτῆς προῆγε, βάδην τῇ πορείᾳ χρώμενος. *Ille vero confestim profectus est, presso gradu incedens.*

Ἐξεθεάτρ. LI. Οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐξεθεάτρισαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν κατέστρεψαν. *Non solum se ipsos publico contemtui exposuerunt, sed etiam totam Græciam everterunt.*

Ἐξέστηκε. LII. † Ὁ δὲ τῇ πολυχρονίῳ τριβῇ τῶν πολεμικῶν οὐδ᾽ ὅλως ἐξέστη τῶν φρενῶν. *Ille vero, propter diuturnum rerum bellicarum usum, nequaquam de statu mentis dejectus est.*

Ἔξοινος. LIII. Πολύβ. Ἔξοινοι γεγονότες καὶ κατὰ τὰς σκηνὰς ἐῤῥιμμένοι πάντες, οὔτε παραγγέλματος ἁπλῶς ἤκουον, οὔτε τοῦ μέλλοντος ἐλάμβανον οὐδ᾽ ἡντιναοῦν πρόνοιαν. *Omnes autem, vino madidi, & per tentoria strati, nec imperium ducis audiebant, nec de futuro ullo modo erant solliciti.*

Ἐξ ὁμολόγου. LIV. Διὰ τὰς ἐξ ὁμολόγου καὶ συστάδην μάχας πολλοὶ ἔπιπτον ἐξ ἀμφοτέρων. *Prœliis ex composito pugnatis & statariis multi utrimque ceciderunt.*

Ἐπιγεννήματα. LV. Πολύβ. Δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους περὶ τοῦ πολέμου, καθάπερ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, μηδὲν ἧττον τῶν ἐπιγεννημάτων ποιεῖσθαι λόγον, ἢ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένων παθῶν. *Oportet illos, qui bellum recte & prudenter gerere volunt, quemadmodum in morbis, non minorem habere rationem accidentium,*

50. Polybianis adscribendum putavi.

51. Agebatur fortasse de Callicrate ejusque sociis, Græciæ proditoribus; de quibus vide Polyb. in Reliq. lib. XXX. c. 10. & c 20. Sane quidem non immerito scriptori huic fragmentum hoc tribuit Casaub. Conf. Suid. in Θεατρίζω, ubi idem fragm. repetitur.

52. Polybii esse suspicatus est Toupius, Emend. P. I. p. m. 120.

54. Polybianum mihi utique visum est, licet vulgo in Polybii Fragmentis non soleat referri.

55. Ἐπιγεννήματα Suidas interpretatur τὰ ἐξ ὑστέρου τοῖς τραύμασιν ἀναφυόμενα, *mala, quæ vulneribus deinceps accedunt.*

dentium, quæ deinde accesserunt, quam malorum, quæ initio adfuerunt. Suidas in

LVI. † Καὶ ἐφ' ὧν ἐνόμιζε πλεονεκτήσειν κατὰ τὴν μάχην ἐπιλογισάμενος, πείθει. *Et cum (breviter) enumerasset ea, ob quæ in prælio superiorem se fore putabat, rem eis persuasit.* Ἐπιλογισάμ.

LVII. Πολύβ. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θείας ἐπιπνοίας τινὸς ἐπεπλήρωντο· τήν τε προθυμίαν ἀνανταγωνίστῳ σθένει φραξάμενοι, * *. *Romani vero adflatu quodam Numinis erant repleti; & animorum alacritatem invicto robore munientes &c.* Ἐπίνοια.

LVIII. Τοὺς μὲν χάρισι, τοὺς δὲ κολάσεσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα εἶεν, ἐπισημαίνεσθαι. *Alios beneficiis, alios vero pœnis, ut aliis etiam exemplo sint, insignes reddere.* Ἐπισημήνασθαι.

LIX. Τὰ δὲ τῶν πόλεων πράγματα ἀλλοιοτέρας ἔτυχεν ἐπιστάσεως καὶ μεταβολῆς. *Res vero civitatum graviorem nactæ sunt animadversionem & mutationem.* Ἐπίστασις.

LX. Ἡ σύγκλητος, πλείονος ἐπιστροφῆς εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίσαντες, *. *Senatus, hanc rem majori cura dignam esse judicans &c.* Ἐπιστρ.

LXI. † Οἱ δὲ, πεισθέντες, καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων, ἀπέθανον γενναίως. *Illi autem, verbis (illius) persuasi, hostibus irrumpentibus corpora sua objecerunt, ac fortiter occubuerunt.* Ἐπιφορά.

LXII. Ὁ δὲ ἐπραξικόπει τὴν πόλιν, ἐκ πολλοῦ κατασκευαζόμενος ἐν αὐτῇ προδότας. *Ille vero urbem fraude ac dolo occupare studuit, proditoribus a longo jam tempore in ea subornatis.* Ἐπραξικόπει.

 LXIII.

56. Polybio tribuit Casaubonus; cui adsentirer, si esset ἀπολογισ. pro ἐπιλογισάμενος.

58. Polybianis apud Suidam jungitur, ac videtur utique ipsum [illegible] Polybianum. εἶεν correxit Ursinus. Apud Suidam vulgo ἦν, mendose.

59. Et hoc recte ab Ursino & Casaub. ad Polybium relatum videtur.

60. Polybianum mihi visum est.

61. Ad Polyb. retulit Casaub.

62. Rursus Casaub. cum Ursino.

Suidas in Ἐπῳδή. LXIII. Πολύβ. Πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ περιάμματος πεῖραν ἐλάμβανον. *Omnis incantationis & præstigiarum & amuletorum periculum fecerunt.*

Ἐσχεδίαζον. LXIV. Πολύβ. Ἁπλῶς δὲ πάντα κατὰ τὸ συνεχὲς, ἐκ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἐσχεδίασθαι καὶ διημαρτῆσθαι. *Prorſus autem omnia, perpetua ſerie, ab initio ad finem uſque, negligenter & perperam facta eſſe.*

Εὐδοκουμ. LXV. Πολύβ. Τοῦ δὲ λέγειν ἀληθινῶς ταῦτα, πίστιν ἔφη ποιήσειν εὐδοκουμένην. *Se autem vera iſta dicere, fidem ſe ſufficientem ajebat facturum.*

Εὐήθης. LXVI. Πολύβιος. Εὐήθως ἐκλογιζόμενοι τὰ παρόντα καὶ παιδικῶς. *Stulte ac pueriliter de præſentibus judicantes.*

Εὐκαιρεῖν. LXVII. Ὁ δὲ ἐκάλει τῶν πολιτῶν τοὺς δοκοῦντας εὐκαιρεῖν τοῖς βίοις. *Ille vero vocavit cives, quotquot opulentiores habebantur,*

Εὑρεσιλόγος. LXVIII. Πολύβ. Ἔχων δὲ καὶ πλείω λέγειν, ἀγωνιῶ, μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν οὐκ ἀναγκαίως εὑρεσιλογεῖν. *Quamvis plura habeam dicenda, vereor tamen, ne cui veſtrûm verboſior eſſe videar, quam ſit neceſſe.*

Ἔφεδρος. LXIX. Ἔφεδροι γίνονται τοῖς καιροῖς, καὶ ἑτοίμως διάκεινται πρὸς τὸ πάλιν ἀντοφθαλμεῖν τούτοις. *Occaſioni imminentes, cum hoſte rurſus congredi cupiunt.*

Ἔφεσις. LXX. † Ἀπὸ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης λαβὼν ἔφεσιν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, ξένην καὶ παράδοξον

65. Forſan ejuſdem Polybii eſt illud in Εὐδοκεῖν. Ὁ δὲ ἔφη εὐδοκεῖν τοῖς λεγομένοις, εἰ λάβῃ (rectius λάβοι, vel ἐὰν λάβῃ) πίστιν. *Ille vero ait, ſe dicta probare, ſi modo fides ſibi daretur.*

67. In Polybianis probabiliter numeravit Valeſius.

68. οὐκ ἀναγκαίως reſtitui ex Suidæ edit. Mediolanenſi: quod quum in ſeqq. editt. corruptum eſſet in οὐκ ἀναγκαίων, Küſterus, claudicantem videns orationem, & illam principem editionem ad h. l. non conſulens, addita præpoſitione legendum cenſuit περὶ οὐκ ἀναγκαίων.

69. Polybio tribuit Caſaub. haud improbabiliter: ſed quod ibidem ſequitur apud Suidam Fragmentum, temere utique ad eumdem auctorem cum Vrſino retulit idem Caſaub.

70. Neſcio quid ſpectans, ad Polybium retulit hoc Fragm. Valeſius.

ῥάδοξον βοήθειαν ἐποϱίσατο πρὸς τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν. *Cum autem ex ſententia militum poteſtas ei ab imperatore eſſet facta, novum plane & inſperatum auxilium rebus præſentibus adtulit.* Suidas in

LXXI. Ὁ δὲ ἐποϱεύετο, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος. *Ille vero proficiſcebatur, ſubinde ſubſiſtens.* Ἐφιστάμενος.

LXXII. † Ὅσον δ' ἂν χρόνον τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίνεσθαι τὴν ἐπίστασιν. *Quamdiu primum agmen ſubſiſtit, tamdiu neceſſe eſt & reliquos in toto exercitu milites gradum ſiſtere.*

LXXIII. Πολύβ. Οἱ δὲ στρατιῶται πάντα ἡρμόζοντο πρὸς τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον. *Milites autem omnia præparabant ad reditum.* Ἡρμόσαντο.

LXXIV. Οἱ δὲ ἡρμόσαντο πρὸς τὴν βούλησιν, καὶ συνέθεντο δέκα τάλαντα δώσειν. *Illi vero conſilium probarunt, & pacti ſunt, decem talenta ſe daturos eſſe.*

LXXV. Τὸ ἱμείρειν τοῦ βίου καὶ φιλοζωεῖν, τῆς μεγίστης ἀγενείας ἐστὶ σημεῖον καὶ κακίας. *Vitæ* Ἱμείρω.

71 & 72. In Polybianis poſuit idem Valeſius, pro uno numerans duo diverſa Fragmenta, ut vulgo factum eſt a Suidæ editoribus.

73. Poterat h. l. inferi Fragm. quod profert Suidas in Ἡμιολίοις, quod infra in Ὑπερισθμίσας, ubi repetitur a Suida, exhibemus. Ad idem vocab. Ἡμιολίοις aliud Fragm. Suidas habet, quod Valeſius ad eumdem auctorem Polybium referendum putavit, ſuffragante Erneſto in Lex. Polyb. voc. ἡμιολία. Eſt autem hujuſmodi: Λῃσταί τινες εἰς πολυχειρίαν, καὶ πειρατικαῖς ἡμιολίαις τῇ Λακωνικῇ προσενεχθέντες εἰς τὰ χωρία ἐσωσάμενοι, λείαν ἀπήγαγον. Id eſt, ex verſione Küſteri: *Latrones quidam magna manu & piraticis naviculis ad Laconicam appulſi, in agros irruptione facta, prædam abegerunt.* Quibus in verbis nihil Polybiani coloris me invenire, ingenue profiteor. εἰς πολυχειρίαν & ἐσωθεῖσθαι iſta notione nuſquam apud Polybium leguntur. Ceterum ipſum illud verbum ἐσωσάμενοι ex Porti conject. a Küſtero, qui ad codicum ſcripturam certe non provocat, receptum eſt, cum in ſuperioribus Suidæ editionibus mendoſe ἐσπασάμενοι ſcriptum eſſet.

74. Fragmentum hoc, quod ſine auctoris nomine præcedit illud, quod num. 73. poſui, eidem Polybio, cui alterum diſerte tribuitur a Suida, adſignavit Caſaubonus; nec immerito, ut mihi videtur.

75. Polybio adjudicavit Toupius Emend. in Suid. P. III. p. 547. Ac poteſt etiam confictum videri Fragmentum ex eo loco, qui ſupereſt in Reliquiis lib. XXX. cap. 7. Ibi vero ἀγεννίας ſcribitur, rectius quam h. l. ἀγενείας.

Suidas in *amore ac desiderio teneri, animi maxime humilis & ignavi signum est.*

Ἱππαφεσ. LXXVI. Πολύβ. Παραπλήσιόν τι πάθος ἔφασκε τοῖς ἐπὶ τῶν ἱππαφέσεων· οἷον εἰκὸς ἐφιστάμενοι ἐκ τῶν αἰρομένων πυρσῶν. Quæ ita interpretatus est Küsterus: *Dicebat hunc casum similem esse illis, qui in ludis equestribus, cum equi ad cursum emittuntur, accidere solent. Tunc enim faces, in altum sublatæ, [cursus signum] expectantur.*

Ἰσολογία. LXXVII. † Διαψευσθεὶς δὲ τῆς κρίσεως, ἐν οὐδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἰσολογίαν ἕξειν οὐδέποτε πρὸς τὸ συνέδριον. Küsterus: *Cum eventus judicii spem ejus fefellisset, (existimavit,) se apud judices in nulla re controversa æquo umquam cum aliis jure gavisurum esse.* Toupius, Polybii Græca esse suspicans. posteriora illa verba ἰσολογίαν ἔχειν πρὸς &c. ita exponenda monuit, *pari esse honore & privilegio cum iis, qui* συνεδρεύουσι.

Καθήκοντα. LXXVIII. Πολύβ. Τολμῶσι πέρα τοῦ δέοντος, καὶ ποιοῦσι παρὰ τὸ καθῆκον. *Audent ultra quam decet, & contra officium faciunt.*

Καθήρηντο. LXXIX. † Οἱ δὲ πλείονες καθήρηντο τὰς γνώμας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῆς πίστεως τῆς πρὸς βασιλέας ὑπὸ

76. Et corruptum & mutilum esse locum, perspecte monuit Aemil. Portus; at lucem magnam ei adferre posse putavit Aristophanis versus in Ranis 131 sqq. & quæ ibi Scholiastes adnotavit. Ego vero, illis lectis non minus, quam ante, cæcutire me fateor. Toupius Emend. in Suid. Part. II. p, m. 177. pro ἔφασκε corrigit ἔπασχε, exponitque, *idem ei accidit, quod iis accidere solet, qui equorum carceribus præsunt.* Bene quidem & acute, quod ad prius adtinet Fragmenti membrum; sed difficultatem, quæ alterum premit membrum, callide dissimulavit Criticus. An τοῖον εἰκὸς (intellige πάσχειν) ἐφιστάμενον τοῖς σημείοις ἐκ τῶν αἰρομ. πυρσ.? Certe, ita, ut nunc jacent verba, sententia extricari nulla posse videtur. Suspicatus equidem eram, conferri inter se cupidam attentionem exspectationemque eorum qui ad carceres stant, signum cursus exspectantes, & eorum qui observant ea signa, quæ daturi sunt socii facibus accensis.

78. Conf. lib. XXII. 1, 5.

79. Polybio tribuit Casaub. Si verum est πρὸς βασιλέας in plurali, possis suspicari, agi de fratribus Ptolemæis. Sed fortasse corruptum etiam vocab. est, & βασι-

ὑπὸ τοῦ περιδεοῦς ἀφίσταντο. *Plerique vero animo ita ſunt alienati, ut præ timore a fide erga reges deficerent.* Suidas in

LXXX. Ὁ δὲ βασιλεὺς, καθιγμένος καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ἐγένετο πρὸς ἀναζυγήν. *Rex autem, & hac re ex ſententia geſta, caſtra movit.* Καθιγμένος.

LXXXI. Πολύβ. Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ συμμάχους, τοὺς κοινωνήσαντας τῶν αὐτῶν ἐλπίδων· καθικόμενοι δὲ τῶν πράξεων, παραπόδας οὐ συμμαχικῶς, ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πιστεύσασι. *Reges enim amicos & ſocios vocant omnes eos, quibus adjutoribus utuntur ad conſequenda ea, ad quæ adſpirant. Poſtquam vero rebus potiti ſunt, e veſtigio non ut ſocii, ſed ut domini agunt cum his, qui fidem eorum ſunt ſecuti.* Καθικόμενοι.

LXXXII. Ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπηγήσασθαι· πεντήκοντα δὲ ὑπαρχουσῶν καθέλκειν ἐκ τῶν νεωρίων. *A fundamento quinquaginta naves ædificare [juſſit; vel ſtatuerunt;] & quinquaginta, quæ jam paratæ erant, ex navalibus in mare deducere.* Καταβολή.

LXXXIII. Πολύβ. Οἱ δὲ πειραταὶ, θεασάμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων, ἐκ μεταβολῆς ἐποιοῦν-

βασιλέα legendum. Nam, quod in Polybii Fragmentis vulgo πρὸς τοὺς βασιλέας adjecto articulo editur, id unius Caſauboni auctoritate, invitis libris, eſt factum.

80. Ab eodem Caſaub. huc eſt relatum.

81. Πάντας μὲν correxi cum Gatakero ad Antonin. VI. 30. Eamdem ſententiam in verſione expreſſit Küſterus; ſed in Græcis apud Suidam vulgo Πάντες editur. Articulum τοὺς ad κοινωνήσ. ex coniect. adjecit Caſaub. eumdemque tenuit Gatakerus.

82. Probabiliter Polybio tribuit Caſaub. Pro καθέλκειν vulgo omnes dant κατελθεῖν, quod corruptum eſſe & in illud mutandum docui in Emend. in Suidam p. 67. Sed nec ſic ſatis integram orationem eſſe ibidem monui; nempe vel accuſativus πάσας intercidiſſe putandus erit ad verbum καθέλκειν, vel ὑπαρχουσῶν in ὑπαρχούσας erit mutandum, vel πεντήκοντα τῶν ὑπαρχουσῶν ſcribendum.

83 & 84. In utroque hoc Fragm. pro ἐκ καταβολῆς, quod ex mendoſis codicibus ſcripſit Suidas, utique ἐκ μεταβολῆς ſcribendum putavi. Vide Adnot. ad Polyb. I. 36, 8. Fragm. 84. pro συνερισάντων, quod vulgo apud Suidam legitur, συνερεισάντων ſcripſi cum Valeſio, qui Polybio hoc Fragm. tribuit. Conf.

Suidas in ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. *Piratæ vero, conſpicati claſſis Romanæ adventum, curſu retro converſo ſe receperunt.*

LXXXIV. Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ μεταβολῆς συνερεισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθέως ἐκκλίναντες ἔφευγον. *Poſtquam autem Macedones agmine converſo impetum fecerunt in barbaros, confeſtim inclinantes fugam ceperunt.*

Καταπορευθ. LXXXV. Πολύβ. Ἣν οὐχ οἷόν τε ἀναλαβεῖν, μὴ οὐχὶ καταπορευθέντων τῶν πεφυγαδευμένων. *Quæ recuperari non poterat, niſi exſulibus patriæ reſtitutis.*

Καταταχούμ. LXXXVI. Καταταχούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ, ἠναγκάσθησαν μένειν τὸν ἐπίπλουν. *Cum tempus eos oppreſſiſſet, adventum claſſis hoſtilis exſpectare coacti ſunt.*

Κατεριθ. LXXXVII. † Τὸ δ' ἐναντίον κατεριθευομένου τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς χώρας ἀπεχομένου, καὶ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐξακριβοῦντος ἐπιμελῶς, ἔλαθον ἐκλυθέντες ταῖς διανοίαις, κατολιγωρήσαντες τῆς σφῶν αὐτῶν ἀσφαλείας. *Rege vero pro contraria ſententia contendente, & regionem intactam relinquente, & ſtudioſe operam dante, ut ſuum cuique accurate tribueretur, animos ſenſim remittere cœperunt, ſecuritatis ſuæ nulla ratione habita.*

Κοιταῖος. LXXXVIII. Ὁ δὲ παρήγγειλεν ἔρχεσθαι κοιταίους. Küſte-

Conf. Polyb. V. 84. 2. & 3. & Diod. Sic. XIII. 46. Sic & apud Heſychium, ubi *συνερίσαντα* exponitur *συνάψαντα*, recte monuerunt viri docti, *συνερείσαντα* fuiſſe ſcribendum. Plura de h. l. dixi in Emend. in Suidam p. 68 ſq. Ceterum de illo Fragm. LXXXIII. *οἱ δὲ πειραταὶ* &c. dubitari fortaſſe poterit, an revera ad Polybium auctorem debeat referri: nomen enim Πολύβιος, quod huic Fragmento præfixum eſt, forſitan non ad hoc ipſum, ſed ad præcedens Fragmentum ſpectat, a quo etiam non niſi minima diſtinctione ſeparatum illud nomen eſt in antiquis Suidæ editionibus.

85. Ad pronomen *ἣν* Küſterus ſupplendum nomen *πόλιν* putavit: *quæ [urbs] recuperari* &c.

86. Ad Polybium refero cum Caſaub.

87. Temere, ut mihi videtur, Polybio tribuitur a Valeſio.

88. Conſarcinatum hoc Fragm. Küſterus putavit ex Polyb. V. 17, 9. Sed potuit alio loco, in libro, hodie deperdito, his ipſis verbis uti Polybius. Κοιταῖος a Suida exponitur *ὁ κατὰ τὴν ὥραν τῆς κοίτης ἐρχόμενος.*

Küsterus: *Ille autem eos circa illud tempus venire jussit, quo homines cubitum ire solent.* Suidas in Κομιδή.

LXXXIX. Πολύβ. Τῆς εἰς τοὔμπροσθεν κομιδῆς καὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς ἀπέστη. *A consilio ulterius proficiscendi & a toto illo conatu destitit.*

XC. LANA, Græcum; ut Polybius & Callimachus scribunt. VARRO in LANA.

XCI. Πολύβ. Πάντων τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐνεργημάτων μεγίστην ῥοπὴν ἔχουσι, καὶ πρὸς τὸ λείπεσθαι, καὶ πρὸς τὸ νικᾶν, αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγωνιζομένων. *In rebus bellicis, vel ad cladem, vel ad victoriam, maximum omnium momentum adferunt animi pugnantium.* Suidas in Λείπεσθαι.

XCII. † Πάντα δὲ τὰ λεγόμενα μεθοδικῶς περὶ τῶν Τάξεων ἐπωπτευκὼς, εἰ καί τις ἕτερος τῶν καθ᾽ ἡμᾶς. Küsterus: *Qui omnia, quæ de acie instruenda secundum artem dicuntur, inspexerat* [*& norat,*] *si quisquam alius eorum, qui nunc vivunt.* Μεθοδ.

XCIII. Πολύβ. Τοῦ μνησικακεῖν ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν οὐδ᾽ ἥν τινα οὖν ἔμφασιν ἐποίουν οἱ Ῥωμαῖοι. *Romani vero ne minimam quidem suspicionem illis præbebant* [vel, *speciem præ se ferebant,*] *se ob præteritas injurias infensos illis esse.* Μνησικακεῖν.

XCIV. Πολύβ. Ὁ δὲ, προσθεὶς τοὺς μύωπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἤλαυνε κατὰ κράτος. *Ille vero, subditis equo ab utraque parte calcaribus, effuso cursu ruebat.* Μύωψ.

XCV. Πολύβ. Νοῦν ἔχειν καὶ τόλμαν δεῖ τοὺς στρατηγοὺς, ἅπερ ἐστὶ κυριώτατα πρὸς τὰς ἐπισφαλεῖς Νοῦν.

90. Ex Varronis libro quarto de Lingua Latina hoc depromsit post Ursinum Casaubonus. Respicitur, ut adparet, græcum vocabulum Λάχνη.

92. Τάξεων ex mſ. Parif. recepi, probante Küstero. Vulgo πράξεων. Jungitur hoc Fragm. apud Suidam alii Polybiano. Nec tamen equidem cum Casaub. certo tribuere Polybio ausim. Participium ἐπωπτευκὼς æque in prima persona dictum, ac in tertia, intelligi potest.

93. Duo Fragmenta, quæ ad vocab. Μεταβολή erant referenda, vide supra in Καταβολή.

Suidas in σφαλεῖς καὶ παραβόλους πράξεις. *Belli duces & prudentia & audacia præditos esse oportet: quippe sine quibus nullum facinus audax vel cum periculo conjunctum perficere queas.*

Νουνεχῶς. XCVI. Νουνεχῶς ἐδόκουν πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς τότε καιρούς. *Rempublicam, pro illorum temporum ratione, prudenter administrare videbantur.*

Ὀρθή. XCVII. Πολύβ. Διόπερ ὡς οὐδέποτε μᾶλλον ὀρθὴ καὶ περίφοβος ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις ἐγεγόνει, καραδοκοῦσα τὸ συμβησόμενον. *Quare Romanorum civitas metu erat suspensa ut numquam magis, anxie exspectans quid eventurum esset.*

Ὄχλος. XCVIII. † Οὔτε ἐξετάσαι τὸν ἄνθρωπον οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς, ἀσθενείᾳ σώματος ὀχλούμενον, οὔτε ἐρωτᾶν, εὐλαβείᾳ τοῦ ὀχλώδους. *Neque tormentis admotis examinari homo ille poterat, quod infirmitate corporis vexaretur, neque interrogari, propter metum hominum turbulentorum.*

Παλίγκυρτ. XCIX. Πολύβ. Τῶν γὰρ πολεμίων αὐτομάτως καθάπερ ἐς παλίγκυρτον αὐτοὺς καθεικότων, δυνάμενος κρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, τούτους παρέλιπε. *Cum enim hostes, qui tamquam in nassam ipsi se induerant, in potestatem suam facile redigere posset, e manibus eos dimisit.*

Παραβάλλ. C. Λοιπὸν ἦν, παραβάλλεσθαι καὶ τολμᾶν. *Reliquum erat, ut periculis se exponerent, & fortiter aliquid auderent.*

CI.

96. Polybio tribuit Toup. P. II. p. 276.

97. Huic Fragmento aliud subjungit Suidas, his verbis: Τὰ ἔθνη τῆς Ἰβηρίας ὀρθῶς αὐτοῖς ἀντικαθιστάμενα, id est: *gentes Hispaniæ pertinaciter* [recta fronte] *ipsis resistentes*; quod eidem Polybio tribuit Casaub.

98. Et hoc fragmentum, cum alio Polybiano junctum, ad eumdem Polyb. retulit Casaub.

99. De Nerone videtur agi, in Hispania Hasdrubalem circumventum elabi e manibus patiente. Verba τῶν ἐχθρῶν, ex diversitate lectionis pro πολεμίων fortassis orta, deleri poterant, ut monuit Küsterus. Pro παρέλιπε Casaubonus in Fragm. Polyb. παρέλειπε edidit; non male, sed invitis Suidæ codicibus.

100. Citatur inter media Polybiana, & Polybii pariter esse videtur.

CI. Βουλόμενος δ' ἐκ παραθέσεως ὑπόδειγμα ποιεῖσθαι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, ἧς ἔχει πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας, ἐπολιόρκει. *Cum autem illustri aliquo exemplo in utramque partem ostendere vellet, quomodo tractare decrevisset eos, qui se fidei ipsius committerent, quique contra contumaces se præberent, urbem oppugnare cœpit.* Suidas in Παράθεσις.

CII. Πολύβ. Παρατετολμηκότες, καὶ τελέως ἀπελπίσαντες τὴν σωτηρίαν. *Cæca audacia in periculum ruentes, ut qui omnem salutis spem penitus abjecissent.* Παρατετολμ.

CIII. † Ἐνέδραν εἶχεν ἐν τόποις περικεκλασμένοις καὶ δυσθεωρήτοις. *Insidias collocatas habebat in locis confragosis & adspectui non facile patentibus.* Περικεκλασμ.

CIV. † Ἅτε μηδεμίαν ἐχούσης πραγματικὴν ἔμφασιν τῆς περικοπῆς αὐτῶν. *Quippe adparatus eorum exterior haud sane efficacem speciem habebat.* Περικοπή.

CV. † Ἐπὶ ὄχθου τινὸς ἀποτόμου καὶ περιῤῥῶγος ἐπετείχιζον αὐτοῖς Φρούριον, ἱκανὸν φυλάττεσθαι τοσαύτῃ στρατιᾷ. *In abscisso quodam & circum abrupto colle opposuerunt illis castellum, quod a tanto exercitu satis commode custodiri posset.* Περιῤῥώξ.

CVI. Πολύβ. Τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὴν χρείαν, τὸ δὲ δόρυ πλαδαρὸν εἶναι. *Cetera quidem recte ab eo ad usum parata esse; hastam vero infirmam.* Πλαδαρόν.

CVII.

101. Polybio probabili ratione tribuit Valesius, qui ποιεῖσθαι ex ingenio correxit, cum esset ποιῆσαι apud Suidam. Ad *Hannibalem* fortasse pertinet hujus Fragmenti argumentum.

103. Polybianum hoc mihi visum est.

104. Iungitur apud Suidam alii Fragmento Polybiano, & ipsum ad Polyb. pariter retulit Casaub. Poterat fortasse eodem referri id, quod sequitur apud Suidam: Ὁ δὲ προῆγε, ποιήσας εὔσταλον τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν περικοπὴν τῆς ἐκδημίας. *Ille vero progressus est, expedito comitatu & adparatu itineris.*

105. Colorem habere Polybianum mihi visum est.

106. Videndum, ait Gronovius, ne compositum sit ex lib. VI. cap. 23. [nobis cap. 25, 5.] Ibi πλαδαρὰ fuisse scribitur τὰ δόρατα veterum Romanorum. Et hic fortasse πλαδαρὸν scribendum suspicatus est Kusterus. Vide, quæ notamus ad loc. cit.

Suidas in Πνεύσας. CVII. † Ἔτι δὲ τῷ προσπνεύματι συνηλαμένων καὶ μαχομένων ἐκ διαίρεσεως ταῖς μαχαίραις, παραστάς τις ἐκ τῶν ὄπισθεν ὑπὸ τὴν μάλην παρέσφαξε. *Dum vero acriter concurrebant, & cæsim rem gerebant, pone quidam adstans sub maxilla eum percussit.*

Προσαναταθ. CVIII. Ὁ δὲ, βραχέα προσανατανθεὶς, κατένευσε ποιήσειν. *Ille vero, pauca comminatus, se id facturum admuit.* Τὰ μὲν παρακαλῶν, τὰ δὲ προσανατεινόμενος. *Partim rogans, partim vero comminans.*

Προσαστ. CIX. † Ὁ δὲ, παρακαλέσας αὐτὸν, καί τι προσαστειασάμενος τοιοῦτον·

Ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Id est: *Ille vero eum hortatus est, dictis suis Homericum illud urbane adjiciens: Semper juniorum virorum elati sunt animi.*

Προσδεξαθ. CX. Προσδέξασθαι δὲ, τὸ δὴ λεγόμενον, πρὸς τὰς πλευρὰς τοὺς πολεμίους. *Admittere vero, quod vulgo ajunt, ad latera hostes.*

Προσεπιμετρ. CXI. † Προσεπιμετρῶν ἀεὶ τῷ δεομένῳ, πρὸς τὸ παρὰ πάντων ὁμολογουμένως γίγνεσθαι τὴν ἐπὶ τούτοις χάριν. *Plus semper dans petenti, quam peteret; ut propter hanc liberalitatem sine controversia ab omnibus gratia sibi haberetur.*

Προσηρειx. CXII. Ὁ δὲ κατεσκεύασε στοὰς, καὶ διὰ τούτων προσηρεικότος τῷ τείχει τὰς κριοφόρους μηχανὰς, * *. *Ille vero porticus* (vel *vineas*) *construxit, per quas, quum arietes admovissent ad murum,* &c.

CXIII.

107. Ita, ut exhibui, scribendum & interpretandum istum locum contendit Toup. Emend. P. III. p. 364 sq. & procul dubio Polybio adsignandum. Apud Suidam vulgo scribitur Ἐκ διαιρέσεως, quod teneri fortasse debuit. Conf. Polyb. XVIII. 13, 7. Pro παραστάς τις, quod acute Toupius restituit, vulgo παρὰ τὰς ἐκ &c. legitur. Ceterum miror, an verum sit τῷ προσπνεύματι.

108. Polybio utique tribuenda censui, licet vulgo non referantur in Polybianis. conf. Polyb. V. 87, 4.

109. Ad Polybium referendum censuit Valesius.

110. Vrsinus & Casaub. probabiliter tribuerunt Polybio.

111. Retulit huc Valesius.

112. Polybio tribuit Casaub. Forsan autem προσηρεικότες scripserat auctor, non προσηρεικότος.

CXIII. Ἡ δὲ τύχη, παρελκομένη τὴν πρόφασιν καθάπερ ἐπὶ προσκήνιον, παρεγύμνωσε τὰς ἀληθεῖς ἐπινοίας. *Fortuna vero causam, quæ prætendebatur, velut in proscenium protrahens, vera consilia aperuit.* Suidas in Προσκην.

CXIV. Οἱ δὲ ἔδωκαν τῷ βασιλεῖ πεντήκοντα τάλαντα, πρόστιμον τῆς ἁμαρτίας. *Illi vero pro delicto regi mulctam solverunt quinquaginta talentorum.* Πρόστιμα.

CXV. Ὁ δὲ, νέος ὢν κομιδῇ, καὶ πρωτόπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, καὶ νεωστὶ γευόμενος τῆς ἐπὶ πλεῖον προαγωγῆς, φιλότιμος καὶ φιλόνεικος καὶ φιλόπρωτος ἦν. *Ille vero, cum esset admodum juvenis, & in rebus bello gerendis tiro, & ad altiorem dignitatis gradum nuper demum promotus, ambitiosus erat & contentiosus & principatus cupidus.* Πρωτόπειρος.

CXVI. Πολύβ. Παρῆν ῥαβδοῦχος παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καλῶν τὸν βασιλέα. *Aderat lictor, ab imperatore missus, qui regem accersebat.* Ῥαβδ.

CXVII. Ὀλίγοι δέ τινες, δεδιότες, μήποτ', οὐ δυνάμενοι στείλασθαι, καταφανεῖς γένωνται, ἀνέφερον τὸ χρυσίον. *Pauci autem nonnulli, verentes, ne occultare non possent, sed deprehenderentur, protulerunt aurum.* Στείλασθαι.

CXVIII. † Πηγνῦντες εἰς τὴν γῆν ὀρθὰ τὰ στύπη, ψαύοντα ἀλλήλων, ἐν ἡμικυκλίου σχήματι. *Defigentes in terra erectos stipites, sese mutuo tangentes, figura semicirculi.* Στύπη.

CXIX. † Ὁ δὲ ἐκέλευε τοὺς κρατίστους, συνεπι- Συνεπισπ.

σπευ-

113. Etiam hoc, cum duobus sequentibus, a Casaub. probabili utique ratione, ad Polybium auctorem sunt relata.

117. Vrsinus & Casaub.

118. Στύπη scribendum, non στύππη, ut vulgo est apud Suidam, recte monuit Casaubonus, cui suffragantur codices Parisini, quibus usus est Kusterus.

119. Ad Polyb. retulit Valesius, nescio quid spectans, nisi unum verbum συνεπισπεύδω, cujus usus nil impedit, quo minus aliis auctoribus communis fuerit cum nostro scriptore.

Suidas in σπεῦσαι τὰς ἁμάξας. *Ille vero jussit fortissimos quosque accelerare plaustra.*

Συντάξας. CXX. Πολύβιος· Συντάξας ἐλαύνειν κατὰ σπουδὴν ὅσον ἔχει δυνάμεως. *Cum eum jussisset, ut maturato itinere quidquid haberet copiarum adduceret.*

Σύνταξις. CXXI. Πολύβ. Ταῦτα ἐν ταῖς πρὸ τοῦ συντάξεσι δεδηλώκαμεν. *Hoc superioribus libris demonstravimus.*

Συστήσας. CXXII. Πολύβ. Τοῦτον ἐξαπέστειλε, συστήσας ἱππεῖς πεντακοσίους, δυναμένους ἔτι πονεῖν. *Hunc emisit, traditis ei quingentis equitibus, qui laborem tolerare poterant.*

Σωματοποιεῖν. CXXIII. Οἱ δὲ ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα σωματοποιεῖν καὶ προσδέχεσθαι. *Illi vero cogebantur omni dicto audientes esse, & omnem spem alere & admittere.*

Σωματοποιήσ. CXXIV. † Ἐμοῦ δὲ ταχέως συγκαταθεμένου, καὶ σωματοποιήσαντος τὴν ἐπιβολὴν, τῷ βλέπειν διότι ὀρέγεται τοιαύτης ὑποθέσεως. *Equidem vero cum statim adsentirer, & conatum ejus comprobarem confirmaremque, quod viderem, illum talis rei cupidum esse.*

CXXV. Ὁ δὲ ἔφασκε, δεῖν μὴ προΐεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἐκ τῶν χειρῶν, μηδὲ σωματοποιεῖν τὴν τόλμαν αὐτῶν φυγομαχοῦντας. *Ille vero dicebat, non oportere e manibus dimittere hostes, neque audaciam ipsorum detrectatione pugnæ corroborare.*

CXXVI. Ὁ δὲ, βραχείας ἐπιλαβόμενος ἐλπίδος ἐκ τῶν πολιορκουμένων, ἐσωματοποίει ταύτην. *Ille vero, exigua spe arrepta, quæ ab obsessis ipsi adfulserat, auxit eam atque aluit.*

CXXVII.

120. Ea, quam expressi, sententia utique videtur esse istorum verborum, non quam habet Küsterus, *cum eum jussisset totis viribus festinare.*

122. ἔτι πονεῖν. An ἐπιπονεῖν? quod verbum absque auctoritate in Thes. Græc. Ling. citavit Henr. Stephanus.

123. Hoc & tria sequentia, mediis Polybianis apud Suidam inserta, ad eumdem auctorem retulit Ursin. & Casaub. Sed illud, quod est num. 124. prætetiit Casaubonus.

CXXVII. Καὶ αὖθις Πολύβιος· Ὁ δὲ, ὡς κηδεμονικὸς φίλος, πᾶν ἐμηχανᾶτο, δι' οὗ τὰ τῶν ἐχθρῶν σωματοποιήσει, τοῖς δὲ σφετέροις πράγμασι περιστήσει τοὺς μεγίστους κινδύνους. *Ille vero, tamquam sollicitus amicus, omnia moliebatur, quibus opes hostium augeret, res vero ipsorum in maxima pericula conjiceret.* Suidas in Σωματοποιήσ.

CXXVIII. Πολύβ. Περὶ τὸ τῆς τάφρου χεῖλος τελεσιουργήσας τὴν πρᾶξιν. *Cum ad fossæ labium facinus perfecisset.* Τελεσιουργ.

CXXIX. Πολύβ. Τῆς πέτρας αὐτοῖς δυσχρηστίας παρεχούσης, διὰ τὸ δεῖν τρῆμα ποιεῖν ἐν αὐτῇ, τοῖς τύλοις κρατοῦσι τὴν σύριγγα τὴν προσαγομένην. *Cum rupes multum negotii eis facesseret, quod perforanda esset, clavis ligneis pervicerunt, ut cuniculum, quem (ad urbem) agere inceperant, perficerent.* Τύλος.

CXXX. Πολύβ. Εἰ χρὴ Τύχην λέγειν ἐπὶ τῶν τοιούτων, καὶ μή ποτε αὕτη μὲν κενῶς κληρονομεῖ ταύτην τὴν φήμην, αἴτιοι δ' εἰσὶν οἱ χειρίζοντες τὰς πράξεις, τῷ ταῖς αὐταῖς ἐπιτρέχειν σεμνότητα καὶ μέγεθος, ποτὲ δὲ τοὐναντίον. *Si modo talia Fortunæ tribuere oportet, nec potius temere illa talem famam obtinuit, causaque omnis referenda ad eos est, qui negotia administrant, quod eisdem rebus nunc gravitas & magnitudo inest, nunc contra.* Τύχη.

CXXXI. Τύχη, παρ' Ἕλλησιν, ἀπρονόητος κόσμου διοίκησις· ἢ φορὰ ἐξ ἀδήλων εἰς ἄδηλον καὶ αὐτόματον.

127. Nescio in quemnam proditorem vel transfugam hæc dicta sint.

129. Aut δυσχρηστίαν in sing. scripsisse Polybium putem, aut πολλὰς δυσχρηστίας, sed illud magis placet. Posteriorem Fragmenti partem minus intellexerunt interpretes. Et Portus quidem ingenue *N. L.* id est, *non liquet*, adscripsit. Kusterus vero, nil cunctatus, ita exposuit: *quod in ea facienda essent foramina clavis; qui fistulam, quæ [ad urbem] perducebatur, retinebant.*

130. Conf. Suid. in Τῷ γὰρ λόγῳ, ex quo loco in fine Fragm. recepi ποτὲ δὲ, cum altero loco esset μή ποτε δὲ τοὐναντίον.

131. Tres voces, καὶ Πολύβιος φησὶ, *Küsterus* supervacaneas esse pronunciavit. Possis etiam suspicari,

Suidas in Τύχη. τόματον. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα, καὶ Πολύβιος φησί. Τύχην δὲ λέγει ὁ Θουκυδίδης τὸν πόλεμον. *Fortunam Græci* [id est *gentiles*] *intelligunt gubernationem mundi absque providentia. Nos vero Christiani profitemur, Deum omnia gubernare: idemque dicit Polybius. Thucydides vero bellum vocat Fortunam.*

Ὑπεριθμ. CXXXII. Ταχὺ δὲ τοὺς κέλητας καὶ τὰς ἡμιολίας ὑπεριθμίσας, ἀνήχθη, σπεύδων καταλαβεῖν τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. *Cum autem celoces & hemiolias isthmum celeriter trajecisset, in altum provectus est, Achæis in concilium coactis supervenire studens.*

Φαντασία. CXXXIII. Εἰδὼς γὰρ, ὅτι φαντασία περὶ αὐτόν ἐστιν, ὡς ἔχοντα χρήματα μεθ' ἑαυτοῦ πλείω, ἡρμόσατο πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐνδεχομένως. *Cum enim sciret, opinionem de se esse, quasi magnam pecuniæ vim secum haberet, composuit se, quoad fieri commodum erat, ad illam opinionem.*

CXXXIV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης φαντασίας καὶ συμπαθείας τοῦ δήμου προῆγον ἐπὶ τὰς πράξεις. *Romani* [*imperatores*] *cum magno speciosoque comitatu populi, spes omnes metusque participantis, ad res gerendas proficiscebantur.*

Hesychius in Φρεατοτ. CXXXV. Φρεατοτύπανα, ὄργανά τινα, παρὰ Πολυβίῳ. Id est: *Vocabulo* Φρεατοτύπανα *instrumentorum quoddam genus designatur apud Polybium.*

CXXXVI.

cari, intercidisse verba quædam Polybii, quæ hic adferri debebant. Sed quod si, missas facientes suspiciones, teneamus id, quod scriptum invenimus, erit (puto) ea sententia, quam expressi, Polybium etiam dixisse, *Deum esse; qui omnia gubernet.*

132. Polybio recte tribuit Valesius. Videtur autem haud dubie agi de *Philippo* rege. Reperitur hoc Fragm. in Ἡμιολίοις.

133. Probabili utique ratione ad Polybium retulit Casaub. Videtur autem agi de callido Hannibalis consilio, quo apud Cretenses usus est; de quo conf. Cornelium Nep. XXIII, 9.

134. Et hoc probabiliter Polybio tribuit idem Casaub. In versione ex conject. adjiciendum vocab. *imperatores* putavi. συμπάθειαν autem non placuit h. l. *commiserationem* cum Küstero interpretari.

135. De hujus vocabuli significatione, quod nusquam aliâs occurrit, quum nihil monuerint Critici

CXXXVI. † Θεασάμενοι δὲ τὸν φρονηματισμὸν τῶν ἀνθρώπων ἔν τε ταῖς κατ' ἰδίαν ὁμιλίαις, καὶ ταῖς κατὰ κοινὸν ἐντεύξεσιν, ἐξ αὐτῆς ἐπανῆλθον ἐς τὸν στρατηγόν. *Cum autem superbiam & fastum illorum hominum, tam in privatis colloquiis, quam in publicis congressibus vidissent, confestim ad imperatorem redierunt.* Suidas in Φρονηματισμ.

CXXXVII. Πολύβιος φησίν· Ὁ δὲ κατέσχεν ἀμφότερα τὰ κατεσκευασμένα φυλάκια, πεντήκοντα Φυλάκια.

Critici ad Hesychium, liceat nobis nonnulla, quæ collegimus, hoc loco adnotare. Henr. Stephanus in Thes. Gr. Ling. sic habet: „Φρεατοτύπανα, puteorum „tympana, haustra. Ita vulga„ria lexica; quum Hesychius di„cat duntaxat, esse *instrumenta* „*quædam apud Polybium.*" Cujusmodi autem ista fuerint instrumenta, explicare Stephanus non tentavit. Ad irrigandos hortos, aquam e puteis educi solitam esse machina, quæ κηλώνειον vel κηλώνιον vocabatur, Iulius Pollux docet, Onomast. VII. 142 sq. X. 31. Et in Assyria arva, quibus frumentum colitur, irrigabantur aqua Euphratis, non exundante, ut Nili aqua, sed manibus & κηλωνηΐοισι e fluvii canalibus educta, teste Herodoto I. 193. coll. VI. 119. Exponitur autem κηλώνειον *tolleno, grus.* Suidas: Κηλώνειον· γεράνιον. Et Etymologus in Κῆλον. Κηλώνειον, τὸ ἀνανεῦον καὶ κατανεῦον ξύλον, ὁ ξύλινος ἀντλητὴρ, τὸ παρ' ὑμῖν λεγόμενον γεράνιον. Nempe eadem machina, qua vulgo utuntur rustici nostri ad hauriendam e puteo aquam. Confer Brodæum, Miscellan. lib. III. cap. 7. in Gruteri Thes. Crit. T. II. p. 492. Iam idem fere genus machinæ vel instrumenti a Polybio nomine isto φρεατοτύπανα designatum fuisse eo loco, quem ante oculos habuit Hesychius, suspicari licebit, sive eam cogitemus notionem vocabuli τύπανον aut (quod idem sonat) τύμπανον, qua *fustem, lignum oblongum* denotat, sive illam potius, qua latinum vocabulum *Tympanum* accipi apud Vitruvium X. 4. & alibi, & apud Vlpianum lib. XIX. §. 2. Digest. locati, monuit Faber in Thes. pro *rota, quæ pedum pulsu versata lapides, aquam aut alia in altum subvehunt.* Nempe ope rotæ ejusmodi grui adplicitæ, notum est, ampliorem attrahi situlam, & majorem vim aquæ hauriri posse, quam simplici tollenone. Cujus generis rota, nescio, an a similitudine *tympani musici*, ex eo genere quod Turcicum vocamus, nomen invenerit. Fortasse autem vocabulo isto usus erat Polybius eo loco (conf. Reliq. lib. IX. cap. 43.) ubi dixit de arvis, ex Euphrate fluvio irrrigari solitis. Suspicari enim licet, cum Herodoti ævo simplicibus tollenonibus haurire e fluvio aquam consuevissent, Polybii ætate in usu fuisse grues cum majoribus rotis, quibus multo major aquæ copia facili ratione hauriebatur,

136. Ad Polybium retulit Valesius; nec tamen aliàs apud hunc scriptorem nomen φρονηματισμὸς usquam legitur, nec ἐς τὸν στρατ. pro πρὸς τὸν στρ. stylum admodum redolet Polybianum.

Suidas in κοντα πόδας διεστῶτα ἀλλήλων. *Ille autem ambo castella, quinquaginta pedes a se invicem exstructa, in potestatem suam redegit.*

Χορηγία. CXXXVIII. Πολύβ. Μὴ οἷον κατὰ θάλατταν τὰς παρασκευὰς καὶ τὰ χορήγια παρακομίζειν τοῖς στρατοπέδοις, μηδὲ ἐπὶ ὑποζυγίων, ἀλλ' ἐν πήραις δεχ' ἡμερῶν ἔχοντας ἐφόδια. *Fieri non poterat, ut commeatus aut adparatus mari deferrentur exercitibus, neque per iumenta, sed in peris gestare decem dierum viatica oportebat.*

Ψυχαγωγ. CXXXIX. Πολύβ. Οὗτοι μὲν περὶ ταῦτα διέτριβον, ψυχαγωγοῦντες τὰς δυνάμεις. *Illi quidem his rebus tempus terebant, militum animos demulcentes.*

139. Apud Suidam vulgo sic legitur: Χορηγία. δόσις. καὶ Πολύβιος· Μὴ οἷον &c. Restituendum putem: Χορηγία. δόσις. καὶ χορήγιον. Πολύβιος· Μὴ οἷον &c. Id est: Χορηγία *idem notat quod* δόσις. *Idemque notat* Χορήγιον. Id quod deinde exemplo, e Polybio petito, demonstratur. Conf. Adnot. ad I. 17, 5.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM RELIQVIAS.

ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM RELIQVIAS.

ARGVMENTVM
Vniversæ Historiæ Polybianæ, & sigillatim Libri Primi & Secundi.

Quamquam de *Instituti ratione*, quod in conscribenda hac Historia secutus est Polybius, satis diserte ipse Auctor cum in *totius operis Introitu*, tum vero in *tertii Libri exordio*, præcepit; juvabit tamen, priusquam ad ea accedamus, quæ ad singulas quasdam sententias, aut ad singula passim verba, in quibus difficultatis nonnihil aut obscuritatis inesse videatur, adnotanda habemus, *de universo Scriptoris consilio*, & *de Argumento Partitioneque Historiarum*, quas his libris complexus est, nonnulla prælibasse. Ac perapte id quidem maxime ISAACI CASAVBONI fere verbis fieri poterit, quæ partim in *Dedicatione* leguntur, quam *ad Henricum IV. Regem* scripsit doctissimus ille Polybii editor, partim initio *Commentarii*, quem in Polybium edere instituerat. Instituti ratio Polybii.

Igitur Historiæ hujus Polybianæ, quemadmodum monuit Casaubonus, non postrema hæc laus est, quod in *parte* versetur *rerum Romanarum longe nobilissima*, sive virorum virtutem spectes, sive publica instituta aut mores, sive rerum gestarum magnitudinem. Quum autem inter excellentis Historiæ conditiones doctissimi Veterum hanc cumprimis ponant, ut certi intervallo temporis circumscribatur, & a notabili principio ad notabilem perducatur finem; Pars prior historiæ Polybii

 hanc

hanc Historiæ legem (ut quidem illis placet) a Polybio mirifice esse observatam invenimus. Ille principio, cum ad scribendum adpulit animum, *annorum quinquaginta trium res gestas* suscepit explicandas, ab anno primo Olympiadis CXL. qui annus ab Vrbe condita 535 est, ad Olymp. CLIII. 3. A. V. 587. id est, *ab initio Belli Punici secundi* (quo fere eodem tempore in tribus florentissimis illius ætatis regnis novi Reges imperium susceperant, Philippus, Demetrii filius, in Macedonia, Antiochus Magnus in Syria, Ptolemæus Philopator in Aegypto;) *usque ad finem Belli Persici,* & regni Macedonici eversionem. Quo spatio LIII annorum, adfirmat Polybius, & incepisse & consummata esse imperii Romani incrementa; recte, si modo ita intelligatur, ut expositum a Casaubono est in Adnotationibus ad Polyb. I, 1, 5.

continet res annorum LIII.

Res Romanorum.

Gestæ igitur sunt eo temporis intervallo a Romano Populo tot tantæque res, quot & quantæ nullo umquam seculo pari numero annorum. Ante omnia *Bellum* occurrit *Punicum secundum;* bellum, viribus partium, generositate ducum, magnitudine cladium, varietate casuum, eventorum consequentia, omnium bellorum, quæ ubivis terrarum gesta umquam sunt, maximum. Finem hujus excepit *Bellum Macedonicum cum Philippo*, ob veterem Macedoniæ regum famam & Magni Alexandri gloriam nobilissimum. Secuta sunt *Antiochicum Bellum*, & *Aetolicum;* illud, cum rege Asiæ opulentissimo & terra marique vi copiarum ingente instructissimo; hoc, cum populo omnium ferocissimo, & qui bellandi decus sibi uni vindicabat, seque eo nomine impotentissime jactabat. His interjecta sunt minora jam alia *Bella, cum Insubribus, Bojis, ceterisque Gallis* trans Alpes Italiam incolentibus. Postremum fuit *Macedonicum alterum, cum Perse*, Philippi filio; in quo illa antiqua Macedonum regia familia, exemplo penitus miserando, est exstincta. Ac tum primum omnes & Orientis & Occidentis nationes attonitæ, magnitudinis Romanæ stupore cœptæ sunt defigi, ac vim ineluctabilem

fatorum

fatorum cœperunt intelligere, quæ Populo Romano imperandi honorem deferebat, ipfis parendi neceffitatem imponebat. Quæ ipfæ admirabilis rerum univerfi terrarum orbis converfio Polybium initio impulerat, ut hoc tam memorabili fine Hiftoriam fuam terminaret; paucis tantum annis infecutæ pacis adjectis, ut, quam modis omnibus laudabilis effet forma regendi imperii, qua Populus Romanus utebatur, & cunctis quidem omnium feculorum gentibus, fed præcipue Græcis fuis, teftatum faceret.

At non unius Romani populi res geftas peragere Polybius conftituerat, fed Romani quidem primario, deinde autem & ceterorum totius orbis Populorum omnium, paullo faltem nobiliorum, quotquot per idem temporis fpatium inclaruerunt; quum præfertim per ea tempora res omnium fere nationum cum principis terrarum orbis Populi rebus partim implicitæ ac commixtæ effent, partim memorabili faltem aliquo vinculo copulari connectique cœpiffent. Neque vero eas modo res aliorum populorum expofitas lectoribus fuis voluit, quæ proxime conjunctæ Romanis rebus & connexæ erant; fed fimul univerfum ftatum declarandum fibi fumfit, quo fuerunt quoque tempore, in cujus defcriptione verfatur, res cujusque populi illuftrioris: atque adeo *omnem omnium Populorum Hiftoriam*, quæ in illud quinquaginta trium annorum & quod excurrit fpatium incidit, adcurate diligenterque perfecutus eft. Quo intuitu opus fuum Καθολικὴν Ἱστορίαν, quafi *Vniverfalem Hiftoriam* dicas, jure meritoque nominavit. Vide lib. I. cap. 4. II. 37. VIII. 4.

Res aliorum Populorum.

Hiftoria univerfalis.

Et hoc quidem primum fuerat Scriptoris inftitutum. Quo abfoluto, quum, fub initium feptimi poft Romam conditam feculi, novi rurfus undique motus novaque rerum maximarum initia exifterent, quæ modico annorum fpatio in memorabilem in primis converfionem exierunt; his commotus Polybius, novo fcribendi initio fumto, illarum pariter rerum hiftoriam fuperiori Hiftoriæ fubtexere, & continuo cum præcedentibus tenore, eademque ratione,

Pofterior pars Hiftoriæ Polybii.

qua

qua in priori parte ufus erat, perfequi inftituit. Ad quas res perfcribendas eo lubentior adjecit animum, quod hæ fere erant, in quibus & Scipionis Aemiliani virtus, alumni fui conjunctiffimique amici, maxime infignita eft, & quarum majori parti ipfe Polybius non fpectator folum, fed & actor ac nonnullarum etiam auctor adminiftratorque interfuerat. Excurrit nempe hæc pars Hiftoriæ Polybianæ a *Celtiberico Bello* in Hifpania, in quo primum præclara Scipionis indoles eluxit, ufque ad everfam ab eodem Scipione *Bello Punico tertio* Carthaginem, deletamque a Mummio *Bello Achaico* Corinthum, & Achaiam Romanorum poteftati fubjectam: complectiturque adeo res geftas ab Olymp. CLVI. & ab anno fere ab Vrbe condita 601. ufque ad Olymp. CLVIII. A. V. 609.

Partitio operis.

Duarum iftarum *partium*, quibus adhuc vidimus conftare Polybii Hiftoriam, prior illa ac principalis, quæ res geftas ab initio belli Hannibalici five Punici fecundi ufque ad finem Perfici belli, id eft Macedonici primi, complectebatur, *triginta Libros*, quoad quidem ex Reliquiis judicare licet, complebat; & ab eo Libro, quem *tertium* deinde numeravit auctor, ad *tricefimum fecundum* pertinebat: *altera pars*, huic fubjecta, quæ a bello Celtiberico ad everfam ufque Carthaginem atque Corinthum, id eft, ad finem belli Punici III. bellique Achaici excurrebat, *octo Libris* fequentibus, *a libro XXXIII ufque ad quadragefimum*, erat comprehenfa.

Hiftoria Ἀποδεικτική.

In utraque vero iftarum partium id ubique fpectavit curavitque Polybius, ut non tam otiofam ex legendo voluptatem caperent lectores, quam ut ex rerum ante geftarum cognitione ad earum rerum rationem, quæ nunc vel geruntur vel gerendæ funt, rite perfpiciendam inftituerentur. Quem finem ut confequeretur, præclare intellexit vir prudentiffimus, in rebus exponendis non modo veritatem, quæ prima lex eft, religiofe tenendam effe fcriptori, verum & illud in primis fpectandum, ut non res quæque nude per fe (qui fere mos eft eorum, qui Annales confcribunt)

bunt) narrentur, ſed ut cauſſæ atque antecedentia quævis, quæ ortum occaſionemque cuique rei dederunt, conſiliaque, quæ ſecuti ſunt ii, qui res geſſerunt, tum adjuncta atque potiora momenta cuncta, quæ ad rem penitius perſpiciendam pertinent, denique ut, quæ quamque rem conſecuta ſunt, quam fieri poteſt planiſſime, pandantur diligentiſſimeque explicentur. Quam in ſententiam perſpecte lib. III. cap. 31. præcipit, cum, *Nec qui ſcribunt*, inquit, *nec qui legunt Hiſtorias, tantopere ad ea per ſe, quæ geſta ſunt, par eſt attendere, quam ad ea, quæ ante acciderunt, quæ ſimul evenerunt, & quæ res tranſactas ſunt conſecuta. Quippe ſi tollas ex Hiſtoria, qua cauſſa, quo modo, quo conſilio quidque fuerit geſtum, denique an probabilem exitum res ſuſcepta habuerit; quod ſupereſt illius, ludicrum ſpectaculum eſt, non autem opus ad erudiendum lectorem comparatum: & in præſens quidem delectationem, in poſterum vero utilitatem omnino nullam poteſt adſerre.* Iſtam igitur legem quum ſibi ſcripſiſſet Polybius, ab ipſa illa cauſſarum & conſequentium demonſtratione ac potiorum momentorum omnium uberiore expoſitione Ἀποδεικτικὴν, id eſt, *demonſtrativam*, ſuam hanc adpellavit Hiſtoriam. vide II. 37, 3. III. 1, 3. IV. 40, 1.

Sed uberiori huic copioſiorique Hiſtoriæ, ne cauſæ atque origines illarum rerum, a quibus erat orſurus, prorſus ignorarentur, veluti *Introductionis* loco præmittendam duxit breviorem quamdam expoſitionem eorum, quæ ante Olympiadem CXL geſta ſunt, quorum quidem cognitionem neceſſariam judicavit ad planius intelligendum ſtatum, quo fuerunt res Romani populi aliorumque populorum eo tempore, a quo propriam illam & demonſtrativam, quam vocat, Hiſtoriam inchoavit. vide II. 37, 2 ſq. Eamque introductionem, quam Προκατασκευὴν, id eſt, *Præparationem*, nominavit, *duobus prioribus Libris* univerſi operis eſt complexus. In hac igitur Præparatione eas res, quæ ſatis ex aliorum Scriptorum Hiſtoriis notæ eſſe poterant lectoribus, nec dubitationem ullam habebant, leviori ſtylo perſtrin-

Præparatio ad propriam hiſtoriam,

duobus prioribus libris.

Præparatio, libro I. & II. perſtrinxit, aut etiam ſicco fere pede tranſiit; veluti de Syriæ & Aegypti rebus, in quibus nonniſi nomina indicavit regum, qui ſub id ipſum tempus, a quo uberiorem Hiſtoriam ſuam orditur, in regnum ſucceſſerunt. vide II. 37, 6. & II. 71, 4 ſqq. Quæ res vero vel minus notæ erant græcis lectoribus, (vid. I. 3, 8 ſqq.) aut quæ a ſuperioribus Scriptoribus ob diverſa partium ſtudia diverſimode fuerant expoſitæ, ita, ut videri poſſent dubitationem aliquam habere, & ſcriptoris a ſtudio & ira alieni operam requirere, qui ea ſub novum examen revocaret; (vid. I. 14. II. 37. II. 56. coll. cap. 40.) has igitur, non ea quidem ubertate atque copia, qua deinde in ſequentibus uſus eſt, at paulo tamen enucleatius exponendas duxit; præſertim ſi ad intelligenda & judicanda ea, quæ deinde geſta ſunt, neceſſarium eſſet, ut adcurate hæc, quæ ante acciderunt, cognita & percepta haberet lector. vid. I. 12 ſeq. II. 14. II. 71, 1. Incipit igitur iſta Præparatio proprie quidem ac potiſſimum a *primo bello Romanorum Punico*, quod in Sicilia geri cum Carthaginienſibus cœptum eſt Olymp. CXXIX. 1. A. V. 491. vide lib. I. cap. 5. & 13. Sed priuſquam ad hoc bellum exponendum accedit, occaſionem ejus cauſſamque explicaturus, paullo altius repetitis, ſed breviſſime perſtrictis vetuſtioribus Romanorum rebus, ducente ipſo hiſtoriæ filo pergit ad res Mamertinorum in Sicilia; qui, occupata Meſſana, cum premerentur a Syracuſanis, invocantes alii auxilia Romanorum, alii ad Pœnorum tutamen confugientes, materiam occaſionemque dederunt Romanis, primum cum armis extra Italiam progrediendi, & mox bellum cum Pœnis de Siciliæ imperio ſuſcipiendi.

Argum. lib. I. & II. Hæc poſtquam de univerſo Argumento Hiſtoriarum Polybii præmiſimus, haud incommode factum videbitur lectoribus, ſi totius illius *Præparationis*, quæ duobus prioribus Libris continetur, *deſcriptionem partitionemque* brevi Tabula hoc loco ſubjecerimus. Inſunt igitur duobus illis Libris hæc:

I. Præ-

I. Præfatio Auctoris. Libro I. cap. 1 - 5.

II. Præparationis Pars Prior & remotior; quam Προθεωρίαν *Præparationis* vocavit Casaubonus in Chronologia Polybiana & in Commentario in librum primum.

Continet hæc pars Res Romanorum ante bellum Punicum I. gestas in Italia, & ad extremum in Sicilia; ab Olymp. XCVII. A. V. 364. usque Olymp. CXXVIII. 4. A. V. 490. Lib. I. cap. 6 - 12.

III. Præparationis Pars Posterior & præcipua, seu Præparatio ipsa. Lib. I. cap. 13. — Lib. II. extrem.

Cujus hæ sunt partes:

1. Bellum Punicum Primum, ab Olymp. CXXIX. 1. A. V. 491. usque Olymp. CXXXIV. 3. A. V. 513. Lib. I. cap. 13 - 64.

2. Bellum Africum Carthaginiensium cum suis Mercenariis; quo exeunte, Sardinia cedere Romanis coacti sunt Pœni. A. V. 513 - 516. Lib. I. cap. 65 - 88.

3. Res Pœnorum in Hispania, gestæ ab
   1) Amilcare, patre Hannibalis. A. V. 517 - 525. Lib. II. cap. 1.
   2) Asdrubale. A. V. 526 seqq. Lib. II. cap. 13.
   3) Hannibale. A. V. 533. Lib. II. cap. 36.

4. Bellum Illyricum; & primum Romanorum cum Græciæ populis per legationem commercium. Olymp. CXXXVII. 1 - 4. A. V. 523 - 526. Lib. II. cap. 2 - 12.

5. Bella Romanorum cum Gallis cis Alpes Italiam incolentibus.
   1) Galliæ Cisalpinæ descriptio. Lib. II. cap. 14 - 17.
   2) Superioribus temporibus factæ a Gallis irruptiones in ditionem Romanorum. A. V. 364 - 472. cap. 18 - 20.

3) Novi

3) Novi Gallorum motus. A. V. 517 seqq.

Lib. II. cap. 21 seq.

4) Bellum Gallicum Romanorum cum Gallis Cisalpinis, eorumque sociis Gæsatis Transalpinis. A. V. 529-532.

cap. 23-35.

6. Res Græcorum, præsertim Achæorum; ab origine Fœderis Achaici, usque ad finem belli cum Cleomene, Spartanorum rege. Olymp. CXXXIX. 2. A. V. 532.

Lib. II. cap. 46-70.

7. Transitus ad res Olympiadis CXL, a quibus propriam & uberiorem suam Historiam incipit Polybius. Vno verbo tanguntur res Syriæ & Aegypti. Olymp. CXXXIX.

Lib. II. cap. 70.

ADNO-

ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM
LIBRVM I.

In TITVLO Libri vocabulum Μεγαλοπολίτου abeſt a vetuſtioribus omnibus codd. msstis præter Bavaricum, e quo & in impreſſos & in recentiores ſcriptos Regios B. & C. tranſiit. Πρώτη eidem Bav. debetur, unde in editionem Obſopœi, ex eaque in eoſdem, quos dixi, Regios codices eſt receptum, & ex his a Caſaubono reſtitutum, poſtquam editio Baſileenſis cum codice Auguſtano & reliquis omnibus codicibus Λόγος πρῶτος, pariterque in ſequentium Librorum inſcriptione Λόγος δεύτερος vel Λόγος β'. Λόγος γ'. & ſic porro, dederat. Ad πρώτη notum eſt intelligi vocab. βίβλος. Et βίβλους, non λόγους, ſingulos Hiſtoriarum ſuarum Libros vocare Polybius conſuevit. vide I. 3, 8. I. 5, 2. II. 1, 1. III. 32, 1. &c. Nam ὁ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας λόγος, quem dicit lib. V. extremo, non *liber* eſt, ſed *ſermo* vel *diſputatio* de Romanorum Republica, quod eſt argumentum Libri ſexti. Conf. III. 2, 6. X. 16, 7. Titulus.

CAPVT I. Cap. I.

Verſ. 1. Εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι. In hanc Verſ. 1. ſcripturam ἀναγράφουσι & ſcripti libri omnes, quotquot ſuperſunt, (quamquam ex Auguſtano adnotare Bœclerus neglexit) & veteres editi conſentiunt. De qua ſcriptura non ita deſperandum equidem duxi, uti Caſaubonus; qui, ne mentionem quidem ejus ullam facere in Commentario ad hunc locum dignatus, ſua auctoritate ἀναγράψασι edidit, quem, ut in aliis omnibus, ſecuti ſunt poſteriores

Vers. 1. Editores. Nihil frequentius, quam participii illius, quod *præsentis* temporis vulgo haberi solet, usus in re *præterita*, præsertim ubi ex adjecto verbo, quod in præterito tempore ponitur, vel ex aliis adjunctis satis intelligitur, quodnam ad tempus pertineat participium. Quo & respexerunt Grammatici, cum idem *participium* non modo *præsentis temporis*, sed & *præteriti*, *imperfecti* saltem, esse dixerunt; nempe præteriti, quod eo tempore, quod adjecto alio verbo indicatur, nondum plane perfectum erat. Geminum gemellum huic, in quo versamur, exemplo illud est lib. XVI. cap. 14, 1. ἐπεὶ δέ τινες τῶν τὰς κατὰ μέρος γ ρ α φ ό ν τ ω ν πράξεις γεγράφασι καὶ περὶ τούτων τῶν καιρῶν. Sic, adjecto adverbio πρότερον vel alia simili locutione, I. 35, 3. ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ δ ι δ ο ὺ ς ἔλεον. II. 8. 3. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι π α ρ α κ ο ύ ο ν τ ε ς τὸν πρὸ τοῦ χρόνον. II. 46, 3. τοὺς πρότερον . . ποιουμένους. III. 114, 6. οἱ τῷ πρότερον ἔτει στρατηγοῦντες, & sexcenta alia. Similiter elegantissimi quique scriptores, velut Xenophon Cyropæd. I. 4, 25 edit. Zeunii, Ἀστυάγης, καὶ πρόσθεν τ ι μ ῶ ν αὐτὸν, ubi exspectasses τιμήσας vel τετιμηκώς. Quare & apud nostrum I. 7, 2. ubi omnes dant οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις Καμπανοὶ μισθοφοροῦντες, minime opus erat Casauboni emendatione, ad illum locum in Commentario ita scribentis: „Imo vero μισθοφορήσαντες, *qui meruerant*, non *merentes*.“ Neque IV. 81, 12. ubi legimus, Λακεδαιμόνιοι . . καλλίστῃ χρησάμενοι νομοθεσίᾳ, καὶ μεγίστην ἔ χ ο ν τ ε ς δύναμιν ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, quamvis præcesserit χρησάμενοι, tamen non necessario requiritur σχόντες, quod contendit Reiskius. Et II. 8, 12. ubi temere Casaubonus ἐπιπλεύσασιν invexerat, recte puto a nobis restituta est consentiens msstorum librorum scriptura ἀποπλέουσιν. His jam scriptis quum ad me per Viri Celeb. Caroli Segaar humanitatem pervenisset exemplum illud editionis Basileensis, in cujus ora Iosephus Scaliger suas Emendationes & Conjecturas adscripsit, intellexi, Scaligerum jam illud ἀναγράφουσι h. l. in ἀναγρά-

ψασι

ψασι mutandum censuisse, cujus fortasse auctoritatem secutus Casaubonus est. Vers. 1.

Ibid. ἴσως ἂν ἀναγκαῖον ἦν. Quemadmodum in ἀναγράφουσι veram auctoris scripturam ex codicibus restitui, sic in hac phrasi confidenter rejicere debueram particulam ἂν, quam miro consensu veteres libri respuunt omnes, temere a primo editore Obsopœo insertam. Nam quamquam, præcedente conjunctione conditionali, in apodosi perapte & suo quodam jure stat potentialis illa particula; veluti statim I. 3, 7. εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν . . ., ἴσως οὐδὲν ἂν ἡμᾶς ἔδει &c. tamen non ita necessaria est, quin percommode abesse possit. Sic II. 63, 3. εἴπερ ἑξακισχιλίων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει ταλάντων, τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν ἠδύνατο ὑπερθέσθαι. IX. 31, 3. εἰ γὰρ συνέθεσθε . ., ἴσως ἦν εἰκὸς διαπορεῖν. XVIII. 14, 3. εἰ μὲν οὖν τις ἦν ἀνάγκη . ., εἰκὸς ἦν κατὰ τὸν ἄρτι λόγον. XXXI. 7, 13. εἰ μὲν συμβεβήκει . ., τάχα ἴσως ἐδοκεῖτε. XL. 6, 6. εἰ μὲν αὐτῷ τὸ συνέδριον συνέταττε . ., ἴσως ἔδει. &c. Eadem libertate sive adjiciendi sive negligendi istam particulam alios pariter scriptores usos videmus. Herodot. II. 20. εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους. II. 22 extr. εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε . ., ἦν ἂν τούτων οὐδέν. Diodorus Siculus I. 39. εἰ μὲν τὸ ῥεῦμα ταπεινότερον ἦν . ., ἐπιπολαίους ἂν εἶναι τὰς ῥαγάδας συνέβαινε . . . εἰ δ' ὑψηλότερον τόπον ἐπεῖχεν . ., ἀδύνατον ἦν. Idem I. 40. εἰ μὲν οὖν ὁ Νεῖλος ἀνέβαινε . . δῆλον ὑπῆρχεν ὡς κ. τ. λ. Appianus Bell. Civ. III. 18. εἰ γὰρ περιεῖδον ἐγὼ . ., τύραννος ὁ Καῖσαρ ἐγίγνετο. III. 34. εἰ τύραννος ὁ Καῖσαρ ἐφάνη, ἡμῖν ὑπῆρχεν ἀπολέσθαι & infinita id genus alia. Quare, sicubi variant libri, (veluti apud Polybium nostrum IV. 61. 3. ubi particulam ἂν, quam ignorant ceteri codices, insertam habet Bavaricus; aut VI. 56, 10. ubi οὐδὲν ἂν ἦν præfert codex Reg. E. alii οὐδὲν ἦν) liberum fuerit editori, utrum maluerit sequi; in consensu codicum nihil mutandum. Itaque hoc loco, in quo versamur, restitutum utique velim ἴσως ἀναγκαῖον ἦν, abjecta particula

Verſ. 1. ticula ἄν. Caſu factum erat in codice Bavarico, quo exemplari uſus eſt in edendo Polybio Obſopœus, ut duæ priores literæ vocabuli ἀναγκαῖον intervallo nonnullo ſejunctæ eſſent a reliqua parte vocabuli. Id fraudi fuit Editori, ut ſive ipſe, fugitivo oculo librum inſpiciens, ἂν ἀναγκαῖον ſcriptum in codice ſe vidiſſe putaret, vel ita ſcribere voluiſſe debuiſſeque librarium exiſtimaret. Ex Obſopœi editione eadem particula, ſicut in reliquas editiones, ſic & in juniores manuſcriptos Regios B. & C. eſt propagata.

Ibid. πρὸς τὴν αἵρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων, *ut hoc genus commentariorum* (ſcil. commentarios hiſtoricos, ſcripta hiſtorica) *præ ceteris ſectentur probentque*, id eſt, præ ceteris cupide ſtudioſeque legant. Articulum τὴν & vocab. ὑπομνημάτων omittunt Aug. & Reg. A. errore librarii, qui commune exemplar ſcripſit, unde ambo codices derivati ſunt. Ὑπομνήματα quælibet dicuntur *ſcripta, quibus aliquis ſive cogitata ſua de re quacumque, ſive res geſtas, memoriæ cauſa conſignat.* Sic libellum, quo Cæſar rationem deſcripſit, qua ordinare rempublicam ſecum decreverat, τὰ ὑπομνήματα τῶν βεβουλευμένων Καίσαρι vocat Appianus Civil. III. 5. Sic Polybius noſter commentarium ſuum de aciei inſtruendæ ratione τὰ περὶ τὰς Τάξεις ὑπομνήματα nominavit IX. 20, 4. Et Ἐπικτήτεια ὑπομνήματα M. Antoninus I. 7. adpellat philoſophicas commentationes, vel diſputationes, quas, ex Epicteti ore exceptas, memoriæ prodidit Arrianus, cujus confer Præfationem ad Epicteti diſſertationes. Sigillatim vero, quemadmodum nunc hoc loco, ὑπομνήματα dicuntur *illud genus commentariorum, quibus rerum geſtarum memoria illuſtratur*, adeoque *hiſtorica*, quæ vocamus, *ſcripta.* Sic Cæſaris Octaviani ὑπομνήματα, id eſt Commentarios de rebus a ſe geſtis, laudat Appianus de Bell. Civil. IV. 110. & Hiſtor. Illyr. cap. 14. Hiſtoriarum libros a ſe conſcriptos Strabo in Geogr. lib. I. p. 13. & lib. XI. p. 515. edit. Caſaub. ἱστορικὰ ὑπομνήματα adpellat: & Romanam hiſtoriam Diodorus Siculus ἐκ τῶν.

παρα

παρὰ Ῥωμαίοις ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων hausisse profitetur in Biblioth. Histor. lib. I. cap. 4. Confer Polyb. I. 35, 6. II. 47. 11. 61, 3. III. 32, 4. VIII. 12 extr. &c.

Ibid. μηδεμίαν ἑτοιμοτέραν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσιν. Confer. I. 35, 6 sq. ubi διόρθωσις exponitur ἡ ἐπὶ τὸ βέλτιον μετάθεσις.

Vers. 2. ἀλλὰ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀρχῇ καὶ τέλει κέχρηνται τούτῳ, *sed omnes prope dixerim hoc & exordio scribendi & exitu usi sunt.* Proverbialiter dictum monuit Casaub. ut θρυλλεῖν ἄνω κάτω, ad significandam crebram rei usurpationem. Ceterum ex omnibus illis Scriptoribus, quos ait Polybius de utilitate Historiæ copiose in suis Historiis verba fecisse, nullus ad nostram ætatem pervenit. Ad Polybii vero imitationem Diodorus Siculus in exordio Biblioth. Historicæ eum locum ita tractavit, ut neminem legisse pœniteat. Ipse Scriptor noster, laudationem Historiæ transsilire se velle simulans, lubens tamen ei immoratur, & quavis occasione ad eamdem revertitur. vide I. 35. III. 32. V. 75. IX. 1 sq. Quod dedimus ἀλλὰ πάντες, id præferunt veteres libri omnes; pro quo (nescio, consilio-ne, an casu) ἀλλ᾽ ἅπαντες edidit Obsopœus, a quo ceteri acceperunt. Vers. 2.

Ibid. ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον, *clarissimam* vel *certissimam atque unicam magistram.* Pro ἐναργεστάτην pronum fuerit, ut cum Casaubono & Reiskio aliquis suspicetur ἐνεργεστάτην, id est *efficacissimam*, esse scribendum. Ac sane haud raro vocabula ἐναργ. & ἐνεργ. permixta inter se a librariis & commutata videmus; conf. I. 9, 7. III. 54, 2. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 47. Upton ad Arriani Epictet. p. 369. Sed nihil caussæ est, cur a scriptura, in quam libri omnes consentiunt, hoc quidem loco recedamus. Quemadmodum lib. I. cap. 35, 7. cum duas hominibus ad proficiendum in vita propositas esse rationes ait, alteram per proprios casus, alteram per alienos, ἐναργέστερον τρόπον, id est, *evidentiorem*, *luculentiorem*

Verf. 2. *tiorem certioremque rationem* illam esse dicit, quæ per proprios fortunæ casus ducit, tutiorem vero, quæ per alienos: sic hoc loco, eam institutionem, quam ex Historia accipimus, conferens cum ea, quæ ex aliis scriptionum generibus (puta, sive ex præceptis philosophicis, sive ex fictis fabulis) haurire licet, *Historiam* percommode dicit *magistram* esse ἐναργεστάτην, *clarissimam, luculentissimam, certissimam;* scilicet, quæ vitæ præcepta, ex ipso vitæ humanæ theatro ducta, adeoque per se evidentia, non tam intellectui hominum, quam ipsis veluti sensibus, subjicit. Porro vero dubitari etiam potest, sit-ne omnino usurpatum Polybio vocabulum ἐνεργέστατος. Nam quum frequentissime apud hunc scriptorem occurrat adjectivum ἐνεργὸς, quod comparativum ἐνεργότερος format IV. 59. 2. superlativum ἐνεργότατος III. 106, 4. altera forma ἐνεργὴς, a qua descendit ἐνεργέστατος, nonnisi uno loco XI. 23, 2. de cujus veritate dubitare licet, occurrit. Quod enim II, 65, 12. vulgatam lectionem παράταξις ἐνεργὴς tenui, id per incogitantiam factum est, cum ibi meliores codices alteram formam ἐνεργὸς præferendam indicarent; quemadmodum etiam I, 42, 10. probatiorum codicum consensus pro ἐνεργοῦς, quod vulgo edebatur, ἐνεργοῦ tuetur. Iam ut ad locum nostrum, unde digressi sumus, revertamur, quod addit καὶ μόνην, id ita intelligi par est, prout latine *unicum* ac *singulare* illud dicimus, quod in suo genere eximium & præcipuum est: nisi cum Casaubono malueris per figuram eam, quam Hendyadin Grammatici vocant, ἐναργεστάτην καὶ μόνην idem valere quod μόνην ἐναργεστ. *unam omnium clarissimam.* Quod in eis, quæ proxime sequuntur, vocabulum περιπετειῶν prætermissum est in edit. 1. id operarum culpa, certe non exemplaris Bavarici vitio, factum est.

Verf. 3. *Verf.* 3. οὐδενὶ μέν. Male οὐδὲν μὲν Aug. & inde ora edit. 2. *Ibid.* Pro ταυτολογεῖν in codice Vrbinate-Vaticano, qui Excerpta illa ex Polybio continet, quæ Antiqua vocavimus, est παλιλογεῖν. παλιλλογεῖν voluit, quæ est

alterius

alterius verbi interpretatio, quemadmodum vice versa παλιλλογία per ταυτολογία exponunt Hesychius & Suidas. Idem codex Vrb. *versu* 4. pro παρορμῆσαι, in quo verbo nil variant ceteri libri, & quo sæpius utitur Polybius, παρακινῆσαι ponit. Ex quo suspicari liceret, & alibi passim in Excerptis illis Antiquis Polybiana vocabula cum aliis esse commutata; nisi in eis, quæ mox sequuntur in eodem codice, Excerptis, quæ pariter ex Libris adhuc superstitibus Polybii ducta sunt, multo rarius ac vix umquam id factum videremus. Accedit, quod duo priora folia hujus codicis, quibus initium libri primi continetur, non sunt a manu antiqui librarii, qui cetera scripsit; ut jam monui in Præfat. ad Tom. I. p. 47. Scilicet quum injuria temporum nescio quot folia in ipso principio codicis periissent, ita, ut primum folium, quod antiqua manu scriptum supererat, inciperet a verbis τοῦ προσαγορευομένου Βακάρα ποταμοῦ, quæ sunt ex lib. I. cap. 75, 5. excerpta; huic deinde primo folio nonnemo præfixit tria alia, quorum duo priora, recentiori manu conscripta, ipsum exordium libri primi Polybii, paucissimis verbis hinc inde mutatis, continent; tertium, vetustiori quidem scriptum manu, sed ad Polybium nihil prorsus pertinens, ex lacero aliquo Plutarchi codice huc raptum est: exhibet enim fragmentum ex Præceptis Politicis Plutarchi, ab his verbis incipiens, quæ leguntur pag. 801. edit. Wechel. ἀλλὰ καὶ τὴν Καλλιόπην παρεκάλουν &c. Vers. 4.

Ibid. καὶ νέον. καὶ τὸν νέον dedit Obsopœus, nescio quo casu consiliove articulum intrudens, quem nec Bav. nec alius scriptus liber agnoscit, præter Reg. C. qui ex Obsopœi editione manavit.

Vers. 5. ἐπικρατηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσι &c. *universus prope terrarum orbis annis fere LIII sub unius imperium potestatemque Populi Romani redactus.* Quod h. l. cum restrictione quadam, σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμ. dicit, (conf. I. 2, 7. & 4, 1.) id paullo etiam auda- Vers. 5.

Verf. 5. cius III. 3, 9. expressit, Ῥωμαῖοι πᾶσαν ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὑτοῖς. & III. 118, 9. τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐγκρατεῖς ἐγένοντο. Nempe τὴν οἰκουμένην, ut monuit Casaubonus, Græci adpellant sæpe non quod vox sonat, sed *orbis habitati partem olim notam;* ut πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην idem sit, ac πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης, VIII. 4, 4. aut πάντα τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης ὅσα καταπέπτωκεν ὑπὸ τὴν ἱστορίαν, XV. 9, 5. Ad verba οὐχ ὅλοις πεντηκ. τρισὶν ἔτεσι hæc monuit VRSINVS: „Ita legendum; non, ut alii emendarunt, ἑπτακοσίοις sive πεντακοσίοις. Confirmatur hæc lectio loco inferiore in lib. III. [cap. 1, 9.] χρόνον δὲ τὸν μεταξὺ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, ἔτη πεντήκοντα τρία. & paullo post: [III. 4, 2.] ὁ γὰρ χρόνος πεντηκονταεκαιτριετὴς εἰς ταῦτα ἔληγεν. Tot enim anni numerantur ab initio secundi belli Punici ad confectum bellum Persicum, quod tempus designat Polybius." — Quinam sint qui istam proposuerint emendationem, nescio; nisi quod in exemplo editionis Hervagianæ, quod Romæ in Vaticana servatur, quo olim (ut accipio) Benedictus Aegius usus erat, ad oram adscriptum h. l. sit: „ἑπτακοσίοις. p. [id fortasse *potius* denotat] πεντακοσίοις." Sed vulgata scriptura nullam habet dubitationem; nempe, ab A. V. 535. quo incepit bellum Punicum II. ad A. V. 587. quo Macedonia victo Perseo in provinciæ Romanæ formam redacta est, *anni* illi *quinquaginta tres* effluxerunt, quos dicit Polybius. Confer quæ dicta sunt in Argumento Historiarum Polybii, his Adnotationibus præmisso. At vero mira utique videri potest, ut monuit CASAVBONVS, ista Scriptoris hujus observatio, quod intra illud temporis spatium omnes pæne orbis cogniti partes Romano imperio fuerint subjectæ; cum tamen post confectum bellum Persicum staret adhuc Carthago, starent regna Aegypti, Syriæ, Asiæ, Pergami, Cappadociæ, Numidiæ, tum Græcorum civitatibus & insulis sua fere libertas constaret; ut taceam Galliæ utriusque & Hispaniæ populos plerosque &c. Nempe Polybius, ut

ut recte docuit eruditus ejus Interpres, ea, quae commemoravimus regna, & Graeciam universam, pro subditis populo Romano habuit, non, quod jugum servitutis jam subiissent, ut postea fecere, quum armis sunt devicti; verum ea ratione, quod per bella, dicto spatio LIII annorum gesta, omnibus Europae, Asiae, Africae populis, qui alicujus tunc erant nominis, expressa erat impotentiae confessio: jamque eo res redierat, ut e notioribus gentibus nulla esset, quae ex aequo cum populo Romano agere auderet; omnes reges, omnes civitates majestatem populi Rom. colere tenebantur, praeclare secum agi putantes, si veluti precaria libertate fruerentur. conf. III. 4, 3. XXV. 1, 4. & cap. 9, 6 seqq. XXIX. 11. Vers. 5.

Vers. 6. ὃς προὔργιαιτ. ὃ mendose Bav. Hinc ὁ edit. 1. & rursus ὃ Reg. B. *Ibid.* ἄν τι ποιήσαιτο. ἀντιποιήσαιτο contra codicis Bav. praescriptum habet edit. 1. ex eaque edit. 2. & Reg. B. Vers. 6.

CAPVT II. Cap. II.

Vers. 1. Cum pro οὕτω operarum errore in ed. 1. fuisset ὄντω, ad oram edit 2. notatum est ὄντως, quod nihil huc spectabat. Quam hoc capite *comparationem* instituit Polybius *inter Romanum imperium & inter ea imperia, quae ante illud claruerunt*, ejus persimilem apud Dionysium Halic. & apud Appianum in Historiarum exordiis legimus. Vers. 1.

Vers. 3. ἡγεμονίας solus h. l. dedit Reg. A. quam formam hujus vocabuli, in perpetua fere codicum varietate, constanter tenendam duxi. *Ibid.* ἐκράτησαν. Si quis praeferat codicis Aug. scripturam ἐπεκράτησαν, non solum non repugnem, sed Polybiano stylo eam cumprimis convenire dicam. Habuimus modo ἐπικρατηθέντα cap. 1, 5. & sic saepe aliâs. Sed h. l. Augustanus codex cum ab aliis codd. tum ab eo, qui perpetuo fere eum comitatur, Reg. A. deseritur. *Ibid.* κατεῖχον ingenio debetur Vrsini, ut ipse professus est; a quo accepit Casaubonus, honorem quidem emendationis auctori habere oblitus. Vers. 3.

Verſ. 3. De *duodecim annis*, quos *duraſſe Lacedæmoniorum in Græcia imperium vel principatum* ſcribit Polybius, non videtur res tanti fuiſſe, ut tam latam diſputationem inſtitueret Caſaubonus. Prælium maritimum ad Aegos flumen, quo victores Lacedæmonii dominatum Græciæ ſuſceperunt, in annum 4. Olymp. XCIII. poſuit Diodorus lib. XIII. c. 105 ſq. Prælium ad Cnidum, quo fractæ rurſus ſunt Lacedæmoniorum opes, & liberata ab eorum jugo Græcia eſt, ponit idem in ann. 2. Olymp. XCVI. adeoque in undecimum ab illo annum. Hinc fortaſſe quidem paullo adcuratius Iſocrates in Panathenaico dixerit, Σπαρτιάται ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν τῶν Ἑλλήνων, nec tamen, quum Polybius μόλις ἔτη δώδεκα ait, id continuo ita a vero abludere putari debet, ut moleſta quadam difficilique ratione ad ſolvendum nodum opus ſit. Quod ad Dionyſii Halic. verba adtinet lib. I. c. 3. Λακεδαιμόνιοι οὔτε [ſive οὐδὲ malueris] ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες, (ubi ad pugnam uſque Leuctricam vel ad Mantineenſem continuatum Lacedæmoniorum imperium intelligitur,) cum eis, quæ ad Polybium de iſto Dionyſii calculo monuit Caſaubonus, conferenda ſunt, quæ habet Hudſonus ad ipſum Dionyſium.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῆς προειρημένης χώρας Reiſkius relatum voluit ad τὴν οἰκουμένην, quæ ſuperius cap. I. verſ. 5. commemorata eſt. Sed multo ſane commodius tam ad ſententiam, quam ad connexionem cum iis, quæ continuo ſequuntur de Aſiæ imperio, Caſaubonus retulit ad *Europam*, quam modo nominaverat Polybius. Ac ſane iſtud verbum ὁ προειρημένος, quo nihil frequentius apud ſcriptorem hunc occurrit, vix umquam ad aliquid, quod multo ante, ſemper fere ad id, quod *proxime commemoratum* eſt, relatum videmus. vide I. 8, 1 ſq. 9, 3. 11, 8. &c. Quam obſervationem niſi teneamus, ſæpe a ſententia auctoris multum aberraverimus.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. προσέλαβον. προέλαβον mendoſe edit. 1. 2. & cod. Reg. C. *Ibid.* ἀκμὴν ἀπέλιπον. ἀπέλιπον ἀκμὴν

Bav.

Bav. & hinc edit. 1. & codd. Reg. B. C. *Ibid.* ἀπέλιπον. ἀπέλειπον Reg. A. ſolus.

Verſ. 6. Σικελίας μὲν γάρ. Abeſt γὰρ ab edit. 1. 2. operarum errore. *Ibid.* ἐπεβάλοντο. ἐπεβάλλοντο Reg. A. & Aug. & hinc ora edit. 2. *Ibid.* *Pugnaciſſimos Europæ populos*, Romanos potiſſimum intelligit, tum Gallos Hiſpanoſque; quos *ne cognitos quidem fuiſſe ait Macedonibus.* Quod autem adjicit ἰσχνῶς εἰπεῖν, *ut tenuiter dicam*, id aut nude eo pertinet, ut dicat, nolle jam ſe comparationem inter Macedonum & horum populorum potentiam atque virtutem inſtituere; nolle ſe in hanc partem multa verba facere; qua ratione ἰσχνὸς χαρακτὴρ *ſiccum ac tenue dicendi genus* eſt, in quo non evolamus, a quo abeſt copia & ὄγκος: aut cum REISKIO intelligendum erit idem valere ac Latinorum *ut parum dicam*, hac notione, ut ſignificet auctor, ſe velle gloriæ Macedonum parcere, dicendo, ignotas ipſis fuiſſe illas gentes; quapropter condonari eis debere, quod de illis domandis non cogitarint; nam, ſi verum fatendum, affirmari debere, Macedonum virtutem atque robur illis ſubigendis populis non ſuffeciſſe. Vtcumque interpreteris, ſane non deſiderabitur emendatio, quam propoſuit Caſaubonus, ἰσχνῶς, ὡς εἰπεῖν, ἢ οὐδ' ἐγίγνωσκον, *tenuiter, ut ſic dicam, aut omnino ne norant quidem.* — Verſ. 6.

Verſ. 7. οὔ τινα. Neſcio quo caſu ἄτινα in contextu habet edit. Baſil. & οὔτινα in marg. quod recte atque unice dabant codices omnes & edit. 1. — Verſ. 7.

Ibid. De *lacunis*, quibus hiat hic locus in msstis omnibus & in edit. 1 & 2. nonnihil jam dixi in Præfat. ad Tom. I. p. 40 ſq. In Bav. lacunæ fere ſunt hujuſmodi: τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὐτοῖς τὸν μὲν τοῖς ειναι ὑπε τοῖς ἐπιγι οχὴν κα δυναστ μεν το Φῆς ἔσται σαφέστερον κατανοεῖν &c. Pariter in edit 1. & Reg. C. niſi quod pro οχὴν utrimque mendoſe οχὺν ſcriptum eſt. Conſentit ceteroquin Reg. B. excepto hoc ipſo errore, & quod poſt δυναστ ſic dat μεν

το

Verf. 7. το λαδιατ φῆς ἐξέσται. in quo præeuntes habuit Vat. Flor. & Aug. (Ex codice Florent. aut alio huic perſimili correctum paſſim eſſe Reg. B. monui in Præf. ad Tom. I. p. 54.) Sed Reg. A. qui ceterum cum eiſdem facit, pro λαδιατ habet λαιτατ. In eis, quæ ſunt ante δυναστ, cum Bav. conſentiunt iidem codd. Vat. & Flor. ſed in Aug. & Reg. A. pro τοῖς ἐπιγι eſt ſic: τοῖς ἐπὶ, interjecto ſpatio, & omiſſa ſyllaba γι; tum inter οχὴν & κα rurſus eſt ſpatium vacuum ſex fere literarum; denique non eſt δυναστ, ſed ſolum δυ, & pro μεν το eſt μὲν τὸ cum his accentibus. Ad extremum, pro ἔσται, in Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. (ut jam dixi) eſt ἐξέσται. Iſtæ vero lacunæ quo pacto ortæ ſint, ex membranis Vaticanis intelligere licet. Quum enim illæ membranæ, ut ſolent fere vetuſtiores codices, duabus columnis in quaque pagina ſint deſcriptæ grandiuſculis literis, ut quæque linea non multa verba capiat; hoc loco per continuos quoſdam verſus non niſi initio & in fine cujuſque lineæ adſunt ſingulæ voces vel fragmenta quædam verborum, in media linea vacuum eſt ſpatium. In quo librarius imitatus eſſe videtur formam antiquioris exemplaris, quod ante oculos habuit, in cujus medio folio exeſa erat ea pars membranæ, quæ per mediam columnam in longum excurrebat. Quo etiam factum eſt, ut aliquanto poſt (cap. 3, 3.) ſimiles rurſus occurrant hiatus; puto, quod in primo exemplari, quod hac labe infectum fuit, alter iſte locus partem adverſam ejuſdem membranæ occupaverat. Lubet totum locum, in quo nunc verſamur, quatenus fieri poteſt, ea forma, quam habet in Vaticanis membranis, huc transſcribere. Scilicet poſt verba Ῥωμαῖοί γε μὴν ſic pergit a nova linea:

οὔτινα μέρη σχεδὸν δὲ
πᾶσαν πεποιημένοι τὴν
οἰκουμένην ὑπήκοον αὐ
τοῖς τὸν μὲν
τοῖς σιναν

ὑπε

ὑπο τοῖς Verſ. 7.
ἐπιγι οχὴν
κα δυ
νασε μεντο
λαδιατ
Φῆς ἐξέσται σαφέστερον κα
τανοεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ &c.

In codice Vrb. nonnulla ex iſtis verborum fragmentis deſiderantur, de quo (quia duo priora folia non ſunt ab antiqua manu) nil nunc adtinet dicere. Lacunas autem primus VRSINVS ex ingenio feliciſſime, ut videtur, explevit; a quo parum abiit Caſaubonus, ἐπιγινομένοις ſcribens, pro ἐπιγενομένοις, quod Vrſinus poſuerat; tum κατεσκεύασαν, ubi κατέλιπον dederat ille, quod ipſum κατέλιπον magis placet, & in contextum receptum malim. Porro verſu 8. τούτων μέν τοι poſuit Caſaubonus, ὧν μέν τοι Vrſinus. Rurſus διὰ τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς edidit Caſaub. cum Vrſinus nihil aliud ſcripſiſſet, niſi διὰ τῆς γραφῆς. Et γραφῆς quidem adſcivi ab Vrſino, quo vocabulo ſæpe utitur Polybius, ubi de Hiſtoria ſua loquitur, cum altero ξυγγραφὴ vel συγγραφὴ nuſquam, quoad memini, uſus ſit. Vellem etiam διὰ τῆς adſciviſſem pro διὰ τῆσδε τῆς: hanc enim brevem formulam ἡ γραφὴ, pro ἥδε ἡ γραφὴ, *hæc ſcriptio*, & aliàs, ubi de ſuo opere verba facit, uſurpare ſolet noſter; vide I. 56, 11. II. 40, 3. Denique pro ἔσται, quod ex Bav. erat editum, cum Vrſino ex aliis codicibus ἐξέσται recepi. Ceterum poſt verba σαφέστερον κατανοεῖν plura etiam excidiſſe ſuſpicatus erat Scaliger, qui ad oram libri ſui iſto loco adnotavit: πολλὰ λείπει. nulla ſane idonea de cauſa. Verſ. 8.

Eod. verſ. 8. ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπος *illud genus Hiſtoriæ conſcribendæ, quod in rerum geſtarum ratione atque cauſſis adcurate explicandis verſatur, quam Pragmaticam Hiſtoriam vocamus.* Rectius græca nude ac ſimpliciter ſic fuiſſent reddita: *illud Hiſtoriæ genus, quod in rebus geſtis explicandis verſatur.* Quum iſta ſcriberem,

Verf. 8. berem, quæ funt in latina noftra verfione, græcis Polybianis fubjecta, verfabantur ob oculos ea, quæ de *Pragmatica*, quam a Polybio dictam volunt, *Hiftoria* copiofe Cafaubonus ac præfertim Reifkius commentati funt: cujus difputationis fummam idem REISKIVS in Animadverff. ad Polybium p. 6 fq. in hæc verba contraxit: „Eft itaque (inquit) *Hiftoria Pragmatica*, noftro fic dicta, ea, quæ, quum rerum plena fit non commentitiarum, fed vere geftarum, eventi cujufque rationes omnes, quæ quidem ad rem totam cognofcendam & perfpiciendam funt neceffariæ, diligenter & copiofe exfequatur, caufas eruat, confequentia demonftret, eoque lectorem prudentia civili & facultate inftruat cum de narrationis auctoritate judicandi, tum, fi opus fit, res pares gerendi.“ Et vim illius denominationis optime exprimere ait nomen, apud Francogallos ufitatum, *Hiftoire raifonnée.* — Hærebat porro, cum ifta fcriberem, animo ufus ille, qui noftra memoria olim in Germania late obtinuit, ut Hiftorias, quas tali quadam ratione, qualem Reifkii verbis modo explicuimus, confcriptas profitebantur auctores, *Pragmaticarum Hiftoriarum* nomine vulgo vernacula fua infignirent, nec parum fibi in grandifono titulo placere viderentur. Nempe ita, poft CASAVBONVM, REISKIVS aliique fibi perfuaferant, Polybium, cum Hiftoriam fuam πραγματικὴν nominavit, peculiarem illam rationem, qua in exponendis rebus geftis ipfe ufus eft, refpexiffe. Atque, ut vim notionemque, quam huic vocabulo ineffe putabant doctiffimi viri, explicarent, monuerunt primo, id quod per fe veriffimum eft, obtinuiffe morem græce loquentium, ut πράγματα potiffimum dicerent *publica negotia, quæcumque vel pace vel bello ab eis geruntur, qui rempublicam adminiftrant;* tum vero, virum πραγματικὸν apud Græcos dici non folum *eum, qui publica negotia curaret*, fed etiam *qui ufum rerum magnum haberet & induftriam perficiendi, quidquid femel inftituiffet:* porro, πραγματικὸν πολίτευμα effe *conftitutionem reip. prudentem, ab hominibus fapientibus & ufu*

usu peritis profectam; factum πραγματικὸν adpellari, *quod solerter, bene, prudenterque sit excogitatum effectumque;* & πραγματικῶς aliquid *gerere*, idem esse, ac *solerter, perite, efficaciter, ad usum adcommodate.* Quae quidem omnia quamquam per se verissime adnotata sunt, quemadmodum ipsum Lexicon Polybianum docebit; tamen equidem, repetita cura inter se conferens loca omnia, quibus *πραγματικὴν ἱστορίαν* dicit Polybius, plane intellexisse mihi videor, nihil aliud ista denominatione designatum voluisse hunc scriptorem, nisi *rerum gestarum Historiam; rerum*, inquam, *in hominum vita ac praecipue in republica sive domi sive bello gestarum enarrationem;* adeoque nomen illud nihil amplius sonare, quam quod nos *civilem vel politicam Historiam* adpellare consuevimus. Scilicet vocabulum *ἱστορία* generaliori sensu, quo vel *studium, investigationem, contemplationem* & inde haustam *notitiam*, vel *narrationem eorum, quae inquirendo cognovimus*, designat, hactenus non restringitur ad certum aliquod genus rerum, cognitioni nostrae subjectarum. Itaque est alia Historia *naturalis*, id est, naturae studium, & rerum, quae natura gignuntur, enarratio: qua ratione Aristotelis libri, *περὶ ζώων ἱστορίας*, & Theophrasti, *περὶ Φυτῶν ἱστορίας*, vel *Φυτικῶν ἱστοριῶν*, aut *Φυτικῆς ἱστορίας libri* inscribuntur: (conf. Diog. Laërt. V. 46. ibique Menag. & Theophrastum de Causis Plantarum lib. I. c. 1.) & de universo Naturae studio Socrates apud Platonem in Phaedone cap. 45. *ἐγώ*, ait, *νέος ὤν, θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ Φύσεως ἱστορίαν.* Alia est adnotatio atque enarratio *rerum inter homines atque ab hominibus gestarum;* cui generi prae ceteris nomen illud *ἱστορίας* propria quadam ratione inhaesit. Hujus igitur *Historiae rerum inter homines gestarum* varia rursus genera vel partes (*τρόποι* vel *μέρη*) intelligi possunt; quorum generum tria Polybius a se invicem distinguit lib. IX. 1 sq. Primum genus, *ὁ γενεαλογικὸς τρόπος*, IX. 1, 4. tempora antiquissima, fabulis involuta, complectitur, versaturque

Vers. 8.

circa

Verſ. 8. circa γενεαλογίας καὶ μύθους, IX. 2, 1. id eſt, ut monuit Reiſkius ad illum locum, circa *genealogias deorum*, qui olim inter homines verſati ſunt, & circa *heroum fabulas*. Alterum, ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας, de *cognationibus* agit *& propagatione populorum per colonias*; in quo genere & ipſo, utpote ex vetuſtiore memoria repetito, multa etiamnum fabuloſa facta fataque veris commixta erant. Tertium genus, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν τρόπος, in enarrandis *rebus geſtis populorum, civitatum, principumque virorum* occupatum, inſtituendo viro, in republica verſanti, inprimis idoneum eſt; cum illud, quod primo loco nominavimus, ad ſolam fere audiendi legendive voluptatem ſit comparatum; alterum utilitatis quidem aliquid poſſit habere, ſed eam leviorem remotioremque, ita, ut nonniſi hominibus curioſis, multiplicis doctrinæ cupidis & otio abundantibus, conveniat. (De quo triplici Hiſtoriarum genere conferri utique merentur, quæ doctiſſime, ut ſolet, diſputavit Heynius in Commentatione de Apollodori Bibliotheca, Parte tertia Notarum ad Apollodor. p. 921 ſqq.) Polybius igitur, cetera Hiſtoriæ conſcribendæ genera, τἄλλα μέρη τῆς ἱστορίας, relinquens, αὐτὰ τὰ κατὰ τὰς πράξεις, id eſt, ſolum *illud genus, quod in rebus publice geſtis ex rei veritate enarrandis verſatur*, ſibi excolendum ſumſit: atque illud ipſum genus τὸν πραγματικὸν τῆς ἱστορίας τρόπον adpellavit, lib. IX. 2, 4. ita quidem, ut adjectum illud vocab. πραγματικὸς nullam aliam vim habeat, niſi ut hoc genus hiſtoriarum cum ab hiſtoria naturali, tum ab antiquiſſimis mythis & a fabuloſa ſuperiorum temporum traditione diſcernatur. Atque eodem modo ἡ πραγματικὴ ἱστορία nihil aliud eſt, niſi ἡ περὶ τὰς πράξεις, vel ἡ τῶν πράξεων ἱστορία, *rerum geſtarum hiſtoria*; quæ eadem ſimpliciter etiam atque nude ἡ Ἱστορία, *Hiſtoria*, ſingulari ac ſtrictiori vocabuli notione, ſolet deſignari. Sic quem hoc loco, in quo nunc verſamur, τὸν τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπον vocat Polybius, nihil amplius eſt,

quam

quam quod cap. 1, 1 feq. fimpliciter *τὴν ἱστορίαν* dixerat. Verf. 8.
Pari modo, quam I. 35, 9. *πραγματικὴν ἱστορίαν* dicit, eamdem V. 75, 6. nude *τὴν ἱστορίαν* adpellat. Rurfus III. 47, 8. *πραγματικὴ ἱστορία* manifefte non alia ratione dicitur, nifi ut *rerum geftarum hiftoria* opponatur narrationi fabulofæ, in qua dii & heroes inducuntur. Sic lib. XL. 6, 4. ubi *Poftumium Albinum* ait *græce πραγματικὴν ἱστορίαν fcripfiffe*, non cogitavit de peculiari quadam ratione, qua fcripta erat illa hiftoria; nihil quidquam amplius fignificat, nifi quod Cicero in Bruto cap. 21. ait, *Albinus, qui græce fcripfit hiftoriam*, aut quod Gellius XI. 8. *Albinus res Romanas oratione græca fcriptitavit*, aut Plutarchus in Catone Maj. p. 343. *Ἀλβῖνος ἱστορίαν ἑλληνιστὶ γράψας*. Neque multum proficies, fi pro adftruenda illa emphatica, quam volunt, vi denominationis *πραγματικῆς ἱστορίας*, cum Reifkio provocaveris ad illa Plutarchi verba, in Galba haud procul initio: *τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστα τῶν γενομένων ἀπαγγέλλειν, τῆς πραγματικῆς ἱστορίας ἐστί*: nam, quam ibi *πραγματικὴν ἱστορίαν* vocat, eamdem in eadem fententia fimpliciter *ἱστορίαν* dicit, initio vitæ Alexandri: *οὐ γὰρ ἱστορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίους*. Ac monet quidem utique fubinde Polybius, docetque, hiftoriam rerum, in republica geftarum, ita fcribi debere, ut ex ejus lectione formetur vir *πολιτικὸς* & *πραγματικὸς*, id eft, ut ex ipfo Hiftoriæ ftudio ufus & peritia rerum hauriri poffit; &, quo finem illum confequatur fcriptor hiftoriarum, monet idem Polybius, non tam nude quamque rem per fe, quæ gefta eft, effe proferendam, fed cauffas, & rationem atque adjuncta, & confequentia, quoad fieri poteft, apto nexu effe explicanda. Nempe hæc erit perfectio *ἱστορίας πραγματικῆς*, fi ita fuerit confcripta; atque eam perfectionem in fuo opere fectatus eft Polybius: at eo intuitu non *πραγματικὴν*, fed *ἀποδεικτικὴν* illam adpellavit, de qua adpellatione fupra in Argumento Hiftoriæ Polybianæ, his Adnotationibus præfixo, diximus p. 108 fq. Imo eodem loco, ubi maxime ex profeffo

Verſ. 8. docet Polybius, Hiſtoriam, ut fructuoſa ſit, cauſſas, adjuncta & conſequentia rerum rite & perſpicue explicare debere, ne utitur quidem adjectione vocabuli illius πραγματικῆς, ſed nudum ponit ἱστορίας nomen, lib. III. cap. 31 ſq.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. Ad *Verſ.* 1. confer quæ ſupra in Argumento Hiſtoriæ Polybianæ diximus.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. καὶ Λιβύην. καὶ τὴν Λιβύην enotatum eſt ex Flor. & Ven. Puto eſſe idem in Vat. & reſtitutum Polybio articulum malim. *Ibid.* Ἀννιβιακόν. In hanc formam vocis & h. l. & II. 37, 2. & III. 1, 1. codices omnes conſentiunt. Lib. III. 32, 7. alteram quidem formam Ἀννιβαϊκὸν, quam analogiæ convenientiorem Caſaubonus judicavit, præferunt Bav. Aug. & Reg. A. ſed quum in editis ibi ſit Ἀννιβιακὸν, nullam varietatem ad eum locum ex Vat. & Flor. enotatam video. Et lib. III. 95, 7. ubi ex Bav. editum erat Ἀννιβαϊκὸν, alteram formam Ἀννιβιακὸν conſtanter tuentur Vat. Flor. Aug. Reg. A. Rurſus VI. 51, 3. Ἀννιβιακὸν vulgo ex Aug. editum eſt: at ibi tamen Ἀννιβαϊκὸν præfert probatus alioquin codex Reg. E. De utraque forma nominis dixi in Adnot. ad. Appiani Procem. cap. 14.

Ibid. τῆς Ἀράτου τοῦ Σικυωνίου συντάξεως. De *Arati Sicyonii*, prætoris Achæorum, *Commentariis rerum a ſe geſtarum* vide infra II. 40 & 56. & IV. 2. Ceterum, quum vulgo τῆς παρὰ τοῦ Σικυωνίου legeretur, CASAVBONVS, lectionem iſtam tenens, (in quam & libri noſtri omnes conſpirant,) monuit, græcanicam eſſe conſuetudinem, magnos & claros viros aliter, quam propriis adpellationibus deſignare. ὁ Θούριος συγγραφεὺς, vel ὁ ἀπὸ Ἁλικαρνασσοῦ, eſt Herodotus. ὁ τοῦ Ὀλόρου, Thucydides, Olori filius. ὁ τοῦ Παμφίλου, Euſebius Cæſarienſis. Sic ὁ Σικυώνιος hic eſt, inquit, Aratus Sicyonius. — At iſtum quidem loquendi modum, utut ſcriptoribus nonnul-

lis

lis usitatum], qui conciso quodam aut arguto dicendi genere delectantur, Polybio tamen non modo familiarem esse nusquam observavi, sed ab hujus scriptoris & copia in dicendo & perspicuitate simplicitateque, præsertim ubi primam mentionem facit viri, quem deinde constanter (II. 40 seqq.) proprio nomine Ἄρατον, aut adjecta patria Ἄρατον τὸν Σικυώνιον adpellat, alienissimum esse intellexi. Nam quod in Fragmento, apud Strabonem conservato, quod nos ad lib. XXXIV. cap. 5. retulimus, ubi de *Evhemero* agitur, simpliciter ὁ Σικυώνιος adpellatur ille scriptor; ex eo quidem loco, ubi orationem Polybii integram non habemus, nihil in hanc partem colligere licet. Itaque emendationem, quæ REISKIO debetur, non dubitavi in contextum h. l. adoptare. Quod si quis vero præpositionem παρὰ, quam persæpe apud nostrum pleonastice adjectam genitivo casui videmus, conservatam maluerit, non habebit me magnopere repugnantem, si παρ' Ἀράτου τοῦ Σικυωνίου scripsisse Polybium putaverit. conf. Lexicon Polyb. in παρά. Vers. 2.

Vers. 3. De *lacunis*, quibus hic versus in codd. msstis omnibus & in edit. 1. & 2. deformatur, confer quæ supra ad cap. 2, 7. de similibus hiatibus dixi. Exhibebo nunc hic pariter formam, quam hic locus præfert in vetustis Vaticanis membranis, ubi sic fere habet: Vers. 3.

ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸ τούτων
χρόνοις ὡς ἂν εἰ σποράδας
εἶναι συνέβαινε τῆς
οἰκουμένης πρα
τὸ καὶ τὰς ἐπιβουλὰς
δὲ συντελείας
αὐτ καὶ κατὰ
τὰ τὸ ειν ὃ
κ ασ τα ενων
ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν

In istis verborum fragmentis nonnihil, sed perparum utique, variant codices. *Lin.* 3. ante τῆς, ubi in Vat. &

Verſ. 3. Flor. vacuum ſpatium eſt, ceteri habent τάς. *L.* 4. πρα . Sic & Vrb. & Reg. A. (puto & Flor.) & Aug. a prima manu, nam in hoc ſyllaba ξεις ab alia manu adjecta videtur. Sed in Bav. (& hinc in edit. 1. & 2. & in codd. Reg. B. C.) eſt a prima manu πράξεις. *Lin.* 5. τὸ ante καὶ ignorant codd. Reg. A. & Vrb. Et in Aug. videntur duæ illæ literæ ab altera illa manu adpictæ, quæ ſyllabam ξεις ad πρα adjecit. *Ibid.* pro ἐπιβουλὰς recte Bav. habet ἐπιβολὰς, & in Aug. literis ου ſuperſcripta eſt litera ο. Lacunas autem iſtas in hunc modum ſuppleverat VRSINVS: διὰ τὸ καὶ τὰς ἐπιβολὰς, ἔτι δὲ συντελείας αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν, καὶ κατὰ τοὺς τόπους διαφέρειν ἕκαστα τῶν πεπραγμένων. Sed quum ſuperiori loco, ubi alteram lacunam ſupplevit, adſcripſiſſet: „*locus ſuppletus ex ingenio;*“ nunc hoc loco hæc verba ſubjunxit: „*locus ſuppletus non ita felici conjectura.*“ Itaque CASAVBONVS, ſuum adhibens ingenium, ante τὰς ἐπιβολὰς inſeruit κατὰ, & omiſſis verbis ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν, quæ dederat Vrſinus, ita ſcripſit: διὰ τὸ καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς, ἔτι δὲ συντελείας αὐτῶν, καὶ κατὰ τόπους διαφέρειν ἕκαστα τῶν πεπραγμ. Quæ ego, quoniam commodius nihil ſuccurrebat, tenens, particulam tamen ὡς ante καὶ κατὰ τόπους ex Gronovii conjectura inſerui, quam ad oram exempli impreſſi, quo ille uſus erat, adnotatam reperi.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συμβαίνει γίγνεσθαι. Sic cum editis dant h. l. ſcripti libri omnes. Mox vero, cum πρὸς ἓν γίνεσθαι editum eſſet, eamdem formam γίγνεσθαι ex Aug. & Reg. A. recepi. Eamdemque ſcribendi rationem in hoc verbo, quum perpetua varietas eſſet in editis, in msstis autem (vetuſtioribus præſertim) plerumque teneretur litera γ ante ν, conſtanter ſecutus ſum: quod, ut in re levi, ſemel hoc loco monuiſſe ſufficiat.

Ibid. συμπλέκεσθαί τε τὰς Ἰταλικὰς &c. *ut res Italicæ ac Libycæ Aſiaticis & Græcis miſcerentur.* Primam ἐπιπλοκὴν ſive commercium ac familiaritatem aliquam, cum Græcis

Græcis contractam a Romanis, memorat noster lib. II. cap. 12. ad A. V. 526. cum, re bene gesta in Illyrico, legatos ad Aetolos & Achæos, moxque etiam ad Athenienses & Corinthios miserunt, qui rerum gestarum nuncium eis adferrent, & pacis conditiones cum Illyriis, communibus Græcorum hostibus, initæ, eisdem exponerent. Sed hoc loco respicit ad statum rerum, qui fuit exeunte bello Sociali Ol. CXL. 3. A. V. 537. quo tempore, qua ratione res Italicæ Libycæque immisceri cœperint rebus Græcanicis, & mox etiam Asiaticis, docet lib. V. cap. 105. Intimius utique deinde atque arctius misceri & conjungi res Græcorum cum rebus Romanorum cœperunt, ex quo T. Flamininus, A. V. 556. ad bellum contra Philippum proficiscens, primus Romanorum cum exercitu Græciam est ingressus: quo pertinet quod Plutarchus in vita Flaminini, haud procul initio, dicit, *ἡ Ἑλλὰς οὔπω πολλὰ συνενηγμένη Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐπιμιγνυμένη (αὐτοῖς) ταῖς πράξεσιν.* p. 369 edit. Wechel. Quæ Plutarchi verba cum eis, quæ Polybius & hoc loco & aliis locis laudatis scribit, contulit explicavitque ad hunc locum CASAUBONUS. Vers. 4.

Vers. 5. *τῆς αὐτῶν πραγματείας. nostræ scriptionis, nostri operis.* *αὐτῶν* pro *ἑαυτῶν*, & hoc pro *ἡμῶν* vel *ἡμετέρας*. Sæpius pronomen illud Polybio hac ratione usurpatum videbimus. confer Lexicon Polyb. in *αὐτός*. Vers. 5.

Vers. 6. *ἐπιβολήν. ἐπιβουλὴν* imperite ex Aug. receptum erat in edit. 2. Sic & in cod. Reg. A. a prima manu, solenni errore librariorum, quem & paullo ante jam notavi. *Ibid. δυνάμεων* ex edit. 1. & cod. Bav. placuit restituere. *δυνάμεως* ex Aug. (cum quo facit Reg. A.) transiit in edit. 2 & seqq. & videntur etiam adsentiri codd. Vat. & Flor. e quibus nihil varietatis notatum video. Ne sic quidem male: conf. II. 2, 1. Commodior tamen hoc loco nobis visus est pluralis numerus; quia non de una, sed de duabus expeditionibus, in diversas partes susceptis, agitur. Vers. 6.

Verf. 7. *Verf.* 7. „ἑρμηθέντες dixit πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut loquuntur grammatici, quamquam præceſſit τὰ πολιτεύματα. Significantur enim populi, civitates conſtituentes, λαοὶ, vel ἄνθρωποι. Vel poteſt etiam præmiſſum περὶ τῶν non pro neutro, ſed pro maſculino haberi." REISKIVS. — Mihi prior verior videtur ratio.

Verf. 8. *Verf.* 8. τοῦ τῶν Ῥωμ. καὶ τοῦ τῶν Καρχ. Sic editum eſt inde ab Hervagio ex Aug. cum Reg. A. Articulos τῶν utrobique omiſerat edit. 1. cum Bav. Vat. Flor. Ven. *Ibid.* συντάξας ταύτην. Mendoſa ſcriptura ταύτῃ, quam habet ora edit. 2. ducta eſt ex Aug. eademque in Reg. A. intra lineas notata eſt.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἐπιστὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν, *adtendens ad nudam per ſe narrationem rerum*, ſcilicet ad earum rerum, a quibus uberiorem & propriam ſuam hiſtoriam incipit, narrationem per ſe, *abſque explicatione cauſſarum*, quæ e ſuperioribus temporibus ſunt repetendæ. αὐτὸς hac notione, *ſolus*, *nudus per ſe*, *ipſe per ſe*, frequentiſſime apud noſtrum uſurpatur. *Ibid.* ἢ ποίαις δυναμ. Quod in edit. 1. legitur καὶ ποίαις, ex præcipitantia editoris accidit, qui figuram literæ η cum compendio ſcripturæ, quo particula καὶ exprimi in codice Bav. ſolet, commutavit. Pariter articulus τὰς, ad ἐπιβολὰς, in eadem edit. ſive editoris, ſive operarum errore, non exemplaris Bavarici culpa, omiſſus eſt. Vtrumque errorem ex edit. 1. repetierunt codices Reg. B. & C. qui ad illius editionis exemplum deſcripti ſunt: de quorum codicum conſenſu cum iſta editione poſthac monere ſuperſedebo, ita quidem, ut, niſi de diſſenſu (in lectionibus quidem, quæ aliquid dubitationis habere poſſunt) diſerte monuero, intelligi debeat, preſſo pede codices illos exemplum ſequi Obſopœanum. Pariterque, niſi de diſſenſu ejuſdem editionis Obſopœi a codice Bavarico monuero, intelligi debebit, eam cum ſcriptura hujus codicis, ex quo expreſſa eſt, convenire. Neque vero etiam errores omnes editionis illius adnotare operæ pretium fuerit; modo le-

ctor,

ctor, ubi in ea editione discrepantem aliquam a reliquis scripturam invenerit, quae momenti alicujus esse videatur, nec tamen a nobis commemorata sit, meminisse velit, esse illud proprium huic editioni mendum, ex errore editoris vel operarum ortum, non ex exemplo Bavarico derivatum. Vers. 9.

Vers. 10. *βίβλων. βύβλων* Vat. & sic rursus I. 5, I. *βύβλου* pro *βίβλου*, & saepe aliâs. Id in Flor. h. l. in *κύκλων* mutatum est: sic certe ex codice illo enotavit Gronovius; nisi potius figura literae *β* ea ibi usus est librarius, quae literae *μ* similis est, demta lineola, quae a sinistra descendit; quae figura literae *β* saepe a librariis ita depingi solet, ut facile cum litera *κ* permutetur. vide Adnot. ad I. 37, 9. Vers. 10.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. I. *Τὸ θαυμάσιον τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν τοῦτό ἐστιν, ὅτι - - - διὰ τῆς ἱστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης.* *Hoc proprium est nostri operis, nostraque aetate mirandum accidit, quod - - - per horum temporum historiam sub unum quasi conspectum ponatur lectoribus tota ratio, qua usa Fortuna est* &c. *ἀγαγεῖν* ex scriptis codd. revocavi, qui in hanc scripturam (exceptis recentioribus Reg. B. C.) consentiunt. *ἄγειν* vulgo edebatur, Obsopoei errore, qui in literarum nexum, quo verbum illud *ἀγαγεῖν* in cod. Bav. exaratum est, non satis intenderat oculos. Sententia verborum perspicua, nec ulli dubitationi obnoxia: in verbis nonnihil inesse difficultatis videri potest, de qua nihil notatum a Casaubono in Commentario miror. Non praetermisit hunc locum REISKIVS, qui pro *ἄγειν*, quod vulgo legebatur, repositum voluit *ἄγει*, scilicet (ut ait) *ἡ ἡμετέρα πραγματεία, nostra tractatio*: „ut paene credam (in„quit) *οὕτω καὶ αὐτὴ διὰ τῆς ἱστορίας* legendum esse. „Manifestum enim est, auctorem inter se conferre fortu„nam Romanorum & suam expositionem. Deinde si *ἄγει* Vers. I.

 „ad

Verf. 1. „ad τὴν τύχην, quod vocab. præcurrit, referetur, quæ „erit oratio ἡ τύχη ἄγει ὑπὸ μίαν σύνοψιν τὸν χειρισμὸν „τῆς τύχης, ᾧ κέχρηται?" — Nimirum alio quidem loco, ubi de eadem fere re eisdem partim verbis differit, VIII. 4, 4. ad verbum ἀγαγεῖν manifeste ex eis, quæ præcedunt, nomen τύχην est repetendum: sed, hujus loci aliam esse rationem, adparet. Atque hic duplex quædam exsistere poterat dubitatio: prior, ut quæratur, quodnam sit subjectum, quod ad verbum ἄγειν vel ἀγαγεῖν pertineat; altera, quo pacto ad præcedentem conjunctionem ὅτι referatur iste infinitivus. Iam vero, quod ad priorem spectat quæstionem, ex nexu orationis perspicuum esse videtur, etiamsi ἄγει cum Reiskio legeremus, tamen vocabulum πραγματεία (quod hoc loco intelligi voluit idem Reiskius) non magis commode, quam ἡ τύχη, intelligi posse ut subjectum illud, quod ad verbum ἄγει referatur. Etenim, quam initio hujus versus τὴν ἡμετέραν πραγματείαν dixit, eamdem nunc τὴν ἱστορίαν vocat; quemadmodum sæpius per totum hoc Procemium eamdem suam Historiam promiscue τὴν πραγματείαν & τὴν ἱστορίαν adpellat. Et est τὴν ἱστορίαν idem quod ταύτην (vel τήνδε) τὴν ἱστορίαν, sicut rursus vers. 2. τὴν ἐπιβολὴν τῆς ἱστορίας idem quod τὴν ἐπιβ. ταύτης τῆς ἱστορίας. conf. Adnot. ad I. 2, 8. & loca ibi citata, I. 56, 11. II. 40, 3. Itaque si orationis seriem hanc intelligeremus, ἡ ἡμετέρα πραγματεία διὰ τῆς ἱστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἄγει, idem fuerit, ac si dixisse statueremus Polybium ἡ ἡμετέρα ἱστορία διὰ τῆσδε τῆς ἱστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἄγει &c. vel ἡ ἡμετέρα πραγματεία διὰ τῆς πραγματείας &c. quod quidem placere nemini poterit. Alia igitur expediendæ difficultatis quærenda ratio est: atque eam ipse offert Polybius, apud quem haud ita raro videas *infinitivum verbi activi passive accipiendum;* quod fit *per ellipsin pronominis personalis*, facile ex contextu orationis supplendi. I. 37, 3. ταύτης δὲ μείζω περιπέτειαν οὐδ' ἱστορῆσαι συμβέβηκε, *gravior clades nulla memoriæ prodita est:* dicas, requiri

ἱστορη-

ἱστορηθῆναι; & requireretur, ni ad ἱστορῆσαι commode intelligeretur τινὰ vel μηδένα. Eodem modo ibid. I. 37, 1. ὥστε μηδ' ἂν εἰπεῖν ἀξίως δύνασθαι, intell. ἐμὲ, vel τινὰ, vel μηδένα, *ut ne dici quidem pro rei magnitudine ſatis poſſit.* XVIII. 29, 9. ὥστε καὶ μὴ ῥᾳδίως ὑπὸ τὴν ἔννοιαν ἀγαγεῖν τοῖς νῦν ἀκούουσι τὸ γεγονός. Caſaubonus: *ut ægre, qui iſta nunc audiunt, rem cogitatione ſibi fingere valeant:* at, ſic oporteret τοὺς νῦν ἀκούοντας. Imo ad ἀγαγεῖν ſupple ἐμὲ, vel τινὰ, vel τὸν συγγραφέα, quod nomen ex correlato nomine τοῖς ἀκούουσι haud ægre ſubintelligitur: *non facile aliquis* (vel, *non facile ſcriptor*) *animis eorum, qui rem audiunt vel legunt, veram ejus rei, quæ tunc accidit, adferre notionem valeat.* IV. 41, 9. τὸν τυχόντα χειμάῤῥουν - - ἐπιχώσεις ποιούμενον τηλικαύτας, ὥστ' ἀλλοιοῦν ἐνίοτε, καὶ μηδὲ γινώσκειν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τοὺς αὐτοὺς τόπους. *exiguum torrentem terram lapideſque tanta copia adgerere, ut interdum facies locorum prorſus mutetur, & ut modico temporis intervallo ne agnoſcantur quidem eadem loca.* Exſpectaſſes ἀλλοιωθῆναι, & γινώσκεσθαι. Sed ἀλλοιοῦν quidem commode pendet a χειμάῤῥους, & ex ſequentibus intelligitur ad hoc verbum, non τοὺς αὐτοὺς τόπους, ſed ſolum τοὺς τόπους. At ſane nomen χειμάῤῥους, *torrentes*, non peræque fuerit ſubjectum, quod ad verba γινώσκειν τοὺς αὐτοὺς τόπους poſſit referri: intellige igitur μηδὲ γινώσκειν τινὰ vel μηδένα τοὺς αὐτοὺς τόπους. Habet aliquid ſimile huic conſtructioni ſermo Hebræus, in quo verba tertiæ perſonæ ſingularis uſum interdum accipiunt imperſonalem, ita, ut latine per paſſivum commodiſſime reddantur: veluti Geneſ. 48, 1. *& dixit Ioſepho*, pro, *& dictum* vel *renunciatum eſt Ioſepho.* Geneſ. 25, 30. *propterea vocavit nomen ejus Edom*, pro, *vocatum eſt.* Deuteronom. 34, 6. *ſepelivit Moſen*, pro, *ſepultus eſt Moſes:* & id genus alia. Quæ ita dici per ellipſin nominis איש, *vir*, id eſt *aliquis*, monere ſolent grammatici: neque vero incommode docent alii, intelligi pro orientalium linguarum genio participium ejuſ-

I 5 dem

Verſ. 1.

Verſ. 1. dem verbi, quod abſque ſubjecto nominativo poſitum eſt: ſic enim & Arabes loqui amant, & Hebræi olim locuti ſunt; dicentes verbi cauſa, *cadit cadens*, pro *cadit aliquis*, Deuteron. 22, 8. *audit audiens*, pro *audit aliquis*, II. Samuel. 17, 9. & ſimilia.

Sed redeo in viam. In omnibus exemplis, quæ in hanc partem ex Polybio adnotavi, verbum illud activum, quod per ellipſin nominis vel pronominis paſſive vel imperſonaliter accipiendum eſt, non in tertia perſona ſingulari, ut apud Hebræos, ſed in infinitivo modo poſitum reperitur. Quo & hic ipſe locus referendus eſt, in quo verſamur; ubi perinde eſt, ſive imperſonaliter (per ellipſin accuſativi τινὰ vel συγγραφέα) accipiendum intelligas verbum ἀγαγεῖν, ut latine per paſſivum exponatur, *quod per hanc hiſtoriam oculis ſubjiciatur*; ſive, ex præcedenti dictione τῆς ἡμετέρας πραγματείας, intelligere repetereque ad hoc verbum malueris accuſativum ἡμᾶς, quod quidem eo magis in promtu erit facere, quoniam continuo ita pergit ſcriptor, καὶ τὸ προκαλεσάμενον ἡμᾶς καὶ παρορμῆσαν πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς ἱστορίας.

Iam, quod ad alteram ſpectat quæſtionem, *an ad præcedentem conjunctionem* ὅτι *referri poſſit verbum* ἀγαγεῖν *in infinitivo poſitum?* video equidem multa paſſim congeſta græcorum ſcriptorum loca, quibus uſum illum infinitivi, pro indicativo, conjunctionem ὅτι excipientis, firment. Sed fatendum eſt, plerorumque ex horum numero exemplorum aliam prorſus eſſe rationem, quam ut cum noſtro loco conferri poſſint; tum vero bonam etiam partem non niſi ex vitioſa ſcriptura vel parum adcurata interpretatione huc eſſe tracta. Velut in eorum numero locorum, quæ a Iac. Gronovio congeſta ſunt ad Arrianum de Exped. Alexandri lib. II. c. 16. non ſolum falſo huc trahuntur, quæ ex Xenophonte ab illo prolata ſunt, ut jam monuit Raphelius in Annotat. ad Nov. Teſt. ex Polybio & Arriano ad Actor. 27, 10. ſed in eo ipſo etiam Arriani loco, ad quem iſta congeſſit Gronovius, vix dubitandum puto, quin cum Vulca-

Vulcanio ἔτι pro ὅτι sit reponendum; quod vel ex eisdem locis, quae contra Vulcanium Gronovius adtulit, satis adparet. Nec difficultate carent alia loca, quae ex eodem Arriano ibidem laudavit Gronovius. Rursus autem ex eis exemplis, quae Raphelius (loco paullo ante citato) collegit, primum illud, quod ex Polyb. I. 39, 11. citavit, nihil huc spectare, ad eum Polybii locum docebimus. Quod autem ex Arriani Epicteto I. 10. adfert, ἐπαγγελλόμενος ὅτι ἄλλο οὐδὲν ἀναβὰς σπουδάσειν, ibi Vptonus quidem ex codice msto σπουδάσει edidit. Apud Strabonem lib. XV. p. 732. (cujus verba Wesselingius ad Diodorum Siculum IV. 26. laudavit,) ubi ait, ὅτι προσόρμους οὐκ ἔχειν, οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἷός τ' ἦν, videri potest infinitivus ἔχειν, non minus, quam εὐπορεῖν, ab οἷός τ' ἦν pendere. Quae cum ita sint, suspicatus olim eram, pro ὅτι in nostro hoc Polybii loco fortasse τὸ esse reponendum; quemadmodum mox vers. seq. ait, σὺν δὲ τούτῳ καὶ τὸ πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης (τὴν τύχην) ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ δυναστείαν ἀγαγεῖν. At reperiuntur tamen apud graecos scriptores loca quam plurima, ubi particulam ὅτι haud dubie sequitur infinitivus, aut etiam accusativus cum participio. Atque id non tunc modo fieri videmus, quum, praecedente verbo εἶπε, ἔφη, aut alio simili, proferuntur verba aliena in infinita, quae vocari solet, oratione, ut particula ὅτι prorsus abundare quodammodo dici possit; quo spectant loca, quae ad Diod. Siculum IV. 26. ex ipso Diodoro congessit H. Stephanus, & quae passim ex aliis scriptoribus adducuntur: ad cujus generis loca usum istum particulae ὅτι sequente infinitivo unice fere restrictum voluisse videtur Schneiderus ad Plutarch. περὶ Παίδων ἀγωγῆς cap. 7, 13. p. 17. Sed eamdem loquendi formam usurpatam etiam subinde videmus, ubi non adferuntur verba ab alio prolata. Sic in Actis Apostolorum cap. 27, 10. θεωρῶ, ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας - - - μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Thucydides IV. 37. γνοὺς δὲ ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης, ὅτι, εἰ καὶ ὁπωσοῦν μᾶλλον Vers. 1.

Verf. I. λον ἐνδώσουσι, διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς. Xenophon Hift. Græc. II. p. m. 357. (Leunclav. Bafil. 1569.) εἰδὼς, ὅτι, ὅσῳ ἂν πλείους συλλεγῶσιν ἐς τὸ ἄστυ καὶ τὸν Πειραιᾶ, θᾶττον τῶν ἐπιτηδείων ἔνδειαν ἔσεσθαι. ubi quidem in marg. ἔνδεια ἔσεται adnotatur, fed id non nifi ex editoris conjectura profectum videtur. Quæ loca, quamquam non omni ex parte fimillima noftro, tamen id quoque cum illo commune habent, quod ἀνακολουθία ifta excufetur eo, quod particula ὅτι a fequente infinitivo, interjectis pluribus nonnullis verbis, aut interfperfo etiam integro quodam membro orationis, feparata eft. Itaque fi apud Polybium hoc loco, in quo hæremus, non interjectum effet illud membrum καθάπερ ἡ τύχη &c. non dubito, quin τὸ διὰ τῆς ἱστ. ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν fcripturus fuiffet Polybius. Nunc vulgatam fcripturam, quam defendi poffe video, & in quam eamdem libri confentiunt omnes, non folicitandam effe duxi. Ceterum, etiam ubi verba, ab alio prolata, referuntur, video, a ftudiofis ftyli fcriptoribus ἀνακολουθίαν iftam, vel (fi mavis) iftum particulæ ὅτι pleonafmum, quem paullo ante dixi, non fere folere ufurpari, nifi ubi pariter inter particulam ὅτι & inter fequentem infinitivum aliud quoddam membrum orationis interferitur. Sic apud Xenoph. in Κύρου παιδ. I. 6, 18. legimus: λέγεις σὺ, ὅτι περ, ὡς οὐδὲ γεωργοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ στρατηγοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος εἶναι. ubi perfpecte Zeunius ex probatæ fidei codicibus ὅτι περ pro ὥσπερ, quod vulgo editum erat, reftituit. Herodotus I. 207. εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ὅτι, ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν. Plutarchus περὶ Παίδ. ἀγωγ. c. 7. πολλάκις ὁ Κράτης ἔλεγεν, ὅτι, εἴ περ ἄρα δυνατὸν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ἀνακραγεῖν μέρος. Alia ratio eft loci Polybiani, quem citavit Raphelius ex Legat. IX. (nobis lib. XVIII. 28, 4.) τὰς δὲ παραδεδομένας Ῥωμαίοις, φανερὸν, ὅτι (intellige εἶναι) τὰς κατὰ τὴν Εὐρώ-

πην.

πην. Nam ibi particula ὅτι necessario requirebatur ad perspicuitatem sermonis, quandoquidem verbum εἶναι brevitatis caussa placuit omitti: sequitur autem accusativus casus, referendus ad subintellectum infinitivum εἶναι, & respondens praecedenti accusativo τὰς παραδεδομένας, quoniam conservandus erat color & habitus orationis obliquae, quae per totum illum locum, in eis, quae & praecedunt, & quae sequuntur, obtinet. Vers. 1.

Ibid. τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης. Mendose τῆς ψυχῆς Flor. Conf. ad I. 13, 12.

Vers. 2. προκαλεσ. προσκαλεσ. Aug. pervulgato librariorum errore, πρὸς & πρὸ confundentium. Vers. 2.

Ibid. τὸ μηδένα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς &c. *quod nemo nostra memoria Historiam universalem conscribere est adgressus.* Poterat jam Herodotus Historiae Vniversalis auctor haberi, qui a Cyri tempore, & ex superiorum etiam temporum memoria, ad suam aetatem populorum fere omnium, qui per ea tempora innotuerant, historiam conscripsit. Sed eam *Vniversalem* historiam nunc a Polybio dici satis adparet, quae complectitur res, in orbe terrarum ab eo tempore gestas, quo omnia quodammodo inter se connecti, & ad unum quemdam scopum vergere coeperant. Quod Polybii fere aetate demum accidit; quare & ait τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, id est, *ex eis, qui nostra memoria scripserunt.* Ephorum tamen quodammodo universalem scribere Historiam adgressum esse, ait lib. V. cap. 33.

Vers. 3. ἐπιβαλλόμενον. Commodior videri poterat aoristus ἐπιβαλόμενον, quem dant Vat. Bav. Reg. A. B. At nihil vetabat, quin tenerem vulgatam scripturam, licet eam in primam editionem casu tantum intrasse, ac deinde solius codicis Aug. auctoritate confirmatam videam. Nescio tamen, an & consentiat Flor. ex quo nulla varietas ad h. l. adnotata est. De participio praesentis temporis, in significatione praeteriti accipiendo, dixi ad I. 1, 1. Accedit, quod frequentissime pro duplicata litera, praesertim pro λλ, simplicem ponere consueverint librarii. Vers. 3.

Vers.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης.* Qua ratione *utiliſſimum* vel *maxime ſalutare* Polybius dicat illud *Fortunæ inſtitutum*, his Plutarchi verbis declaravit CASAVBONVS, quæ leguntur in Libro de Fortuna Romanor. haud procul initio, pag. 317. edit. Wechel. ubi *imperium Romanum* ait *fuiſſe πᾶσιν ἀνθρώποις ἑστίαν ἱερὰν ὡς ἀληθῶς καὶ ὀνησιδώραν, καὶ πεῖσμα μόνιμον, καὶ στοιχεῖον ἀΐδιον, ὑποφερομένοις τοῖς πράγμασιν ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης, omnibus mortalibus focum vere ſacrum atque almum; retinaculum firmum; elementum* [puta, ex quo omnia exiſtunt, & quo redeunt] *æternum; rebus mundi, ſalo atque errore fluctuantibus, ſtationem ad jaciendam ancoram.* Quo & refert idem doctus Polybii interpres illud Ciceronis dictum, cum Senatum Romanum *omnium terrarum arcem* vocat, in Orat. in Sen. poſt Reditum, cap. I. & cum de Offic. II. 7. ait: *quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus: noſtri autem magiſtratus imperatoreſque ex hac una re maximam laudem capere ſtudebant, ſi provincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium, poterat nominari.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *πολλὰ γὰρ αὕτη (ἡ Τύχη) καινοποιοῦσα, καὶ συνεχῶς ἐναγωνιζομένη τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις.* Eamdem fere ſententiam his verſibus complexus eſt Ovidius, de Ponto IV. 3.

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præſens vix habet hora fidem.

Dum homines ſoli per ſe res ſuas in hac vita agere, aut colluctari alii cum aliis videntur, ſemper Fortuna ſe rebus eorum immiſcet, & pro aliis contra alios pugnat. Hominum vita veluti campus aut theatrum eſt, in quo ſpectacula & certamina ſua edit Fortuna. Apud Thucyd. II. 74. *ἐναγωνίζεσθαι* a Scholiaſte exponitur *ἐν αὐτῇ* (ſcil. *γῇ*) *τὸν ἀγῶνα τελέσαι.* Sic apud Plutarchum, laudatum ab Henr. Stephano in Theſ. Gr. Linguæ ad hoc verbum eſt, *τόπος εὐφυέ-*

εὐφυέστατος τοῖς ἱππομαχοῦσιν ἐναγωνίζεσθαι, *locus commodissimus equestri certamini.* Apud Polybium h. l. καὶ συναγωνιζομένη dant Ven. & Flor. & carent συνεχῶς. συνεχῶς ἀγωνιζομένη Aug. Vtrumque librariorum incuria. Verf. 5.

Verf. 6. τὰς ἐπιφανεστ. Aberat articulus ab edit. 1. & 2. errore primi editoris vel operarum. *Ibid.* ἢ καὶ νὴ Δία. Familiaris noſtro locutio; *vel ſaltem, aut etiam ſolummodo.* Vide Lexicon Polybian. in νή. conf. cap. 5, 5. Verf. 6.

Verf. 7. Καθόλου γε μὴν &c. Ab his verbis vulgo incipiunt CAP. V. hujus libri. Nobis commodius viſum eſt, uno eodemque capite hæc cum ſuperioribus complecti. *Ibid.* μετρίως. Quod ad marg. edit. Hervag. h. l. notatur μετρίου, ortum duxit ex ſcripturæ compendio in cod. Aug. quod perperam accepit editor Baſileenſis. *Ibid.* διεῤῥιμμένα τὰ μέρη. μέλη ſcriptum fuiſſe a Polybio ſuſpicatus erat Caſaub. in Commentar. & jam ante eum Scaliger. Vulgatam ſcripturam, in quam conſentiunt libri, merito defendit Gronov. ex IV. 4, 6. VII. 8, 7. Verf. 7.

Verf. 8. ἡ τῆς ψυχῆς εὐπρέπεια eſt *dignitas, decor, qui vivo ineſt animanti; venuſtas, quam viva anima conciliat corpori.* εὐτρεπείᾳ ſuſpicatus eſt REISKIVS, expoſuitque, *agilitate, habilitate, facilitate artuum movendorum, & munium membri cujuſque expedite obeundorum.* Sed eam conjecturam nec res deſiderare, & vis vocabuli εὐπρέπεια ne ferre quidem commode videtur. Verf. 8.

Ibid. κἄπειτα πάλιν ἐπιδεικνύοι. Optativus debetur Caſaubono, quem vel invitis omnibus codicibus tenendum duxi. Præeuntem Caſaubonus habuerat Scaligerum, qui pariter ἐπιδεικνύοι notaverat in ora ſui libri. In κἄπειτα abundat καὶ, ut idem ſit quod ἔπειτα. Amat hunc pleonaſmum noſter: conf. V. 98, 3. VI. 9, 1. Similiter Xenophon Memorab. Socr. I. 1, 5. κᾆτα, pro ſimplici εἶτα, uſurpavit; quod quum non intelligerent, corruperunt librarii, & poſtliminio demum ex codice Voſſiano Xenophonti reſtituit Zeunius.

Ibid.

Verſ. 8. *Ibid.* διότι καὶ λίαν. Particulam διότι, cujus uſu pro ſimplici ὅτι delectatur Polybius, obſtinato quodam conſilio in cod. Reg. B. tantum non ſemper in ὅτι mutata eſt. *Ibid.* πολύ τι. Etiam hunc pleonaſmum pronominis τι, optimis ceteroquin quibuſque auctoribus frequentatum, amat Polybius. Mendoſe edit. 1. & 2. cum Bav. dant πολύ τις.

Ibid. παραπλήσιοι ex Vrſini emendatione eſt, quam, tacito auctoris nomine, adoptavit Caſaubonus. παραπλήσιον, quod eſt in omnibus codicibus, adverbialiter quidem interdum, quemadmodum παραπλησίως ponitur; vide III. 33, 17. IV. 40, 11. ſed hoc loco adjectivum nomen neceſſario requiri videbatur. Librarius, qui παραπλήσιον h. l. primus invexit, videtur in animo adhuc habuiſſe idem vocabulum, quod paullo ante (verſ. 7.) occurrebat.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ἐφίκοιτο. ſcilicet, τοῦ ἐπιστήμην καὶ γνώμην ἀτρεκῆ ἔχειν, *id conſequetur, ut certam notitiam ſcientiamque habeat;* quod fieri non poſſe dixerat (verſ. 9.) ex ſingularum & abruptarum partium cognitione. Sic non opus erit, ut cum Reiſkio ſtatuamus, excidiſſe aliquid hoc loco. *Ibid.* Ad κατοπτεύσας intellige ex ſuperioribus τὴν συμπλοκὴν, ἔτι δὲ τὴν ὁμοιότητα καὶ διαφοράν.

Cap. V.

CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ταύτης ἀρχὴν τῆς βίβλου. Quemadmodum I. 3, 1. docuerat, unde initium plenioris atque propriæ ſuæ Hiſtoriæ, quæ a tertio Libro incipit, eſſet ſumturus, ſcilicet a rebus, Olympiade CXL geſtis, ſimulque prædixerat ibid. verſ. 8. ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι, συντάξασθαι ταύτην καὶ τὴν ἑξῆς βίβλον πρὸ τῆς ἱστορίας, ſic nunc conſentaneum erat, ut oſtenderet hoc loco, a quibus rebus & a quo tempore initium hujus Præparationis, atque adeo hujus Libri primi, ταύτης τῆς βίβλου, ſit ſumturus.

Ibid. Τίμαιος. *Timæus,* Tauromenita Siculus, res Siculas, & his connexas Italicas, Libycas, Græcanicaſque, neſcio quot libris (librum viceſimum primum citat Polybius

bius XII. 25, 7.) conſcripſit, in quorum quinque poſtremis res Agathoclis complexus eſt; de quo conſulendus Voſſius libro I. de Hiſtoricis Græc. cap. 12. Ex veteribus auctoribus, præter ea, quæ Suidas habet, quorum major pars ex Diodoro Siculo ducta eſt, inprimis conſulendus de Timæi Hiſtoriis eſt Polybius noſter, cum alibi, tum præſertim lib. XII. cap. 3-15. & cap. 24 ſeq. Verſ. 1.

Ibid. ἀπέλιπε. ἀπέλειπε Vat. Aug. Reg. A.

Verſ. 3. καὶ ῥητέον αὐτὴν τὴν τῆς διαβάσεως αἰτίαν ψιλῶς &c. Non ſolum *modum ac tempus*, ait, docendum eſſe primæ trajectionis Romanorum in Siciliam, ſed & *cauſſam.* Iſta autem cauſſa ψιλῶς, id eſt, *nude* ac *ſimplici narratione* eſt exponenda, ita, ut *ipſa per ſe* poſſit intelligi; *ne, ſi* hæc quoque *cauſſa* rurſus ſuæ *cauſſæ requireret declarationem*, ſi in infinitum neceſſe eſſet cauſſas aperire cauſſarum, ἀνυπόστατος foret, id eſt, *nuſquam fundamentum firmum certumque, cui inſiſteret, & unde initium ſumeret,* (ὑπόστασιν. cf. IV. 2, 1.) *inveniret univerſa argumenti noſtri tractatio.* Verſ. 3.

Hæc igitur, quod ad cauſſarum declarationem. Sed ad *Tempus* quod adtinet, unde totius hiſtoriæ rerum a Romanis geſtarum initium ducatur, commodum fore, ait, (verſ. 4.) ut ab eo proficiſcatur principio, quod omnibus ſatis notum certumque ſit, & de quo inter omnes conveniat; licet tempus illud fuerit paullo remotius, & paullo altius ſit repetendum, ita, ut deinde opus ſit, res interjectas uſque ad illam primam Romanorum in Italiam trajectionem breviter & curſim notare. Scilicet quoniam Olympias CXXIX, a qua cœpit primum bellum Punicum, non erat epocha ſatis illuſtris apud Græcos, nec inſignita re quadam memorabiliori in hiſtoria Græcorum, quorum præſertim in gratiam ſcripſit ſuam Hiſtoriam Polybius; adſcendit paullo altius ad rem, quæ ſimul in hiſtoria Romana quam maxime erat memorabilis, nec Græcis prorſus ignota, ſimulque cum rebus maxime notabilibus in hiſtoria Græcorum ipſo tempore fere conveniebat. Ita nimirum Verſ. 4.

Verſ. 4. rum græci lectores aliquod veluti punctum fixum, aliquem notum ac familiarem ſibi terminum, a quo procederet atque penderet tota rerum conſequentium notitia, animo ſignatum erant habituri. Eſt autem illa res *Roma a Gallis capta;* (conf. cap. 6, 1.) cujus rei jam olim rumor ad Græcos pervenerat, & ſcriptores græci, Ariſtoteles, Heraclides Ponticus, Theopompus, fecerunt mentionem, teſte Plutarcho in Camillo p. 140. & Plinio Hiſt. Nat. III. 5. 9. ut monuit Caſaubonus.

Ibid. τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντας. Sic edit. 1. & 2. cum ſcriptis codicibus omnibus. προαναδραμόντας ex conject. ediderat Caſaub. & poſt eum Gronovius. Sic & I. 12, 8. προανατρέχωμεν temere pro προσανατρέχωμεν ab eiſdem editum erat. Sed errorem profeſſus eſt Caſaub. in Commentar. ad h. l. unde veram ſcripturam ante nos jam & h. l. & cap. 12, 8. reſtituit Erneſtus. conf. Polyb. V. 31, 8. Eodem modo Diodorus, fidelis Polybii ſectator, IV. 60. προσαναδραμόντες τοῖς χρόνοις. Valet autem phraſis illa idem, quod iſta ἀναδραμόντες ἔτι τοῖς χρόνοις, apud noſtrum I. 12, 6.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. νὴ Δί' ἀμφισβ. νὴ Δία ἀμφ. Vat. Aug. Reg. A. *Ibid.* οὐδὲν οἷόν τε. Sic ex Aug. primus edidit Hervag. Conſentiunt Vat. Flor. Reg. A. Inverſo ordine οἷόν τε οὐδὲν Bav. & ex eo edit. 1. & Reg. B. C. *Ibid.* τότ' ἤδη. τότε ἤδη Aug. Reg. A. *Ibid.* ὁ συνεχὴς λόγος. Abeſt artic. ab edit. 1. operarum errore.

Cap. VI.

CAPVT VI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἔτος μὲν οὖν ἐνειστήκει &c. — „Vult inſignire (ſic CASAVBONVS ſcribit ad h. l.) annum captæ Romæ a Gallis, & ſuis Græcis eum reddere quam notiſſimum. Comparat igitur illum cum iis, quæ apud Græcos partim eodem anno, partim paullo ante, aut paullo poſt acciderant, ad memoriam poſteritatis magis inſignia. Nihil tota Græcia nobilius duabus civitatibus, Athenis & Lacedæmone: nihil item in hiſtoria Græciæ illuſtrius duabus

bus cladibus, quæ civitates illas ſic attriverunt, ut numquam poſt illa detrimenta priſtinum ſplendorem recuperarint. Prior tempore fuit calamitas Athenienſium, quos Lyſander ad *Aegoſpotamos* (in Thracica Cherſoneſo urbs fuit eo nomine & fluvius) navali prælio devicit; poſterior Lacedæmoniorum, quorum ad *Leuctra*, Bœotiæ oppidum, Thebani duce Epaminonda cædem ingentem fecerunt. Inter has duas clades media intervenit, memorabili συγκυρίᾳ, Allienſis Romanorum, quam ſtatim Romæ ἅλωσις eſt ſecuta. Ad Aegos flumen male pugnatum eſt ab Athenienſibus anno 4. Olymp. XCIII. Tempus captæ Romæ veteres fere omnes accuratiores temporum auctores conferunt in annum 1. Olymp. XCVIII. [vide Dionyſ. Halic. lib. I. c. 74.] Polybius, qui annos undeviginti numerat inter Athenienſium & Romanorum clades, in proxime ſequentem annum rejicit: alioquin numero annorum XIX. unus defuerit. Strabo lib. VI. [p. 287. edit. Caſaub.] de Roma capta loquens: ἐγένετο δὲ τοῦτο, ὥς φησι Πολύβιος, ἔτι ἐννεακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν. Cum Polybio & Strabone conſentit etiam Diodorus Siculus. [lib. XIV. c. 110.] Ad annum 2. Olymp. XCVIII. adde XVI. quot noſter ponit inter caſum Romæ, & Spartanorum ad Leuctra; emerget annus 2. Olymp. CII. Pauſanias in Arcadicis: [lib. VIII. cap. 27.] τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις - - δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρας." — Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου λεγομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν ἐκύρωσαν. Rurſus ad hunc locum CASAVBONVS: „Diodorus quoque Siculus [lib. XIV. cap. 110 ſqq.] idoneus cum primis auctor, in eodem anno 2. Olymp. XCVIII. & invaſionem Romæ commemorat, & pacem legato Antalcida factam. Iuſtinus lib. VI. [c. 6.] *Hic annus non eo tantum inſignis fuit, quod repente pax tota Græcia facta eſt; ſed etiam eo, quod eodem tempore urbs Romana a Gallis capta eſt.* Strabo verbis paullo ante allatis ſubjicit κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλ- Verſ. 2.

Verf. 2. κίδου γενομένην εἰρήνην. Hæc eſt illa pax infamis, quæ Lacedæmonios perfidiæ in focios, Græcos omnes ſtultitiæ, palam damnavit. Nam qui, dum erant concordes, nobiliſſimos de potentiſſimo omnium regum Perſicorum triumphos retulerant, ii jam inter fe diſcordes, & fibi invicem infeſti, regi ignavo & inter pellices ſedenti imperata faciunt. Formulam, ab Artaxerxe præſcriptam, habes apud Xenophontem in quinto Hellenicorum. [Hiſt. Græc. lib. V. p. m. 430.] Scribit Iuſtinus, regem Artaxerxem legatos in Græciam miſiſſe, ad faciendam hanc pacem; ſed Græci potius in Aſiam, quod fatis conſtat, legatos miſere. Quam ob cauſſam pax hæc non aliter illis dicitur, quam ἐπ' Ἀνταλκίδου, hoc eſt, *legato Antalcida facta;* nam ita ἐπὶ hic accipiendum, quum tamen vulgo id genus dicendi de magiſtratibus ordinariis, non de legatis, uſurpetur. Ideo etiam Polybius ἐκύρωσαν dixit, quia hoc fœdus in Aſia per legatos factum, poſt Lacedæmone ratihabitione ſenatus eſt confirmatum." Hæc quidem CASAVBONVS. — Verba Polybii quod adtinet, τὴν ἐπ' Ἀνταλκ. λεγομένην εἰρήνην reſtitui ex veterum librorum, quotquot ſuperſunt, Vat. Vrb. Flor. Ven. Aug. Reg. A. & Bav. conſenſu. Quum vero γενομένην pro λεγομένην (neſcio, Obſopœine conſilio, an correctoris Hagenoënſis prava ſedulitate) in editionem primam irrepſiſſet, iſta ſcriptura & in codicibus Reg. B. & C. & editis omnibus obtinuit. Et alibi quidem apud Noſtrum, IV. 27, 5. & VI. 49, 5. τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην nulla varietate dant libri omnes. Et apud Strabonem, loco ſupra citato, lib. VI. p. 287. eodem modo vulgo editum legitur. Et Arrianus de Exped. Alexandr. II. 1. eamdem pacem, τὴν εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην, vocat. Nec tamen id fatis cauſæ fuerat, cur apud Polybium h. l. conſentiens codicum ſcriptura defereretur; cujus ea vis eſt, ut intelligatur, *pacem iſtam vulgo* brevi formula τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου εἰρήνην *fuiſſe adpellatam.* Pari modo Plutarchus in vita Artaxerxis p. 1022. τὴν περιβόητον εἰρήνην ait,

ait, τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου προσαγορευομένην. Sic τὴν περὶ Κάννας λεγομένην μάχην dicit Polyb. XV. 11, 8. ubi nil opus eſt, cum Reiſkio γενομένην reponere: tametſi ceteroquin non ſum neſcius, duo verba γενόμενος & λεγόμενος nonnumquam a librariis perperam inter ſe commutari, cujus permutationis exemplum exhibent codices Polybiani lib. X. 47, 4. Sicut autem ἐπ' Ἀνταλκίδου facta illa pax dicitur, ſic τὰς ἐπ' Ἀσδρούβου γενομένας ὁμολογίας dicit Polyb. III. 15, 5. & τὰς ἐπὶ Λουτατίου γενομένας συνθήκας, III. 21, 2. &, breviori etiam formula, τὰς ἐπὶ Λουτατίου συνθήκας, & τὰς ἐπ' Ἀσδρούβου, III. 30, 3. Verſ. 2.

Ibid. καὶ ὁ πρεσβ. Διονύσιος. Articulum ὁ, quum abeſſet a codd. omnibus, & ab ed. 1. & 2. recte adjecit Caſaubonus.

Ibid. τῇ περὶ τὸν Ἐλλέπορον ποταμὸν μάχῃ, *pugna ad Elleporum fluvium.* Rem fuſe narrat Diodorus lib. XIV. cap. 103 ſeqq. Vocabulum ποταμὸν ignorant Flor. & Ven. ſed agnoſcunt ceteri codices. Ἐλλέπορον, ut edidimus, eſt in Vat. Flor. Vrb. Eodem modo in Bav. non Ἐλλεπόρον penacute, ut ex eo codice notavit Caſaub. Similiter Perotus ex ſuo exemplari, *circa Elleporum*, interpretatus eſt. Literam σ ante π inferunt Aug. & Reg. A. puto quod in exemplari, unde deſcripti ſunt, litera ε (quemadmodum etiam in Bav. factum vidi) vinculo quodam ita junctum fuerat literæ π, ut nexus ille ſcripturæ negligentius inſpicientibus videri potuerit indicare tres literas εσπ. Lenem ſpiritum ſervavit Reg. A. ἐλλέσπορον, ſed ἑλλέσπορον cum aſpero dat Aug. Per errorem accidit, ut in edit. 1. περὶ τῶν ἐλλεπόρων, & in edit. 2. περὶ τῶν ἐλλέσπορον (ſic: litera σ ex cod. Aug. adſcita) poneretur. Caſaubonus & Gronovius, neglecto ſpiritu, (ut ſolent in literis majuſculis) ΕΛΛΕΠΟΡΟΝ ediderunt: Erneſtus Ἑλλέπορον, cum ſpiritu aſpero. In cod. Reg. B. librarii errore τὸν ἐλλεόπορον ſcribitur; non, ut Caſaubonus refert, Ἐλλόπορον. Codex Reg. C. (idem ipſe, quem *ſuum*

 dixit

Verſ. 2. dixit Caſaubonus ad h. l.) veterem ſcripturam repræſentat Ἐλλέπορον, puto ex codice Flor. vel Veneto, cujus ope paſſim correctum erat illud exemplum editionis Hagenoënſis, e quo deſcripti ſunt codices Reg. B. & C. Cum iſta ſcriptura codicum Polybianorum convenit Polyænus, niſi quod ſolenni librariorum variatione ſimplex λ pro λλ apud eum vulgo ponatur, Strateg. V. 3, 2. τοὺς περὶ τὸν Ἐλέπορον ποταμὸν πταίσαντας Ἰταλιώτας. Apud Diodorum quidem XIV. 104. περὶ τὸν Ἔλωριν ποταμὸν vulgo ſcribitur, manifeſto librariorum errore, qui nomen ducis Græcorum (id enim Ἔλωρις erat) in fluvium transferebant. Sed quod ibi Caſaubonus & Weſſelingius, pariterque Dukerus ad Thucyd. VII. 80. Ἔλωρον vel Ἕλωρον ſcribendum atque eodem modo h. l. apud Polybium corrigendum contendunt; quod etiam Caſaubonus in latina verſione expreſſit, *ad Elorum amnem;* id quidem nulla alia ratione nititur, niſi quod in Sicilia amnis Ἕλωρος eſt, cui hunc cognominem fuiſſe ſuſpicati ſunt docti illi viri. Cujus ſuſpicionis quum nulla ſat idonea ab eiſdem adferatur cauſſa, non deſerendam putavi codicum Polybianorum ſcripturam.

Ibid. Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες &c. Quod in eumdem annum cum pace Antalcidica Romam captam a Gallis poſuit Polybius, &, qui eum ſequuntur, Diodorus & Iuſtinus, in eo hos diſceſſiſſe paullulum a Romanorum annalibus, citius nonnihil Romam captam ſtatuentibus, monuit Weſſelingius ad Diodor. XIV. 113. ablegans lectorem ad Petavii Doctr. Temp. Lib. X. 31. & Dodwell. Annal. Xenoph. p. 263. Conf. eumdem Weſſeling. ad Simſoni Chron. Vniverſale, ad ann. 2. Olymp. XCVIII. A. V. 367.

Ibid. πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. Monuit ad h. l. Caſaubonus, plures ex græcis ſcriptoribus Καπετώλιον per ε ſcribere. Sic apud Polybium conſtanter dat Codex Vat. Ceteri plerumque, ut hoc loco, litera ι utuntur, ſed & interdum ε. Literam ε præferunt Grammatici, Stephanus Byzant. Heſychius, atque Suidas, apud quem vulgo quidem

Καπιτ.

Κατιτ. ſcribunt; ſed, Κατετ. voluiſſe ipſum Lexicographum, demonſtrat literarum ſeries. Id factum a Græcis eſſe, quod à vocab. κάπετος, *foſſa, tumulus*, latinum deduxerint nomen, ſuſpicatus eſt Caſaub. Verſ. 2.

Verſ. 3. καὶ γενόμενοι. Sic ſcripti libri omnes & edit. 1. Poſtea γινόμενοι edebatur, errore ex Hervagiana propagato. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἀνδρίαν. ἀνδρείαν Aug. Reg. A. Neutrum male. Perpetuo fere in hoc vocabulo, ut in aliis ejuſdem generis, variant librarii. Verſ. 4.

Ibid. Σαυνίταις, τοῖς πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς ἄρκτους &c. *Samnitibus, qui & ad ortum & ad ſeptentrionem fines adtingunt Latinorum.* „De ortu res clara, ait CASAVBONVS: *de latere ſeptentrionali nihil habeo dicere.*" — Nempe, ſi hæc verba τοῖς πρός τε τὰς ἀνατ. *&c.* ad ſolum nomen Σαυνίταις referimus, conſequens erit, ut, ex Polybii præſcripto, paullo magis ad ſeptentrionem, quam vulgo a geographis factum videmus, porrectam fuiſſe dicamus Samnitium regionem. Quod ſatis etiam convenit cum eo, quod perhibetur de origine Samnitium, quæ a Sabinis ſolet derivari. Ac videri poteſt Polybius Pelignos etiam Veſtinoſque, & quæcumque gentes ab Apulia uſque ad Picenum incoluerant, & Samnitico bello Samnitibus ſeſe conjunxerant, (conf. Livium VIII. 29. IX. 41. 45.) communi *Samnitium* nomine comprehendiſſe. Quo pacto etiam Danvillius in *Geographie Ancienne* T. I. p. 204. de Samnio loquens, ait: *Cet article comprendra tout ce qui s'étend depuis la Sabine & le Picenum juſqu'à l'Apulie, & dans un autre ſens depuis les limites du Latium & de la Campanie juſqu'à la mer ſupérieure.* Sed commodiori fortaſſe ratione difficultas de *ſeptentrione* expedietur, ſi verba illa τοῖς πρός τε τὰς ἀνατ. *&c.* ad tres illos populos, quos modo nominaverat Polybius, Τυῤῥηνοῖς, Κελτοῖς & Σαυνίταις referamus; ita, ut, quod de *ortu* dicit, ad *Samnitas* referatur; quod de *ſeptentrione*, ad *Etruſcos* & *Gallos*. Neutra harum rationum explicandæ

Verſ. 4. iſti difficultati opus eſſe viſum eſt GRONOVIO, qui in Adnotationibus manuſcriptis ad h. l. ait: „Clara omnia fuiſſent Caſaubono, ſi attendiſſet ad Polybium. Eſt enim ἓν διὰ δυοῖν. πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς ἄρκτους, id eſt, *verſus orientem hibernum* vel *ſeptentrionalem.* Maxima enim Latii pars ab oriente videt Campaniam; at circa orientem hibernum, circa Hernicos, habet adjacentes Samnitas." — Ceterum, quod in edit. 1. & 2. Σαυνίταις ſcribitur, & mox rurſus Σαυνίτας, pro Σαυνίταις & Σαυνίτας, id vel operarum, vel ipſius primi editoris errore eſt factum: in probam ſcripturam conſentiunt veteres libri omnes.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου, ſcil. εἰς τὴν Ἑλλάδα, *anno prius quam Galli invaderent Græciam.* Nempe quamque rem a Romanis geſtam conjungere ſtudet Polybius cum re apud Græcos per idem fere tempus geſta, quæ nota eſſet lectoribus. Quemadmodum vero trajectionem Pyrrhi in Italiam h. l. ponit in annum eum, qui proxime præceſſit irruptionem Gallorum in Græciam; ſic lib. II. c. 20, 6. eamdem trajectionem ponit in tertium annum ante cladem eorumdem Gallorum ad Delphos. Cladem illam Pauſanias, in Phocicis, cap. 23. accidiſſe ait anno 2. Olymp. CXXV. qui incidit in A. V. 476. Sic trajectio Pyrrhi in Italiam ponenda in A. V. 474. P. Valerio, Ti. Coruncanio Coſſ. ad quos eoſdem Conſules Pighius in Annal. Romanor. & Simſonus in Chronico Vniverſali, Romanos ſcriptores ſecuti, eam rem poſuerunt.

Ibid. τῶν τε περὶ Δελφοὺς φθαρέντων καὶ περαιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν. Ad iſta verba REISKIVS monuit: „Forte καὶ τῶν περαιωθέντων. Galatas vel Celtas, ait, in Græciam & tractus ei finitimos irrupiſſe: quorum duplex genus fuit, alios, qui ad Delphos perierunt, alios, qui ex Europa in Aſiam trajecerunt Boſporum." — Ac videtur repetitum articulum græci ſermonis indoles flagitare. De re conf. Livium XXXVIII. 16. Polyb. IV. 45 extr. & ſeq. & Pauſan. l. c. X. 23 extr. ubi tamen oratio non ſatis integra eſſe videtur. Taceo alios ſcriptores.

Verſ.

Verſ. 6. Τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς &c. Varias irruptiones Gallorum in ditionem Romanorum, & victorias de eis reportatas a Romanis, ſecundum temporum ſeriem breviter recenſet noſter II. 18-20. *Ibid.* τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ &c. *tum primum adverſus reliquas Italiæ partes arma promoverunt;* ſcil. adverſus inferiorem Italiam, cujus caput Tarentum erat. *Ibid.* ἀθληταὶ γεγονότες ἀληθινοί. conf. II. 20, 9. XV. 9, 4. Monuit ad h. l. Caſaubonus, & productis variis veterum ſcriptorum locis oſtendit, ἀθλητὰς πολέμων vel τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων a Græcis dici *ſummos bellatores, longo uſu confirmatos.* Verſ. 6.

Verſ. 7. τὸ τελευταῖον τάς τε δυνάμεις καὶ Πύῤῥον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἰταλίας. *ad extremum, quum Pyrrhum cum copiis ſuis Italia expuliſſent.* — „Videtur hic aliquid deeſſe. Forte ſic dedit auctor: τάς τε Ἠπειρωτικὰς ἑλόντες δυνάμεις, καὶ Πύῤῥον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἰταλίας.“ REISKIVS. — Suſpicatus equidem eram, unum verbum excidiſſe, ut legendum eſſet, τάς τε δυνάμεις ἀνελόντες, καὶ Πύῤῥον ἐκβαλ. Eutropius II. 14. *Curius contra eum* (Pyrrhum) *pugnavit, exercitum ejus cecidit, ipſum Tarentum fugavit, caſtra cepit: ea die cæſa hoſtium* XXIII *millia.* Oroſius IV. 2. *triginta tria millia cæſa* refert, *ipſum Pyrrhum cum paucis equitibus Tarentum profugiſſe.* Sic & Zonaras Annal. VIII. 6. Πύῤῥος σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι διέφυγεν εἰς τὸν Τάραντα, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον ἀπέπλευσεν. At octo tamen peditum millia cum trecentis equitibus in Epirum reportaſſe Pyrrhum, auctor eſt Plutarchus in ejus vita p. 400. Vnde etiam teneri poterit id, quod apud Polybium vulgo ſcriptum legitur, & per figuram illam ſermonis, ſcriptori huic ſatis familiarem, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant, (conf. Caſaub. in Caſaubonianis p. 70.) τὰς δυνάμεις καὶ Πύῤῥον intelligi poterit, tamquam dixiſſet, τὰς Πύῤῥου δυνάμεις. Verſ. 7.

CAPVT VII.

Cap. VII. Verf. 1. *Verf.* I. Μεσσήνη. De nomine hujus urbis monuit CASAVBONVS, a Romanis fcriptoribus Peloponnefiacam Μεσσήνην, *Meſſenen* vocari; hanc vero Siculam, quæ a Meffeniis, e Peloponnefo profugis, nomen obtinuit, quum *Zancle* prius diceretur, *Meſſanam* folere adpellari: „quam diftinctionem, inquit, qui negligunt interpretes græcorum auctorum, peccant.“ —

Verf. 2. *Verf.* 2. Μεσσήνη μὲν γὰρ . . . ἐπεχείρησαν παράσπονδοι. Commodum quidem fuerat Μεσσήνην . . . παρασπονδεῖν, quod ex Reg. B. C. edidit Cafaubonus. Sed ea fcriptura non nifi conjecturæ debetur viri docti, nefcio cujus, ex cujus ingenio paffim correctos illos codices jam fæpius monuimus. Et eamdem quidem conjecturam probatam etiam Scaligero video: verum, quum in παράσπονδοι veteres omnes libri Vat. Vrb. Aug. Reg. A. Flor. Ven. Bav. confentiant, non temere deferendam, fed reftituendam Polybio fcripturam hanc putavi, & leviori quadam ratione fuccurrendum orationi, quæ laborare quodammodo videbatur. Nempe, quoniam & apud noftrum, & apud probatiffimos quofque græcos auctores verbo ἐπιχειρεῖν tertius cafus, quem dativum vocant, folet jungi, v. c. ἐπιχειρεῖν τοῖς πράγμασι, τοῖς πολεμίοις, &c. ea cauffa commotus, Μεσσήνῃ pro Μεσσήνην, quod dant libri, ex conjectura fcribere conatus fum. Sed poterat fortaffe debebatque hoc ipfum etiam Μεσσήνην, in tam longo præfertim nominis hujus a fuo verbo intervallo, ferri atque a nobis teneri; quandoquidem ceteroquin non defunt exempla, (quorum unum ex Plutarcho, aliud ex Ifocrate protulit Henr. Stephanus in Thef. Græc. ling.) ubi verbo ἐπιχειρεῖν quartus cafus nominis jungitur.

Ibid. οὐ πολλοῖς ἀνωτ. χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων. — „Tempus, quo de loquitur, eft tempus Rhegii obfeffi a Romanis.“ CASAVB. —

Ibid.

Ibid. Καμπανοὶ παρὰ Ἀγαθοκλεῖ μισθοφοροῦντες. — „Imo vero μισθοφορήσαντες, (ait CASAVBONVS) *qui meruerant;* non *merentes*, quasi superstite Agathocle hoc accidisset." [Sed de Participio, quod præsentis temporis vulgo haberi solet, vide quæ diximus ad τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι I. 1, 1.] — „Campani priscis temporibus, (sic pergit CASAVB.) militaris spiritus viri, ex Italia in Siciliam transgressi, modo Pœnis, modo Pœnorum hostibus operam locabant: quin aliquot urbes in Sicilia in sua potestate ipsos habuisse, testis Diodorus, [XIV. 15.] ut Catanam & Entellam, jam inde a Dionysii senioris temporibus. In Eclogis Diodori [lib. XXI. Ecl. 13,] occupatæ a Campanis Messanæ historia sic refertur. Exstincto Agathocle, Syracusarum tyranno, supererant tyrannidis instrumenta, mercenariorum præsidium adeo validum, ut jus creandi magistratus sibi vindicaret. Quum ea occasione seditio inter cives & mercenarios esset coorta, convenit tandem inter partes, ut peregrinus miles, divenditis bonis ac possessionibus suis, Siciliæ finibus excederet. Hac simulatione Campani iter ad fretum instituunt: ibi a Messaniis intra urbem admissi, urbem mox occupant, & noctu hospites, qui parum caverant, occidunt." — Vers. 2.

Ibid. ὀφθαλμιῶντες. — „Recte observat Suidas, verbum ὀφθαλμιᾷν, quod proprie significat *oculis dolere*, sive *ophthalmia laborare*, cum alio transfertur, vel *invidiam* denotare, ut in Evangelio *oculus malus* pro *invido*, vel *cupiditatem re aliena fruendi*, ut hoc loco. Iosephus Antiq. libr. I. [cap. 19. sect. 10.] διὰ τὸ ἐποφθαλμιᾷν τῷ πλήθει τῆς κτήσεως." CASAVB. — Pro περὶ τὸ κάλλος legendum πρὸς τὸ κάλλος suspicatus erat Reiskius. At similiter certe rursus noster II. 17, 13. περὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες.

Vers. 3. παρεισελθόντες δέ. γὰρ pro δὲ maluerat Reiskius. Sed satis familiaris Polybio usus iste particulæ δὲ pro γάρ. *Ibid.* ὡς φίλοι Aug. Sed in vulgatam scripturam consentiunt ceteri.

Vers.

Verf. 4. *Verſ.* 4. τῶν ἠκληρηκότων. Sic recte editum eſt ex Bav. Perperam ἠκληρωκότων Aug. & Vrb. quod & debuerunt Vat. & Reg. A. in quibus eſt ἠκληροκότων. ἀκληρεῖν, non ἀκληροῦν, dicuntur, *qui patria ejiciuntur bonis multati*, & omnino *qui gravi atque adverſa fortuna premuntur*, ut monuit & exemplis demonſtravit Weſſeling. ad Diodor. III. 12. Hinc & ſubſtantiva ἀκλήρημα & ἀκληρία. Verbum ἀκληρόω, iſta notione, & analogia reſpuit, quandoquidem actionem, non paſſionem vel ſtatum, ſignificare verba in οω ſolent, nec adoptavit uſus. Nam quod apud Suidam in Fragm. quod ex Polybio decerptum videtur, ἀκληρώμασι olim ante Küſterum legebatur, nomen ab illo verbo derivatum; id errore factum eſt, & recte Küſterus ἀκληρήμασι ſubſtituit, partim ex codicum Pariſienſium præſcripto, partim indicante literarum ſerie. Pro ἠκληρηκότων, quod apud Polybium h. l. legimus, Diodorus in narratione ſimillimæ calamitatis Rheginorum (in Excerpt. Valeſ. ex lib. XXII. p. 562. edit. Weſſeling.) τῶν ἠτυχηκότων dixit.

Verf. 7. *Verſ.* 7. ὧν ἡγεῖτο Δέκιος Καμπανός. Perperam Flor. & Venetus Δέκιος καὶ Καμπανός. Δέκιος, τὸ γένος Καμπανὸς ait Diodor. loc. cit. Natione Campanus erat; nomen viri Decius Iubellius: de quo vide Livium Epit. libri XII. & auctores, quos Freinſhemius in Supplem. illius libri, & partim etiam Caſaubonus ad h. l. citavit, Diodorum loco paullo ante laudato, Valerium Max. II. 7, 15. & Appian. in Samniticis ſ. lib. III. Ecloga IX. noſtræ edit. Tom. I. p. 60 ſq.

Verf. 8. *Verſ.* 8. τοὺς Μαμερτίνους. Conf. cap. 8, 1. *Mamertinos* a Mamerte, (id Campanorum idiomate Mavortis ſ. Martis nomen erat,) quaſi Mavortios vel Martios, id eſt, ſtrenuos bellatores ſeſe vocabant, ut monuit Diodorus lib. XXI. Ecloga 13. De qua adpellatione fuſius Caſaub. ad h. l. & auctores, quos laudavit Weſſeling. ad Diodori locum cit. T. II. p. 493.

Verſ.

Verſ. 10. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τούτων ἐγένοντο. ἄπο penacute eſt in Bav. Bene, ſi inverſo ordine τούτων ἄπο eſſet. Sed nil movendum. Verſ. 10.

Verſ. 11. ζωγρείᾳ. ζωγρίᾳ h. l. Vat. & Reg. A. quemadmodum apud Suidam editur, citantem verba Polybii ex I. 79, 4. ubi pariter Vat. ζωγρίᾳ habet. Sic quoque Scaliger, & hoc loco, & ubicumque ζωγρείᾳ editur apud Polybium, in ora ſui libri correxit, ζωγρίᾳ. Atque id analogia etiam requirere videtur, quandoquidem a verbo ζωγρέω, non ζωγρεύω, nomen derivatum eſt. Verumtamen nec tam certa res, nec tanti momenti, ut in nomine, cujus uſus frequentiſſimus apud Polybium occurrit, recedendum videatur a forma, in quam pæne perpetuo & conſtantiſſime libri Polybiani ad unum omnes conſentiunt. Verſ. 11.

Ibid. ἐκυρίευσαν πλειόνων ἢ τριακοσίων. *vivos in poteſtatem redigunt amplius trecentos.* οὐ πλειόνων, *non amplius trecentos*, ſuſpicatus erat Reiſkius. Contra, quum alii auctores, Frontinus Strateg IV. 1, 38. & Oroſius IV. 3. præeunte Livio Epit. libri XV. & maxime in lib. XXVIII. cap. 28. mire rem exaggerantes, *totam legionem, millia hominum quatuor, captos & in foro Romæ ſecuri percuſſos eſſe,* ſcribant, videri poſſet apud Polybium h. l. πλειόνων ἢ τρισχιλίων, *amplius tria millia*, legendum, niſi diſerte adjeciſſet hic ſcriptor, *pleroſque in ipſa expugnatione urbis, pertinaciter pugnantes, eſſe interemtos.* Sed nimirum *trecenti,* fuſtigati ſecurique percuſſi, ſatis magnus numerus viſus eſt Polybio, ut adnotaret, *plures* etiam fuiſſe. Quare perſpecte ad h. l. monuit CASAVBONVS: „Obſervantur in hac hiſtoria Polybii fides & judicium. Conſtat, legionem Rhegium inductam, quæ poſtea fidem mutavit, fuiſſe hominum quater mille. Manſit præſidium in urbe occupata octo minimum annos, hoc eſt, tempus totum belli Tarentini. Eo temporis ſpatio vehementer illum numerum fuiſſe imminutum, veri eſt quam ſimillimum. Secuta eſt obſidio diuturna ſatis & obſidentibus operoſa, quod pluribus oſtendit Zonaras. [lib. VIII. cap. 6.]

Nam

Verſ. 11. Nam Campani iſti, moris Romanorum gnari, quum certo ſcirent, luendas ſibi omnino pœnas, ſi caperentur, neque exorabilem ſibi fore ſenatum, tanta pertinacia dimicarunt, ut, priuſquam in poteſtatem Romanorum urbs veniret, omnes propemodum occumberent. Hoc pacto eſt effectum, ut ſoli trecenti caperentur vivi, & Romam ad ſupplicium mitterentur. Hæc eſt Polybii narratio, veritati & fidei hiſtoricæ tam congrua, quam tragicis ampullis aliena." —

Verſ. 12. *Verſ.* 12. *οἱ στρατηγοί. Prætores* interpretatus erat Caſaubonus: ſed bello demum Punico primo, duo prætores primum creatos eſſe, ex Livio conſtat Epit. lib. XIX. Itaque *conſules* ſcripſi, qui paſſim iſto nomine apud noſtrum deſignantur. conf. I. 11, 2. & adnot. ad I. 11, 1 Sicut *στρατηγοὶ* ſummi magiſtratus apud Achæos, ſic apud Romanos *Conſules:* qui, ut diſcernantur a Prætoribus, *ὕπατοι στρατηγοὶ* dicuntur, I. 52, 5. VI. 14, 2. ſicut illi *στρατηγοὶ ἐξαπελέκεις*, III. 106, 6. & alibi.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι.* Vide ad cap. 7, 8. *Ibid. ἕως μὲν συνεχρῶντο.* In edit. 1. & 2. ex cod. Bav. legebatur *ἕως μὲν οὖν συνεχρ.* quam lectionem non modo adnotare infra contextum, ſed & in ipſum contextum reſtituere particulam, a Caſaubono ejectam, debueram. Et abeſt quidem ea particula a Vat. Aug. Reg. A. atque etiam a Reg. B. & C. Sed poſt interjectam orationi parentheſin, ubi continuatur oratio, ante parentheſin incepta, commodiſſime inſeritur; prorſus ut apud latinos ſcriptores, & præſertim apud Ciceronem, ſimili in caſu, conjunctionem *igitur* inſertam videmus. Et potuit facile hoc loco OTN abſorberi a CTN ſyllaba initiali verbi ſequentis. *Ibid. κατεκράτουν. ἐκράτουν* Aug. abſque præpoſ. Sed amat præſertim verba compoſita Polybius.

Ibid. συνορούσης. Quod *συνομορούσης* corrigi voluit Vrſinus, ex ipſius ingenio eſt. In vulgatam ſcripturam conſen-

consentiunt omnes; nec erat, cur eam improbaret Ernesti in Præfat ad Polyb. pag. XXII. Vide lib.V. 55, 1. & 108, 2. *Ibid.* Συρακουσίοις. Συρακοσίοις Vat. & sic fere constanter per ο, & ante & post hunc locum.

Vers. 3. Χρόνοις οὐ πολλοῖς πρότερον. — „Tempus horum comitiorum militarium obscure declarat Polybius, quum accidisse hæc ait *non magno prius tempore*, quam Rhegium obsideretur a Romanis. Nos putamus, illum intelligi annum, qui primus Hieroni aditum ad remp. patefecit. Is autem erat annus 2. Olymp. CXXVI. Pausanias Eliacorum libro II. [VI. 12.] τὴν ἀρχὴν εἶχεν ὁ Ἱέρων οὗτος ἔτει δευτέρῳ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν Κυρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν Ἰδαῖος. Quam diximus fuisse Olympiadem CXXVI, hæc lectio facit CXX: sed character, quem addit de Olympionica Idæo Cyrenensi, vulgatam lectionem falsi arguit manifestissime. Scribe ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπ. Vide Eusebiana Iosephi Scaligeri, ubi omnia habes de Olympiadibus. Calebrata igitur hæc comitia annis ipsis quatuor ante captum Rhegium & Rheginorum reditum." CASAVBONVS. — Emendationi, quam mutilo Pausaniæ loco adtulit Casaubonus, suffragatur Simsonus in Chron. Vniv. ad A. V. 479. & ibidem Wesselingius, improbans Kuhnium, qui cum Amasæo τῆς τρίτης Ὀλυμπ. legere jusserat. Vers. 3.

Ibid. διατρίβουσαι περὶ τὴν Μεργάνην. *Merganam* in eo tractu nondum se invenisse, ait Casaubonus, sed *Murgantiam*, locum, ad mare situm, non procul Syracusis, cujus meminerunt Livius XXIV. 27. XXVI. 21. Tullius Verr. III. 18. Plinius III. 8, 14. XIV. 2, 4. Thucyd. IV. 65. Diodorus XI. 78. XIV. 78 & 95. XIX. 6. Strabo lib. VI. p. 270. Confer Cluverum in Sicil. Antiq. lib. II. c. 8. p. 335 seqq. & Holsten. ad Stephanum Byz. in Μοργέντιον. Ejus urbis nomen apud laudatos auctores vario modo inflexum invenitur, Μοργεντία, Μοργέντιον, Μοργάντιον, Μοργαντίνα, Μεργαντῖνον. Nec ab hac differt, judice Holstenio, ea, quam Μόργυνα Philisto adpellatam refert Stephanus

Verf. 3. phanus Byz. hac voce. Quare nil impedit, quo minus eamdem & Μόργανα vel Μέργανα ab aliis, quos secutus est Polybius, nominatam putemus. Quod autem Cluverus lib. II. c. 12. p. 382. nihil certius esse ait, quam Polybium h. l. Μέγαρα, non Μεργάνην, scripsisse, ejus adsertionis nullam aliam rationem adfert, nisi quod ditio Syracusanorum, in qua consentaneum est situm fuisse illud oppidum, quod dicit Polybius, satis arctis finibus tunc temporis fuerit inclusa: unde patere putat, non posse h. l. de alio oppido cogitari, nisi de Megaris, (τὰ Μέγαρα) quod oppidum, VIII. millia pass. distans a Syracusis, semper in potestate Syracusanorum fuit. Quæ quidem an satis firma ratio sit, dubitare utique licebit. Taceo, quod nullo modo probabile sit, notum satis nomen Μέγαρα in ignotum Μεργάνη a librariis fuisse corruptum.

Ibid. Ἱέρωνα, *νέον μὲν ὄντα κομιδῇ.* Scribe *κομιδῆ*, ut aliâs editum, IV. 2, 7. X. 40, 6. &c. Quamquam parum refert. — „*Hierona* appellat *admodum juvenem*, qui annum XXX. tantum quod excesserat: plane ut Romani, qui juventutem definiebant ab anno tricesimo ad quadragesimum. Libro XVII. [c. 12, 5.] de Flaminino: *καί τοι νέος ἦν κομιδῆ. πλείω γὰρ τῶν τριάκοντα ἐτῶν οὐκ εἶχε.* Id ætatis tum fuisse Hieronem, quando magistratus primo est ei delatus, ita probamus. Constat ex Livii testimonio [XXIV. 4. atque ipsius Polybii VII. 8, 7.] nonaginta minimum annorum illum fuisse, quando ultimum vitæ diem clausit. Mortuus autem est Hiero Coss. Q. Fabio Cunctatore III. & Sempronio Graccho, Olympiadis CXLI. anno altero. [Immo anno superiori, ut patet ex Livio l. c. coll. cum XXIII. 30 sq. & XXIV. 9. adeoque Olymp. CXLI. 1. A. V. 539.] Incidat igitur natalis illius necesse est in tertium quartumve annum Olymp. CXVIII. Inde ad annum 2. Olymp. CXXVI. quo anno dignitatem suam auspicatum esse Hieronem ex Pausania docuimus, XXX vel unus & triginta anni reperientur. Sed Lucianus Hieronem scribit vixisse duos & nonaginta annos: hac ratione natum oportuerit

fuerit anno 2. Olymp. CXVIII. & præturam nactum annum agentem XXXIII." CASAVBONVS.

Ibid. πρὸς δέ τι γένος εὐφυῆ βασιλικῆς καὶ πραγματικῆς οἰκονομίας. *ad regiam quamdam & solertem rerum administrationem a natura egregie comparatum.* Nil opus erat adjectis in versione latina verbis, *dignitatem*, & *civilium*, quæ Casaubonus inseruit. πρὸς δέ τι γένος ex cod. Aug. accepit Hervagius, & ab hoc posteriores editores. Consentiuntque ceteri codices, præter Bav. ex quo Obsopœus ediderat προσέτι δὲ γένος &c. quod & Reg. B. & C. tenuere. Quæ scriptura per se quidem placere nequit, sed suspicionem movere potest, intercidisse nonnihil; præsertim quoniam exspectari poterat, *generis*, unde oriundus erat Hiero, mentionem facere voluisse h. l. Polybium. Neque tamen idcirco magnopere equidem solicitem receptam inde ab Hervagio lectionem; & audacior, quam verior, videtur REISKII conjectura, ad h. l. scribentis: „Forte sic dedit auctor, κομιδῇ ἔτι, πρὸς δὲ τῷ τοῦ γένους εὐφυεῖ μεστὸν ἐπινοίας βασιλικῆς καὶ πραγματικῆς οἰκονομίας. — Ceterum de genere Hieronis Iustinus XXIII. 4. scribit: *genitus erat patre Hierocle, nobili viro, cujus origo a Gelone, antiquo Siciliæ tyranno manabat: sed maternum illi genus sordidum* &c. Confer stemma Hieronis, & totius illius regiæ domus, delineatum a Casaubono ad Dionysium Halic. initio libri VII. In eodem Hierone eas & corporis & animi dotes fuisse refert Iustinus loc. cit. *prorsus ut nihil ei regium deesse, præter regnum, videretur.* Eisdem fere verbis, quibus Hieronis regiam indolem Polybius laudat, de Cleomone idem scribit lib. V. c. 39, 6. πρὸς πραγμάτων οἰκονομίαν εὐφυής, καὶ συλλήβδην ἡγεμονικὸς καὶ βασιλικὸς τῇ φύσει. Apud eumdem lib. X. c. 40. Scipio βασιλέα se adpellari vetat, sed βασιλικὸν & esse se & libenter audire profitetur. Vers. 3.

Vers. 4. στρατηγὸν αὐτῶν. στρατηγὸν αὐτὸν ὑπαρχ. Aug. Sic & Reg. A. in quo tamen superscripta altera lectio αὐτῶν. Vers. 4.

CAPVT IX.

Cap. IX. Verf. 1. *Verf.* 1. αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς. ἐν αὑτοῖς cum afpero fpiritu dant h. l. Bav. Aug. Reg. A. nefcio an & alii. Sed conftanter aliâs leni fpiritu in ifta formula uti folent probatiffimi codices noftri: quare & hic tenendam illam fcripturam, inde ab Obfopœo vulgatam, duxi. *Ibid.* ἀεί. Et hanc fcripturam non movi, licet h. l. αἰεὶ dent Flor. Aug. Reg. A. & Bav. qua forma & aliâs quidem interdum, fed rarius, utuntur.

Verf. 3. *Verf.* 3. καχέκτας. vide Lexicon Polyb. *Ibid.* ἐξάγει στρατείαν. Non fatis quidem mihi liquet, quid potiffimum fpectans REISKIVS, quum στρατιὰν h. l. editum inveniret, fcripferit „malim στρατείαν per ει." Sed hanc ipfam fcripturam cum librorum omnium confenfu comprobatam viderem, revocare extrufam a Cafaubono non dubitavi. De frequenti confufione vocabulorum στρατιὰ & στρατεία monuit Ruhnkenius ad Timæum de Vocab. Platonicis, Dorvill. ad Charit. p. 540. Brunckius ad Ariftoph. Lyfiftr. 592. aliique paffim docti viri. Nec tamen femper errori librariorum tribuenda illa commutatio: quemadmodum fatis diferte etiam Ammonius innuit, de Vocabulor. Differ. p. 13. Σρατεία, ἐκτεταμένως, τὸ πρᾶγμα· Στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Et in nonnullis præfertim loquendi formulis vocab. στρατείαν pro στρατιὰν pofitum non modo patitur, fed & comprobat ufus optimorum fcriptorum. Sane ficut apud Polybium h. l. ἐξάγειν στρατείαν, & alibi ἐκπέμπειν στρατείαν legimus, fic apud Euripidem Supplic. 23.

στένων στρατείαν, ἣν ἔπεμψεν ἐκ δόμων·

ubi fcripturam iftam metrum etiam neceffario flagitat. Similiter in ἐξάγειν στρατείαν confentiunt libri apud Dionyfium Halic. II. 14. ubi quum Sylburgius monet, poffe etiam στατιὰν legi, habuit fortaffe in animo id, quod ibid. paullo ante legitur, cap. 12. ὅτε ἐξάγοι στρατιὰν ὑπερόριον. fed videndum, an ibi potius στρατείαν ὑπερόριον fuerit

fuerit scribendum. Nec tamen huc referam ejusmodi locutiones, qualis illa apud Demosth. adv. Neæram, p. 1353. edit. Reisk. οὐκ ἐξελθὼν ἐκείνην τὴν στρατείαν, aut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 6, 20, ὥρμα ταύτην τὴν στρατείαν, ubi intelligendam esse præpos. εἰς vel ἐπὶ perspecte Zeunius monuit. Sed rursus apud Polyb. II. 64, 1. ubi ex Bav. editum est ἐξαγαγὼν τὴν στρατιὰν, nolim id cum τὴν στρατείαν commutatum, quod dant Vat. Aug. Reg. A. nam articulus in ista phrasi minus commode ad στρατείαν, quam ad στρατίαν, adjectus videtur. Quamquam ne in his quidem certi aliquid ausim statuere, cum & XI. 20, 1. in ἀθροίσαντες τὴν στρατείαν consentiant libri, & multa talia passim apud alios auctores reperiantur; ubi fortasse ἡ στρατεία non tam metonymice pro ἡ στρατιὰ positum, quam magis generaliter & collective dictum intelligi debet, ut ἡ στρατεία idem sit quod αἱ δυνάμεις, *copiæ*, & plures στρατιὰς, plures *exercitus*, sub se comprehendere possit. Vers. 3.

De re, quæ hic agitur, monuit CASAUBONUS: „Tempus hujus expeditionis referimus ad quartum quintumve annum, postquam Hieron præturam Syracusarum gerere cœperat: quod non obscure sequentia arguunt. Res ea expeditione gestas Diodorus Siculus libro XXII. descripserat: sed totum narrationis illius principium desideratur. Nam quod in Ecloga XV. ejus libri scriptum est, ὁ δὲ Ἱέρων ἀπαλλαγεὶς ἐκ τῆς πολεμίας, quum ad hanc historiam pertineat, manifesto deesse multa ostendit, quibus initium illius explicatur. Apparet autem ex verbis Diodori, Hieronem ad faciendam impressionem in fines Mamertinorum temporis occasionem captasse, quando illi expeditione suscepta domo aberant. Iam multas arces & castella ceperant Mamertini, cum trepido nuntio de adventu Hieronis ad defensionem agri sui Messanam revocantur. Statim igitur, omissa præda, qua erat gravis eorum exercitus, domum redeunt. Hoc significant istæ Diodori laceræ

reliquiæ, *Τῶν δὲ τὴν Μεσσήνην οἰκούντων Μαμερτίνων &c.*" —

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, καὶ παραταξάμενος περὶ τὸν Κυαμόσωρον ποταμόν.* — „Adventantibus Mamertinis ad tuitionem agri Meſſanienſis, Hiero movet inde caſtra; & in mediterranea profectus, loca munita non pauca occupat: ac tandem inter Centuripa & Agyrium conſedit, *ad Cyamoſorum amnem*, ait Polybius. Diodorus caſtellum munitiſſimum ibi fuiſſe ab eo expugnatum ſcribit, & funditus deletum, quod *Ἀμήσελον*, *Ameſelum* ipſe indigitat. Et amnis hujus & munitionis obſcura ſunt nomina, & quæ legere alibi non commemini. Ac fortaſſe Diodori lectio in illis depravatiſſimis fragmentis e Polybio fuerit emendanda, cujus hac in parte omnes codices conſentiunt." CASAVBONVS. — Etiam noſtri conſentiunt codices omnes. At de Diodoro id circo ex Polybio refingendo non magis equidem, quam Weſſelingius, adſentiri Caſaubono poſſum, quandoquidem apud illum de caſtello ſermo eſt, apud hunc de amne.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν.* Perperam Aug. & Reg. A. omittunt articulum; quod & paſſim alibi in iſta loquendi formula accidit noſtris librariis. vide Lex. Polyb. in *κατά*.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *γυμνάσας ἐνεργῶς. ſtrenue exercitavit.* De confuſione nominum *ἐναργὴς* & *ἐνεργὴς*, & ab his derivatorum, dixi ad I. 1, 2. Eodem modo veteris alicujus librarii incuria factum eſt, ut *ἐναργῶς* h. l. poneretur pro *ἐνεργῶς*, quod, præeunte Scaligero, merito in locum prioris ſubſtituit Caſaubonus. Sic omnes I. 11, 6. *ἐνεργῶς προσέκειντο, ſtrenue incubuerunt.* Ac ſane nihil huc facit *ἐναργῶς, manifeſte, evidenter exercitavit.*

Ibid. *Λογγανόν.* *Λοιτανὸν* ſcribitur apud Diodorum l. c. proclivi errore literis ΓΓ in IT mutatis.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *βασιλεὺς ὑπὸ πάντων προσηγορεύθη τῶν συμμάχων.* Id eſt, *rex ſalutatus eſt a Syracuſiis eorumque ſociis.* Sic VII. 8, 1. *κατεκτήσατο τὴν Συρακουσίων καὶ*

τῶν

τῶν συμμάχων ἀρχήν. Ceterum circa A. V. 485. media Vers. 8.
Olympiade CXXVII. regem renunciatum esse Hieronem,
intelligitur ex numero annorum LIV, quos regnasse eum
Polybius VII. 8, 4. auctor est, deducto ab A. V. 539. Ol.
CXLI. I. quo vita functum Hieronem supra docuimus ad
I. 8, 3.

CAPVT X. Cap. X.

Vers. I. τότε δὲ τοῖς ἰδίοις &c. — „Forte τότε δὲ καὶ Vers. I.
τοῖς ἰδίοις πράγμ." REISK. — Equidem non magnopere
desiderari illam particulam putem. *Ibid.* κατέφευγον. κα-
τέφυγον Reg. A. *Ibid.* σφᾶς. σφὰς Aug. Reg. A. & sic
iidem constanter.

Vers. 2. δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν αὐτοῖς ὁμοφύλοις Vers. 2.
ὑπάρχουσι. *qui peterent, ut sibi, ceu originis communione
junctis, opem ferrent.* — „βοηθήσειν sine dubio e diversa
scriptura ortum, βοηθεῖν & βοηθῆσαι: utrumvis feras,
illud non potest." CASAVB. — Sic sane Diodorus, in
simillima re, lib. XIII. cap. 43. ἀπέστειλαν εἰς Καρχηδόνα,
δεόμενοι βοηθῆσαι, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς ἐγχειρίζοντες.
Nec tamen ita prorsus insolitum videtur futurum infinitivi
pro aoristo positum, quin teneri a nobis in codicum con-
sensu debuerit; quamquam alia hujus usus exempla, ex
Polybio ducta, jam non habeam in promtu. Apud Thu-
cydidem, in hujusmodi dictionibus, διενοοῦντο βοηθήσειν,
διανοοῦντας εἴρξειν, lib. VIII. c. 54. & 74. futurum pro
aoristo usurpatum esse, scholiastes etiam adnotavit. *Ibid.*
Pronomen αὐτοῖς nescio quid incommodi habet. Ad
σφίσιν certe referri non debet; itaque, interposita distin-
ctione, ab illo separavi, ut ab ὁμοφύλοις pendeat, & ad
Romanos referatur. Sed quod si prorsus abesset, nemo
desideraret. *Ibid.* Latius patet ὁμόφυλος, quam ὁμό-
εθνος, quod & Casaubonus monuit, provocans ad XI. 19,
3. conf. VI. 5, 7.

Vers. 3. Ῥωμαῖοι δὲ πολὺν μὲν χρόνον ἠπόρησαν. La- Vers. 3
te de honestatis cum utilitate contentione ad hunc locum

 dispu-

disputavit Casaubonus. *Ibid.* ἀλογίαν restituit Casaub. cum in edit. Hervag. miro editoris judicio ἀναλογία ex Aug. fuisset editum, in quo errore neminem ceteroquin consentientem habet ille codex.

Vers. 4. *Vers.* 4, οὐ μόνον εἰς τὴν Μεσσηνίων &c. Cum dubium quodammodo videri possit, utrum ad præcedentia sint hæc referenda, an ad sequentia verba δυσαπολόγητον ἁμαρτίαν, ambiguitatem ipse tollit Polybius III. 26, 6.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὰ κατὰ τὴν Λιβύην. Sic dedi ex librorum msstorum consensu. Vulgo aberat articulus, errore ex prima editione derivato. Itaque Casaub. in Comment. & in Corrigendis præpositionem κατὰ pariter delendam censuit. Ad oram autem exempli Basileensis adscripsit: „forte τὰ κατὰ vel τῶν κατά."

Ibid. ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας. Sic rursus scripti libri omnes, & edit. 1. & 2. καὶ τῶν τῆς Ἰβηρίας ex conject. edidit Casaub. omissa particula ἀλλά. Hanc restituit Gronovius, tenuit autem τῶν, quod pro τὰ posuerat Casaubonus, cum ad rationem sermonis Polybiani, in quo trajectio verborum occurrit, huic scriptori familiaris, non satis adtendisset: est enim naturalis verborum series hæc: ἀλλὰ καὶ τὰ πολλὰ μέρη τῆς Ἰβηρίας ὑπήκοα πεποιημένους, *sed & Hispaniæ plurimas partes suæ subjecerant potestati.*

Ibid. ἐγκρατεῖς ὑπάρχοντας τῶν κατὰ Σαρδ. Sic cum Ursino & Scaligero correxit Casaub. ὑπάρχοντας τὰς κατὰ edit. 1. 2. ex Bav. ὑπαρχούσας τὰς Vat. Flor. Ven. Aug. Reg. A. Sed in Aug. ex ὑπαρχούσας ab eadem (ut videtur) manu factum est ὑπάρχοντας, in Reg. A. vero superscriptum ὑπάρχοντας τῶν ab antiqua manu. — *Ibid.* Pro Σαρδόνιον est Σαρδάνιον in Vat. quæ scriptura per α, nisi apud Homerum occurreret Odyss. XX. 302. (ubi vide Criticos, & conf. Suidam in Σαρδάνιος γέλως, & Eustach. ad Dionys. Perieges. vers. 458.) videri posset ex Σαρδώνιον corrupta; nam utroque modo per ο & per ω scribitur

istud

iſtud nomen, (conf. ad I. 79, 5.) & alibi paſſim a librario codicis Vat. litera ω per errorem cum α commutata eſt.

Verſ. 6. ἠγωνίων, εἰ Σικελίας ἔτι κυριεύσαιεν, μὴ λίαν βαρεῖς καὶ φοβεροὶ γείτονες αὐτοῖς ὑπάρχοιεν. Cum particula μὴ abeſſet olim ab editis, quemadmodum & a ſcriptis libris omnibus, miror, hunc locum intactum præteriiſſe Vrſinum. μή ποτε inſerendum, perſpecte jam Scaliger notaverat, & μὴ (ut in Scholiis dixi) Caſaubonus ex conject. inſeruit. Simillimam phraſin habemus II. 50, 8. ἠγωνία γὰρ, εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς ... ἀλλοιότερόν τι βουλεύσοιτο .., μή ποθ᾽ .. αὐτὸς ἀναλάβῃ. Hoc unum differt, quod ad μὴ ibi adaptetur ſubjunctivus modus ἀναλάβῃ, quum hoc loco, in quo verſamur, optativus ſequatur ὑπάρχοιεν, quod contra uſum Polybii eſt. Nam licet ab aliis ſcriptoribus, in hujuſmodi oratione, non minus optativum, ac fere etiam frequentius, quam ſubjunctivum modum, uſurpatum videamus; veluti apud Xenoph. Cyrop. I. 4, 22. (edit. Zeun.) δείσας, μὴ πάθοιέν τι. & v. 23. δείσαντες, μὴ ἐνέδρα τις μείζων ὑπείη. & apud Herodian. hiſt. I. 6, 8. I. 13, 13. II. 6, 13. &c. ut taceam alios; apud Polybium quidem particula iſta μὴ, poſt verba timendi, ἀγωνιᾷν, δείδειν, φοβεῖσθαι, conſtanter cum ſubjunctivo modo conſtructa deprehenditur. vide I. 31, 4. 44, 4. 66, 8. II. 19, 1. 53, 5. XVIII. 22, 4. &c. Nam quod apud Suidam in Fragm. quod ad Polybium retulit Valeſius, legimus δεδοικότι, μὴ κατατρίψειεν, (vide ſupra, inter Fragmenta Polybii, Fragm. hiſt. XVI. ✝.) haud ſatis certa illius fragmenti auctoritas eſt. Verumtamen, quum certius nihil, quod adferrem hoc loco, haberem, non diſcedendum duxi a Caſauboni ratione. Qui pro κυριεύσαιεν ſcribendum κυριεύσαντες ſuſpicati ſunt; quod & in Reg. A. prima (ut videtur) manu alteri lectioni ſuperſcriptum, & in ora exempli Voſſiani etiam notatum eſt; ii particulam εἰ pro μὴ accipi poſſe exiſtimarunt; cujus uſus poſt *timendi* verba an ſuppetant exempla, non habeo in promtu vel affirmare vel negare. [illegible]

Verſ. 6. *admirandi* verba, & *objurgandi*, & ſimilia, εἰ pro ὅτι uſurpari, ſatis quidem tritum atque obvium eſt.

Ibid. περιέχοντες. Quod περίσχοντες eſt in ed. 1. ortum duxit ex male accepto nexu ſcripturæ, quo inter ſe copulatæ in exemplari msto erant literæ ε & χ.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διότι. Suo more Reg. B. C. ὅτι dant, invitis antiquis codicibus. *Ibid.* ὑφ' αὐτούς. ὑπ' αὐτοὺς Aug. Reg. A. Flor. non male. *Ibid.* ποιήσονται. Quum operarum errore in edit. 1. fuiſſet ποιήσαυται, inde ποιήσανται factum in ed. 2. Hinc ποιήσαιντο Scaliger. Sed bene habet indicativus, quem cum Vrſino & codd. omnibus reſtituit Caſaub.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὰς Συρακούσας ἐπανελέσθαι. *Syracuſas inſuper erant occupaturi.* Caſauboni hæc eſt interpretatio: haud incommoda illa quidem; ſed ſatis erat, *Syracuſas erant oppreſſuri.* Nulla enim peculiaris vis præpoſitionis ἐπὶ ſolet eſſe in illo verbo.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Καὶ τὸ μὲν συνέδριον οὐδ' εἰς τέλος ἐκύρωσε τὴν γνώμην &c. Hac CASAVBONVS his verbis eſt interpretatus: „*Ac ſenatus quidem, propter expoſitas modo cauſſas, ne ad extremum quidem, ut hujus ſententiæ auctor eſſet, adduci potuit.*“ Tum in Commentario hæc adnotavit ad h. l. — „Raram & obſervandam rem narrat Polybius, populum ſine patrum auctoritate, contra quam e Livio ante diximus, [nempe in Epit. Liviano XVI. hæc leguntur verba: *auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus, quum de ea re inter ſuadentes, ut id fieret, diſſuadenteſque contentio fuiſſet*:] ſocietatem Mamertinorum probaſſe, ac ferendam illis opem ſciviſſe. Erant ſane populi partes, de pace, bello & ſocietate ſtatuere, ut libro VI. [c. 14.] docemur: ſed hoc non aliter, quam ubi patrum factum eſſet decretum, quod proprie *auctoritas* dicebatur. Verum ex hac & ſimilibus hiſtoriis intelligimus, magiſtratus illos, quibus agendi cum populo jus fuit, ut legem aliquam

aliquam rogarent, non semper consensum senatus exspectasse. Quum autem ferendæ ad populum promulgationis jus haberent consul, prætor, dictator, magister equitum, & interrex; legem istam videtur scivisse populus, interrogatus a prætore: nam subjicit statim Polybius, ὠφελείας προδήλους καὶ μεγάλας ὑποδεικνυόντων τῶν στρατηγῶν. Quæ verba de eo magistratu accipienda, qui legem rogavit. Sed appellatione στρατηγῶν auctor modo *prætores* designat, modo *consules*, quos aliquando στρατηγοὺς ὑπάτους nominat. [conf. adn. ad I. 7, 12.] Etiam Romani suos consules olim prætores vocabant." — Hæc CASAUBONUS; & in ora Basil. profitetur: „Verti *prætores:* sed melius, ni fallor, vertissem *consules.*" — Ambiguitatis nonnihil in græcis verbis inest. εἰς τέλος *ad extremum* denotare potest, quemadmodum interpretatus est Casaubonus: atque id quidem satis convenit præsertim cum eo, quod modo dixerat Polybius, πολὺν χρόνον ἐβουλεύσαντο, *diu consultarunt.* Sed quum persæpe hæc dictio εἰς τέλος apud Polybium occurrat, nusquam eam memini ista notione apud eumdem invenire: constanter hac notione, *omnino*, *prorsus*, *penitus.* Deinde nova rursus ambiguitas ex adjecta particula οὐδὲ oritur: nam οὐδ' εἰς τέλος vel *omnino non*, id est *nullo modo*, exponi potest, ut fecit h. l. Ernestus in Lexico Polyb. vocab. τέλος; vel *non omnino*, *non penitus.* Tum vero verbum κυροῦν proprie est *ita confirmare*, *sancire*, *ratumque habere aliquid*, *ut nunc demum plenam vim sortiatur*, *& a nemine amplius infirmari tollive possit.* Sic a populo κυροῦται decretum, auctore senatu illi propositum, aut lex a tribuno lata: & a senatu populoque Romano κυροῦται, *ratum habetur*, fœdus, ab imperatore factum cum hostibus. Qua stricta notione si h. l. accipiendum fuerit verbum ἐκύρωσε, intelligere licebit, potuisse patres, si voluissent, non consulto populo, auxilium Mamertinis ferendum senatusconsulto decernere; at noluisse eos sua hac in re potestate uti, sed sententiam suam, præsertim cum non consentirent omnes,

Vers. 1.

 populi

Verſ. 1. populi ſuffragiis voluiſſe ſubjicere. conf. v. 3. Et in hanc fere partem græca verba h. l. in verſione latina ſum interpretatus. Sed lubens concedo, ſatis eſſe, ſi verba illa *οὐκ ἐκύρωσε τὴν γνώμην* intelligamus *ſuam non fecit, ſua auctoritate non firmavit* ſententiam illorum, qui auxilium ferendum Mamertinis ſuadebant; cujus rei conſequens eſt, ut nec populo auctor illius ſententiæ (ſaltem non diſertis verbis) fuerit ſenatus: quam in partem verba iſta interpretatus eſt Caſaubonus. De dictione vero *εἰς τέλος*, & *οὐδ' εἰς τέλος*, quænam potiſſimum vis ei ſit h. l. tribuenda, definire non auſim. Ceterum non prorſus contraria ſunt hæc Polybii verba eis, quæ in Epitome Livii leguntur. Nam quamquam patres, pudore nimirum retenti, non diſertis verbis auctores fuerint populo illius ſententiæ; tamen, utram in partem inclinarent, quidve cenſerent, haud ſane erat obſcurum. Adeoque nec omnino ſine patrum auctoritate, quod ait Caſaubonus, plebiſcitum fecit populus; nec egit tunc jure, patribus nuper extorto, ut ait Freinſhemius Supplem. Liv. XVI. 23. Quin potius innuere videtur Polybius, patres, cum ipſi certi quid ſtatuere noluiſſent, lubentes volentes rem integram populi ſuffragiis permiſiſſe.

Ibid. *τῆς τοῖς Μαμερτίνοις ἐπικουρίας.* Ad dativum caſum, *τοῖς Μαμερτίνοις*, exſpectaſſes adjectum participium *γενησομένης* vel *πεμφθησομένης*. Sed nil opus. Subſtantivum verbale adſciſcit caſum ſui verbi. *τῆς τοῖς Μαμερτ. ἐπικουρίας*, idem eſt, ac *τοῦ τοῖς Μαμερτίνοις ἐπικουρεῖν*. Conf. Dukerum ad Thucyd. V. 46. Weſſeling. ad Diodor. I. 4. Vpton. p. 7. ad Arriani Epictet. I. 1. Sic apud Noſtrum I. 45, 2. *τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπίθεσιν τοῖς ἔργοις.* III. 10, 6. *τὴν εὔροιαν τῶν πραγμάτων τοῖς Καρχηδονίοις.* V. 51, 8. *τὴν πρόσκλισιν τῷ βασιλεῖ τῶν ὄχλων.* Sed paullo alia videtur eſſe ratio I. 12, 4. ubi vide quæ notamus.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *τετρυχωμένοι* editum eſt ex Bav. *τετρυμένοι* Aug. & Ven. quod perinde eſt; qua verbi forma & aliàs

aliâs utitur Polybius. Minus recte τετρυμμένοι Vat. Flor. Reg. A. B. τεθρυμμένοι Reg. C. tamquam a θρύπτω. Vers. 8.

Ibid. προσδεόμενοι παντοδαπῆς ἐπανορθώσεως. — „Græci ἐπανορθοῦσθαι vel διορθοῦσθαι de procuratione commodorum rei familiaris aut commeatuum, vel etiam solutione stipendiorum [nempe ex superiori tempore debitorum] solent usurpare. Lib. XI. [cap. 28, 5.] τὰ πάλαι προσοφειλόμενα νῦν οὐ διορθοῦται, *debita olim stipendia non solvuntur.* Sic lib. V. [50, 7.] αἴτιοις τῆς τῶν ὀψωνίων διορθώσεως. Ibidem [V. 88, 2.] αἴτιας βλάβης & διορθώσεως opponuntur, id est, *damni & emolumenti*, [vel *reparationis damni.*] Legationum tmemate XCV. [lib. XXX. cap. 11.] ἐνεργῶς κεχρημένος τοῖς κατὰ τῆς βασιλείας καιροῖς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπανόρθωσιν, *ad rem faciendam & opes congerendas;* plane ut hoc loco. Sic in XIII. Diodori, [cap. 68.] τὴν ἑαυτῶν ἐπανορθώσοντα πενίαν. Libanius Declamatione XII. οὐδεμία πρεσβεία τὴν ἐμὴν ἐπηνώρθωσε πενίαν. Iosephus eleganter in II. [Bell. Iud. II. 5, 5.] ἡ σπάνις τῶν ἀναγκαίων σφόδρα δυσκατόρθωτος B. Chrysostomus Homilia in Ioannem LVII. de largitione erga pauperes loquens, αὐτοῖς τὰ παρόντα ἐπανορθώσεις, *præsentem vitæ statum mutabis in melius.*" CASAVBONVS. — Mirum videri potest, attritum superioribus bellis populum novo mox bello implicare sese voluisse. Sed satis significat Polybius, lucri plenam expeditionem Siculam putasse Romanos, nempe ob celebratam Siciliæ fertilitatem. Quo spectabat etiam procul dubio id, quod Diodorus Siculus in ejusdem rei, de qua hic agitur, narratione scripserat, libro XXIII. in cujus libri fragmento primo quod superest (Tom. II. p. 500. ed. Wessel.) hæc leguntur: Σικελία πασῶν τῶν νήσων καλλίστη ὑπάρχει, ὡς μεγάλα δυναμένη συμβάλλεσθαι πρὸς αὔξησιν ἡγεμονίας, id est: *Sicilia insularum omnium pulcerrima est, ut quæ multum conducere potest ad imperii incrementum.* De vocab. ἐπανόρθωσις conf. Lexicon Polybianum.

Vers.

Verf. 3. *Verf.* 3. Κυρωθέντος δὲ τοῦ δόγματος ὑπὸ τοῦ δήμου. Hæc ita dicta videri poſſunt, tamquam decretum feciſſet ſenatus, quod populo confirmandum propoſuiſſet. conſ. verſ. 1. Sed poterit etiam δόγμα hoc loco intelligi formula plebiſciti, populo propoſita ab eis magiſtratibus, qui cum populo hac de re agebant; quod vernaculo ſermone *le projet de décret* dicere ſolemus. Atque hæc interpretatia tenenda videtur. *Ibid.* Conſules A. V. C. 490. Appius Claudius Caudex, M. Fulvius Flaccus.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὸν Ἄππιον ἐπεσπῶντο, καὶ τούτῳ τὴν πόλιν ἐνεχείριζον. Sed deinde demum verſ. 9. dicit, Appium veniſſe Meſſanam. Itaque h. l. ἐνεχείριζον, *tradiderunt*, ita intelligendum, ut ei prædicerent, ſe, ſimulatque conſul adveniſſet, urbem ei tradituros. Fuſius hæc omnia expoſuerat Diodorus Siculus libro XXIII. ſed de eo libro, ut modo dixi, non niſi pauca ſuperſunt fragmenta, in quibus etiam ipſis narratio auctoris in brevius contracta eſt. Satis late eamdem hiſtoriam perſequitur Zonaras Annal. lib. VII. cap. 8 ſeq. ſed in multis partibus abit a Polybio. conf. adnot. ad verſ. 9. Adde Freinſh. Supplem. Livii lib. XVI. 24 ſeqq.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. περὶ Πελωριάδα, *in vicina Pelori regione;* ſic Cauſaubonus. Rectius erat futurum, *circa Peloriadem promontorium.* Sic in fragmentis Diodori, XXIII. 2. τῇ ναυτικῇ κατέσχον τὴν ἄκραν τὴν καλουμένην Πελωριάδα, ubi minus recte interpres τὴν ἄκραν *arcem* vertit. Perſpicue ſane Polybius I. 42. τὸ εἰς τὰς ἄρκτους κεκλιμένον (Σικελίας ἀκρωτήριον) προσαγορεύεται Πελωριάς. Conf. Cellarii Geogr. Antiq. lib. II. cap. 12.

Ibid. περὶ τὰς Σύνεις καλουμένας. Sic Vat. cum ſuis adſeclis Flor. Aug. Reg. A. Diodorus l. c. τῇ πεζῇ στρατιᾷ παρενέβαλον εἰς τὰς καλουμένας Εὐνεῖς. Vtrum nomen verum, nemo facile dixerit. Quam pronus ex Σ in E, & viciſſim, ſit tranſitus, intelligunt ii, qui meminerunt, literam Σ olim eadem figura, qua Latinorum C, efferri ſolitam, ab eaque figuram literæ E nonniſi tenuiſſima lineola

la in medio tranſverſim ducta diſtingui. Vetus interpres Perottus, quum, omiſſo obſcuri oppidi nomine, *circa Meſſanam* poſuit, præeuntem habuit Leonardum Aretinum, qui jam & ipſe in hujus hiſtoriæ verſione *haud procul Meſſana* ſcripſerat. Et oportet utique, ut monuit Caſaubonus, Meſſanæ vicinus fuerit locus, nec multum diſtans a Peloro monte. conf. Cluver. Sicil. Antiq. lib. I. cap. 6. p. 88 ſq. Verſ. 6.

Verſ. 8. περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος. — „Diodorus, [loc. cit.] Ἱέρων μὲν ἐπὶ τοῦ λόφου τοῦ καλουμένου Χαλκιδικοῦ κατεστρατοπέδευσεν. Quem Polybius *montem* vocat, Diodorus, homo Siculus, *collem*. Polybii locum deſcribit Stephanus de Vrbibus; [vocab. Χαλκίς.] neque aliud nos docet, niſi montem Siciliæ fuiſſe hoc nomine. Verum qui legerit attente verba Polybii, ſciet, eum, ſive montem, ſive collem Meſſanæ oppido a parte meridionali imminere: non enim otioſa ſunt illa, ἐκ θατέρου μέρους. intelligit autem latus oppoſitum ſeptemtrionali, ubi eſt Pelorias." CASAVB. Verſ. 8.

Verſ. 9. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Ἄππιος, νυκτὸς καὶ παραβόλως περαιωθεὶς &c. — „Appius Claudius, quum Rhegium claſſem appuliſſet, nec poſſet copias in Siciliam tranſmittere, ipſe, conſcenſa navicula, fretum, adhuc illa ætate monſtris infame, & periculoſiſſimum, noctu admirabili prorſus audacia ingreſſus, Meſſanam trajecit. Aurelius Victor de Viris illuſtribus: *Appius Claudius, victis Volſinienſibus, cognomento Caudex dictus, frater Cæci fuit. Conſul ad Mamertinos liberandos miſſus eſt, quorum arcem Carthaginienſes & Hiero, rex Syracuſanus, obſidebant. Primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria navi trajecit, & cum duce Carthaginienſium egit, ut præſidium arce deduceret.* Zonaras [VII. 8.] non ipſum conſulem Claudium trajeciſſe ſcribit, ſed ejus legatum tribunum militum, C. Claudium, qui ἀκατίῳ ἐμβὰς προσέσχε τῇ Μεσσήνῃ. Sed ipſum fuiſſe conſulem, qui tantum periculum adivit, quid melius probaverit, quam partum eo Verſ. 9.

fuci-

Verf. 9. facinore cognomen *Caudicis?* Romani naviculas, quo per Tiberim commeatus fubvehebant, *caudicarias* five *codicarias* vocabant, & *caudicem* vel *codicem*, plurium tabularum contextum. Suetonius lib. III. cap. 2. *Claudius Caudex primus freto claſſe tranſjecto Pœnos Sicilia expulit.* Cauſſam nominis paullo aliter explicat Seneca de Brevit. vitæ cap. 13." CASAVBONVS. — Quanta vis fit argumenti, quo ufus eft Cafaubonus, penes lectores judicium efto. Pro *περαιωθεὶς* in edit. 1. operarum errore erat *περεωθεὶς*, unde temere & refragantibus libris in edit. 2. factum eft *πορευθείς*. Veram fcripturam reftituit Cafaub.

Verf. 10. *Verſ.* 10. *ὁρῶν δὲ πανταχόθεν ἐνεργῶς προσηρεικότας τοὺς πολεμίους.* — „Meus codex, [is eft, quem Reg. C. infignivimus,] & is, quo olim ufus eft Guilielm. Xylander, *προσηρτηκότας.* Rectum eft, quod edidimus: paullo poft [cap. 17, 8.] *πρὸς τὸν Ἀγράγαντα προσήρεισαν*, & fæpe alibi. *προσερείδειν* & *συνερείδειν* voces rei bellicæ, inter illas referendæ, quas habet hic nobiliffimus fcriptor fibi proprias aut certe plus quam aliis familiares." CASAVBONVS. — At utrumque verbum, & illud præfertim *προσερείδειν*, frequentavit Diodorus; nempe fedulus, ut jam & alibi monuimus, ftyli Polybiani fectator. Xylandri codex, quem dicit Cafaubonus, eft exemplum editionis Hervagianæ, quo ille ufus erat, quod exemplum deinde per Wechelianos hæredes ad Cafaubonum eft transmiffum. vide Cafauboni Epiftolam 119. & 120. edit. Almeloveen. Emendationi autem ifti, vel potius conjecturæ, *προσηρτηκότας*, locum dederat error ex edit. 1. in Hervagianam propagatus, ubi pro *προσηρεικότας* legitur *προσηρηκότας*, quod ipfum quidem & codex Aug. habet: ceteri autem codices recte in *προσηρεικότας* confentiunt, quod & refcribere juffit Vrfinus. *προσηρτηκότας* tamen etiam Scaliger ad fui libri oram notavit: eamque fcripturam unice veram effe contendit Gronovius in Notis msstis, provocans ad II. 66, 10. & ceteroquin nullam aliam rationem adferens, nifi quod aliâs ad verbum *προσερείδειν* quartum

tum caſum adjicere Polybius ſoleat, v. c. μηχανὰς aut aliquod ſimile nomen. At, ſi opus eſſet, facile intelligi poſſet ejuſmodi aliquod nomen; non autem neceſſe eſſe, patet ex I. 17, 8. Verſ. 10.

Ibid. ἅμα μὲν αἰσχρὰν *&c.* — „Ex his apparet, Appium Claudium, poſtquam ſemel urbem Meſſanam fuerat ingreſſus, ibi remanſiſſe, & obſidionem una cum Mamertinis aliquamdiu toleraſſe. Aliter hiſtorici alii.“ CASAVB.

Verſ. 13. συγκαταβάντος αὐτῷ καὶ τοῦ τῶν Συρακουσίων βασιλέως. — „De Hierone triplex eſt fama. Quidam, pugnaſſe illum cum Appio, & ſuperiorem e prælio diſceſſiſſe; ut Philinus, quem paullo poſt eo nomine reprehendit Polybius. Quidam pugnaſſe quidem, ſed infeliciter, & magna clade eſſe affectum: quæ eſt Polybii ſententia. Alii, ſimulac conſul in Siciliam copias trajeciſſet, Syracuſas aufugiſſe, quod proditione Carthaginienſium patuiſſe Romanis tranſitum ſuſpicaretur: hujus ſententiæ eſt Diodorus. [lib. XXIII. Ecl. 4.] Romani ſcriptores Polybio aſſentiuntur, Florus lib. II. cap. 2. Oroſ. IV. 7.“ CASAVB. Verſ. 13.

Verſ. 15. ὀττευσάμενός τι. — „*ominatus e primi prælii eventu de fortuna totius belli.*“ REISK. — Locum hunc Polybii reſpexiſſe Suidas videtur, in vocab. ὀττευσάμενος, quod interpretatur οἰωνισάμενος, μαντευσάμενος. Verſ. 15.

CAPVT XII. Cap. XII.

Verſ. 1. τὴν ἀπόδρασιν. Sic ex Bav. editum eſt, qui ſolus ex veterum codicum numero iſtam præfert ſcripturam, per ſe quidem non contemnendam. Sed cum ex cod. Aug. enotatum a Bœclero ἀπόδοσιν videret Gronovius, perſpecte is conjecit monuitque in Notis msstis, ex ἀπόλυσιν hoc eſſe corruptum. Et eamdem equidem veram genuinamque Polybii arbitror ſcripturam. Nempe quemadmodum ἀπολύεσθαι idem ſonat, quod ἀναχωρεῖν, (cap. 11, 15.) *diſcedere*, *ſeſe recipere*, ſic nomen ἀπόλυσις eſt *diſceſſus*, *receptus*; quod ipſum nomen, rarius quidem apud Verſ. 1.

alios

Verſ. 1. alios ſcriptores hac notione occurrens, Polybio inprimis frequentatur; vide III. 69, 10. IV. 10, 9. 13, 5. 80, 6 & 12 &c. Quod vocabulum quum imperitia librariorum corruptum eſſet & in ἀπόδοσιν mutatum, doctior librarius, cujus manu exaratus codex Bav. eſt, ἀπόδρασιν ex conjectura puto ſcripſit: nam & paſſim aliâs nonnihil ex ingenio correxiſſe idem librarius mihi viſus eſt. conf. ad I. 18, 7. Çum codice Aug. in corruptum ἀπόδοσιν conſentit Reg. A. & Vat. Sed in hoc ipſo quidem Vaticano (ne quid taceam) deeſt hoc loco de vetuſtis membranis integrum folium, ab alia manu ſuppletum. Excurrebat illud folium a verbo νυκτὸς verſ. 15. cap. præced. uſque ad cap. 13, 8. Eademque lacuna in Florentino codice eſt. Ceterum quod Perottus dedit, *cum Syracuſanorum fugam perſenſiſſet*, inde non ſatis tuto colligitur, ἀπόδρασιν eum in ſuo codice ſcriptum inveniſſe; non enim nimis preſſe verba græca in verſione ſua ſectatum eſſe hunc interpretem novimus.

Ibid. μὴ μέλλειν recte ex ora edit. Hervag. adſcivit Caſaub. Ducta eſt hæc ſcriptura ex Aug. cum quo facit Reg A. & Vat. In edit. 1. & contextu ed. 2. erat μὴ μένειν ex Bav. Nil mirum, a librariis paſſim confuſas eſſe literas M & ΛΛ. Codices Reg. B. C. nec in hoc verbo, nec in ſuperiori vocabulo diſcedunt a Bav. quoniam in codice Florentino, ex quo paſſim illi correcti ſunt, hoc loco (ut modo dixi) lacuna eſt.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. καὶ τὴν τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς χώραν. Articulum τὴν vulgo h. l. omittunt, quem adjeci ex Aug. Reg. A. Vat. Pro συμμαχούντων eſt συμμάχων in Bav. & inde in edit. 1. & Reg. B. C. Quod ipſum, τῶν συμμάχων αὐτοῖς, pro τῶν συμμαχούντων, defendi poſſe fortaſſe judicaverit aliquis ex eis, quæ ad I. 11, 1. diximus ad verba τῆς τοῖς Μαμερτίνοις ἐπικουρίας. Sed quod ibi de ſubſtantivis verbalibus monuimus, caſum ſuorum verborum adſciſcentibus, nonniſi ad abſtracta, quæ vocantur, nomina, quæ actionem ſignificant, non ad concreta, videntur pertinere.

Verſ.

Verſ. 5. κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. — „Forte καὶ κατὰ τούτους." REISK. Probo. Ac ſatis quidem frequenter particula καὶ abſorpta eſt in codicibus noſtris a ſequente particula κατά. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἀναδραμόντες ἔτι. Pro ἔτι perperam eſt ὅτι in Vat. Reg. A. & Aug. & hinc in ora Hervag. Frequens iſtarum particularum confuſio. Verſ. 6.

Verſ. 7. τῷ γὰρ πῶς καὶ πότε &c. Naturalis ſtructura orationis hæc eſſe facile intelligitur: τοῖς γὰρ μέλλουσι συνόψεσθαι . . . ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν παρακολουθῆσαι τῷ πῶς καὶ πότε Ῥωμαῖοι &c. Verbum παρακολουθεῖν, *intelligere*, *intelligentia conſequi*, quemadmodum ſimplex ἀκολουθεῖν, conſtanter cum tertio caſu, non cum quarto, jungi ſolet. Vide Noſtrum I. 67, 12. III. 32, 2. Aliaque ex aliis auctoribus exempla, præter ea, quæ Lexica habent, magno numero congeſta dabit Raphelius, in Annotationibus ad Nov. Teſt. ex Polybio & Arriano collectis, ad Lucæ I. 1. & Wettſtenius ad eumdem locum. Adde Vptoni Ind. ad Arriani Epictetum. Nam quod in magno numero locorum, ubi apud Arrianum verbum illud occurrit, unus ſit, in quo cum accuſativo conſtructum vulgo legitur, lib. I. cap. 5. μηδὲν παρακολουθεῖν, id quidem nihil in contrarium probat: & recte Vptonus, præeunte Salmaſio, monuit, μηδενὶ eſſe ibi reſcribendum. Eadem ratione hoc loco, quiſquis ſit vir doctus, qui exemplum illud editionis Hagenoënſis, unde deſcripti codices Reg. B. & C. ſunt, non ſolum ex vetuſtiore codice mssto, ſed & ex ingenio paſſim correxit, recte is utique feciſſe putandus eſt, quod pro τὸ γὰρ πῶς, in quod conſentiunt veteres codices, τῷ γὰρ ſcripſit. Vnus Vaticanus, in membrana, quæ (ut dixi) a recentiori manu ſuppleta eſt, τὰ habet; ubi fortaſſe in veteri exemplari τῷ fuerat, & per errorem ω cum α commutatum eſt, ut in Σαρδάνιον Vat. I. 10, 5. & in ὁρμητήρια Aug. Reg. A. I. 17, 5. & ſæpius alibi. Verſ. 7.

Verf. 7. *Ibid.* ὑπελάβομεν εἶναι ex Aug. edidit Hervagius. Sic & Reg. A. Contra, εἶναι ὑπελάβομεν præter Bav. (cum fuis adfeclis, edit. 1. & Reg. B. C.) habet etiam Vat.

Ibid. τοῖς μέλλουσι καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτῶν τῆς νῦν ὑπεροχῆς δεόντως συνόψεσθαι. Sic edit. 1. & 2. cum antiquis msstis, trajecto (ut eft mos Polybii) pronomine αὐτῶν, quod Cafaubonus cum Reg. B. C. poft verba τῆς νῦν rejecit. Vocabulum κεφάλαιον per fe quidem poteft *originem* denotare, quemadmodum in verf. lat. expofui, Gronovium fere fecutus, qui græca verba hoc modo convertere jufferat, *fiquidem velit aliquis præfentis illorum potentiæ principium rite ac probe contemplari.* Sed, re denuo penfitata, intelligo, eadem notione hoc vocab. effe h. l. accipiendum, qua & apud alios fcriptores & apud noftrum perfæpe ufurpatur, fcil. pro *fumma, ex variis partibus collecta. Vt quis* (ait) *poffit totius potentiæ fummam, quam nunc tenent Romani, rite perfpicere & complecti animo*, oportet ut per partes iverit, &, quibus veluti gradibus paulatim ad id faftigium accefferint, confideraverit. Sic fere interpretatus Cafaubonus eft, his verbis; *fi quidem velit aliquis præfentis illorum potentiæ faftigium rite ac probe contemplari:* & conferre juffit hunc locum cum V. 32, 4. & III. 1, 4 feqq. ὑπεροχὴ, abfolute pofitum, eft *potentia* vel *imperium*, I. 2, 1. 64, 1. ὑπεροχὴ τῆς δυναστείας eft potentia imperii, vel, fi mavis, eminentia potentiæ I. 2, 7.

Verf. 8. *Verf.* 8, ἐάν που προσανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις, *ficubi retro tempora repetamus altius.* Vide II. 14, 1. II. 37, 6 fqq. V. 31, 8. De verbo προσανατρέχειν conf. Adnot. ad I. 5, 4.

Cap. XIII. CAPVT XIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. De toto hoc Capite confer, quæ diximus in Argumento, his Adnotationibus præmiffo.

Verf. 3. *Verf.* 3. ᾧ συνάπτει, *cui cohærent.* conf. II. 71, 2. VI. 58, 1. — *Ibid.* Nefcio quo errore veteres libri omnes dant

dant Ἀσδρούβᾳ τὰ πραχθέντ. Importunum articulum recte rejecit Casaub. cum Reg. B. C.

Vers. 4. ἐν οἷς ἐγένετο κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Si tenenda est præpositio ἐν, notabit *inter quæ*. *simul cum quibus*. Sed videtur utique ex scholio orta. Certe satis fuerat οἷς, pendens a τὸν αὐτὸν, quemadmodum vers. 5. τούτοις δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Sic III. 95, 2. κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ταῖς προειρημέναις πράξεσιν. *Ibid.* τῆς ὅλης προκατασκευῆς. Ex Reg. B. C. hoc adscivit Casaubonus. Potuerat autem, præsertim quoniam compositum nomen & ante & post eodem hoc capite occurrit, haud incommode hic teneri simplex κατασκευῆς, idque repositum malim. De eadem re idem vocabulum usurpat IV. 1, 4. Vers. 4.

Vers. 6. οὐθ᾽ ἡμῖν ἀναγκ. οὔτε &c. Vulgo edebatur οὐθ᾽ ἡμῖν, & deinde οὐδέ. Sed οὐθ᾽ ἡμῖν dant scripti libri omnes cum edit. 1. Itaque illud revocavi, postquam in edit. 2 & seqq. in οὐδ᾽ esset mutatum, ut adaptaretur (puto) sequenti οὐδέ. Deinde, pro hoc ipso οὐδὲ ex Aug. & Reg. A. οὔτε adscivi. Nec tamen hoc quidem admodum necessarium fuisse intelligo: potueratque, licet præcesserit οὐθ᾽ vel οὔτε, nihilominus sequi οὐδὲ, in quod cum Bav. consentit Vat. Sic XIV. 8, 9. οὔτε γὰρ φεύγοντες . . . οὐδὲ ζωγρείᾳ κρατηθέντες. Similiter IV. 74, 8. ad præcedens οὔτε infertur τὴν δέ. Vers. 6.

Vers. 7. ἱστορεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Casaubonus ex recentissimis codicibus περὶ ediderat. Restitui consentientem veterum librorum scripturam, a qua præter rationem discessum erat. conf. infra vers. 10. & cap. 14, 1. 64, 2. &c. *Ibid.* Cum in edit. Hervag. operarum errore esset κεφαλαιῶδες, nescio qui factum, ut Vrsinus *ex ingenio*, ut ait, κεφαλαιωδῶς rescribendum monuerit. Certe sic & codex ejus haud dubie dederat, & nostri codices in hanc scripturam consentiunt. Vers. 7.

Vers. 9. γιγνομένης recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Eamdemque antiquam formam, quam in hoc verbo & ejus Vers. 9.

Verſ. 9. compoſitis plerumque præferunt optimi quique codices noſtri, conſtanter ubique repræſentavi, cum ab ea ſæpe diſceſſiſſent editores. Confer Valkenarium ad Phœniſſ. verſ. 1396. & qui ibi laudantur auctores. γινομένης h. l. habet edit. 1. ex Bav. γενομένης operarum errore edit. 2. & inde reliquæ editiones.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. οὔτε πλείους ἀγῶνας. Deſiderantur tria hæc verba in edit. Gronov. operarum culpa. πλείους ſcribere juſſerat Vrſinus, *ex ingenio*, ut ait: quod & Scaliger in ora ſui libri adnotavit. Et ſic edidit Caſaub. cum Reg. B. C. Neſcio, unde in veteres codices omnes πλείστους irrepſerit, quod locum tueri nullo modo poteſt. Similiter vero & I. 59, 6. τὸ πλεῖστον eſt in Aug. & Reg. A. pro τὸ πλεῖον quod dant ceteri. De re confer I. 63.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. αὐτά τε τὰ πολιτεύματα --- μέτρια δὲ ταῖς τύχαις. *ipſæ quoque reſpublicæ . . . fortunis mediocres.* Ad hæc CASAVBONVS: „Imo vera diverſa erant conditione duæ illæ reſpublicæ. Nam Romanæ quidem flos & ἀκμὴ tunc temporis incipiebat; Carthaginienſibus vero imminebat ἡ παρακμὴ, & paullatim gliſcebat morum mutatio & ingeniorum atque omnium rerum. Vide Polybium libro VI." — At ibi (VI. 51.) de tempore belli Punici II. loquitur Polybius, aitque, eo tempore in ſummo flore fuiſſe rempublicam Romanam, Carthaginienſem vero defloreſcere cœpiſſe & quaſi ſeneſcere. Ad verba μέτρια ταῖς τύχαις hæc monuit GRONOVIVS: „Vertitur *fortunis mediocres.* Quod de Romanis poſſet admitti; de Carthaginienſibus qui queat, non liquet, quum nullo tempore (ſi ab Hannibalis in Italia dominatu diſceſſeris) fuerint potentiores; quippe Africa, tota pæne Sicilia, multis Hiſpaniæ partibus, omnibus Sardoi & Tyrrheni maris inſulis ſub ditionem redactis, ut eſt cap. 10. Nec tamen etiam de Romanis ferri poteſt, Italiæ jam domitoribus, & auctor ipſe dicit παρίσους ταῖς δυνάμεσι. Quid? illi ne fortunis mediocres dicendi, qui ita geſſerunt bellum, ad quod non modo quis præſens & videns oculis, ſed vel audiens

diens obstupescat ob præliorum magnitudinem & robur duarum urbium, sicuti refertur cap. 26? quo nullum diuturnius aut majoribus apparatibus & frequentioribus pugnis casibusque insignioribus patratum, ut paulo ante dixit. Adde his cap. 63. & agnosces mendose, versum, cum debuerit *fortunis sufficientes:* nam id est *μέτριον* interdum, *ἀρκοῦν, ἱκανόν*. Cap. 5. [nobis cap. 4, 7.] *οἱ πεπεισμένοι διὰ τῆς ἱστορίας μετρίως συνόψεσθαι τὰ ὅλα.* Plutarchus in Flaminino: *Θηβαίοις οὐ πάνυ ἡδομένοις, ὀκνοῦσι δὲ κωλύειν, ἐπεὶ στρατιῶταί γε μέτριοι τὸ πλῆθος εἵποντο.* Sic patrem audivi defendentem illud Herodiani II. 5. [II. 2, 1. edit. Bœcl.] *πείσειν δὲ αὐτοὺς ὁ Λαῖτος ὑπισχνεῖτο, ἐπεί περ αὐτῷ ἐπάρχῳ ὄντι μετρίαν ἀπένεμον αἰδῶ.* Vbi Stephanus mallet *οὐ μετρίαν.* At Herodianus significat, etsi valde corrupta esset disciplina, tamen ad hoc præfecto prætorii *satis* fore auctoritatis. Et ejusdem alterum locum VIII. 6. [VIII. 4, 11.] *χοῦ τε τῆς γῆς μετρίως ἐς αὐτὰ σαρευθέντος, tum quod (dolia) satis multa terra saburrata essent.*" — Equidem, cum in brevi scholio infra contextum quærerem, an fortasse legendum esset *ψυχαῖς* pro *τύχαις*, commotus non nihil eram dissensu super hoc loco Casauboni & Gronovii; tum obversabatur animo, quod de eisdem duabus rebuspublicis, quæ hic inter se conferuntur, ait Polybius I. 64, 5. ubi *ἐφαμίλλους ταῖς μεγαλοψυχίαις* easdem dicit; denique memineram, sæpe in codicibus nostris permutata a librariis esse vocabula *τύχη* & *ψυχή*, de qua confusione dicam ad III. 9, 7. Sed lubens concedo doctissimo Viro, privatim me admonenti, non fuisse h. l. solicitandam vulgatam scripturam. Nec tamen Gronovio prorsus adsentior, volenti *fortunis sufficientes*, quamquam satis scio, eam vim haud ita raro habere vocabulum *μέτριος*: quæ si locum hic obtineret, commodius fortasse latine diceremus, *utrique probabili usi sunt fortuna;* quam in sententiam Xylander in vers. germanica, *beyde auch ziemlich Glück sich gebrauchten.* Sed non satis video, quid spectans Polybius id quidem hoc loco moniturus fuisset. Vers. 12.

Verf. 12. fet. Illud potius dicere videtur fcriptor, *modicos fuiffe fortunæ cafus, quibus alterutra pars fuerit adjuta: non tam fingulari aliqua felicitate & profperitate fortunæ geftum effe id bellum, quam virtute, & animorum robore atque conftantia.* αἱ τύχαι funt *fortunæ cafus*, five incerti, ut apud Thucyd. I. 69. ἐς τύχας καταστῆναι, *incertis fortunæ cafibus fe objicere;* five profperi, ut hoc loco, & X. 5, 8. εἰς θεοὺς καὶ τύχας ἀναφέρουσι τὰς αἰτίας &c. *ad deos & fortunæ cafus referunt cauffas eorum, quæ fagaci mente & ratione homines perficiunt.* De adverfis fortunæ cafibus proxime ante hunc locum, in quo verfamur, dixerat Polybius: οὔτε περιπετείας μείζους, *nec cafus* vel *calamitates majores.*

Cap. XIV.

CAPVT XIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. Φιλῖνον καὶ Φάβιον. — CASAVBONVS: „*Philinus* Hiftoricus, a quo bellum Punicum I. fuerat confcriptum, Siculus fuit, domo Agrigentinus, temporum illorum æqualis. Auctor Diodorus libro XXIII. [Ecl. 8.] meminit & libro XXIV. [Ecl. 3.] Erat eo tempore Agrigentum provinciæ Pœnorum in Sicilia caput. Quum ergo Romani eam urbem longa obfidione vix tandem expugnaverint, & cives Agrigentinos duriffime tractaverint, nemo mirari debet, Philinum cauffæ pop. Rom. in fuis commentariis minus æquum fuiffe. De *Q. Fabio Pictore*, antiquiffimo Romanorum Hiftoricorum, vide Polyb. libro III. [cap. 8 feq.] De Philino adde III. 26." — De Philino conf. Voffium de Hift. Græc. I. 17. de Fabio eumdem I. 3.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἑκόντας μὲν οὖν ἐψεῦσθαι &c. *de induftria quidem mentitos non exiftimo.* Rectius: *de induftria quidem a vero aberaffe:* nam ea verbi ψεύδεσθαι vis eft, ut vel fciens aliquis & volens, vel etiam infcius atque invitus culpam illam contrahere poffit. conf. XII. 7, 4 fq.

Ibid. στοχαζόμενος ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν. — „Omne *ftudium*, quod femel amplexi firmiter deinceps tenemus, Græci αἵρεσιν, Latini *fectam* vocant. Hic

Hic Polybius αἵρεσιν appellat, ut ex ſequentibus verbis apparet, amorem erga patriam, & inclinationem ad omnia illius facta approbanda. De Philino nihil habemus dicere. Fabium ſenatorem gravem accepimus, & cum laude ſua in publicis negotiis ſemper eſſe verſatum." CASAVB. Verſ. 2.

Ibid. πεπονθέναι τι παραπλήσιον τοῖς ἐρῶσι. — „Hoc eſt, corruptum amore patriæ judicium adhibuiſſe ad res utrimque geſtas æſtimandas. Plato lib. V. Legum: τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν, ὥστε τὰ δίκαια καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει." IDEM.

Verſ. 3. διὰ γὰρ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ὅλην εὔνοιαν. — Verſ. 3. „Libro IV. cap. 76. de Philippo, qui ad quotidiana Apellis delicta ſponte connivebat, quia ſummam conſiliorum ejus probabat: τῇ γε μὲν ὁλοσχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῇ, πολλὰ παρορᾷν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων." CASAVBONVS. — „Ὅλη εὔνοια eſt *benevolentia rebus omnibus*, *&* (cum de ſcriptura ſermo eſt) *toto opere declarata, ex univerſa ſcriptionis ratione eluceſcens*." REISKIVS. — Interprete ERNESTIO, in Lexico Polybiano, ἡ ὅλη εὔνοια eſt, *cum aliquem ſimpliciter & ſine exceptione amamus.*

Verſ. 4. Ἐν μὲν οὖν τῷ λοιπῷ βίῳ τὴν τοιαύτην ἐπιείκειαν οὐκ ἄν τις ἐκβάλοι. ἐκβάλλοι Aug. Reg. A. Flor. De Verſ. 4. vi vocabuli ἐπιείκεια pluribus ad h. l. diſputavit CASAVBONVS, monens, apud Homerum non alia notione fuiſſe notum, quam pro *decente* & *conveniente:* Galeno ἐπιεικῆ dici, *qui in omnibus vitæ partibus obſervat vetus verbum, ne quid nimis:* quo ſenſu ἐπιεικῆ, ait, appellamus omnia *mediocria*, *& neque parva neque magna nimis.* „Interdum (ſic pergit) ἐπιείκεια idem eſt, atque *benignitas* & *clementia:* ut quum Diodorus [XVII. 38.] appellat ὑπερβολὴν ἐπιεικείας illam *humanitatem*, qua uſus Alexander erga matrem Darii & uxorem captivas. Aliter paullo hic ſumit Polybius, pro *bonitate* quadam *naturæ*, quæ nos ita amicis noſtris adjungit, ut omnia illorum facta & dicta in meliorem partem accipiamus, probemus, quæ illis placent,

 impro-

Verſ. 4. improbemus, quæ diſplicent, contra quam αὐθέκαστοι homines faciant. *Hanc igitur animi affectionem in cetera vita non aſpernandam*, ait Polybius, *in ſcribenda vero hiſtoria vel maxime.* Eſt enim hiſtoria teſtis incorruptus virtutis aut vitii uniuſcujuſque; & hiſtoricus, quaſi judex meritorum: ponit autem perſonam amici, quiſquis induit judicis. Dionyſius Halicarnaſſeus, qui in ſcriptore hiſtoriarum deſiderat διάθεσιν ἐπιεικῆ, non repugnat Polybio, ſi recte interpreteris. Vult enim, boni viri in ſcribenda hiſtoria officium eſſe, præclara facta virorum ita narrare, ut favere ipſum virtutibus appareat & libenter talia commemorare. Hæc eſt ἐπιείκεια, quam ille in hiſtorico requirit, cui opponit πικρίαν & aſperitatem &c. in Epiſt. ad Pompejum: [T. VI. edit. Reiſk. p. 774.] ἡ μὲν Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικὴς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θουκυδίδου διάθεσις αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ, καὶ τῇ πατρίδι τῆς φυγῆς μνησικακοῦσα." —

Ibid. φιλόφιλον δεῖ εἶναι. Laudat Caſaubonus Ariſtotelis verba Nicomach. VIII. 1. τοὺς φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν, ἥ τε φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ὅταν δὲ τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ τις. Ad hæc verba in margine interiori adſcribi debuit numerus 5. qui per errorem paullo inferius eſt ſcriptus. Non poſſum autem mihi temperare, quin totam *Hiſtorici imaginem* huc adponam, cujus partem ad h. l. Caſaubonus laudavit ex Luciano de Conſcrib. Hiſtoria cap. 41. Tom. II. edit. Reitzii p. 54 ſq. Τοιοῦτος οὖν μοι, ait, ὁ Συγγραφεὺς ἔστω· ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλος· ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκαφὴν δὲ σκαφὴν ὀνομάζων· οὐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φειδόμενος, ἢ ἐλεῶν, ἢ αἰσχυνόμενος, ἢ δυσωπούμενος· ἴσος δικαστὴς, εὔνους ἅπασιν, ἄχρι τοῦ μὴ θατέρῳ τι ἀπονεῖμαι πλεῖον τοῦ δέοντος· ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, οὐ τί τῷδε ἢ τῷδε δόξει, λογιζόμενος, ἀλλὰ τί πέπρακται, λέγων. Id eſt:

est: *Talis igitur mihi sit Historicus: metus expers, incorruptus, liber, fiduciæ & veritatis amicus; qui, ut Comicus ait, ficum vocet ficum, scapham dicat scapham: non odio, neque amicitia tribuens cuiquam quidquam; non parcens, non misericordia, aut pudore vel verecundia tactus; judex æquus, benevolus omnibus eatenus, ne quid alteri justo plus tribuat; hospes in libris suis & nullius civitatis, suis ipse legibus vivens, regem agnoscens nullum, non quid hic vel ille existimaturus sit, reputans, sed dicens, quid factum sit.* Vers. 5.

Ibid. ἐλέγχειν καὶ ψέγειν ἐπονειδίστως τοὺς ἀναγκαιοτάτους. *reprehendere vel maxime necessarios, nec sine probris vituperare.* — „Exemplum habemus hujus præcepti insigne Legationum tmemate XL. [immo Legat. XLI. Nobis lib. XXIII. cap. 9.] ubi Polybius errorem pæne ridiculum Philopœmenis & Lycortæ parentis sui, in gravissimo negotio admissum, non secus narrat, ac si de personis loqueretur, penitus sibi incognitis. Iam de Arato, cujus erat apud omnes Achæos sancta memoria, quam gravem & liberam sententiam proferat, licet videre initio libri quarti.“ CASAVBONVS.

Vers. 6. Ὥσπερ γὰρ ζώου τῶν ὄψεων ἀφαιρεθεισῶν. Vers. 6.
Cum in edit. 1. operarum errore fuisset ζώον (sic;) in Hervagiana corrigere errorem volens editor ζῶον posuit; quod tenuere sequentes editores. ζώου restitui ex veteribus libris, qui in hoc consentiunt omnes. Pariter XII. 7, 3. ubi ad hunc locum provocat, καθάπερ, ait, ἐμψύχου σώματος τῶν ὄψεων ἐξαιρεθεισῶν, ἀχρειοῦται τὸ ὅλον. Simillimaque ratione III. 81, 11. καθάπερ γὰρ νεὼς ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸν κυβερνήτην, τὸ ὅλον αὐτανδρὶ σκάφος ὑποχείριον γίγνεται τοῖς ἐχθροῖς.

Vers. 7. τοὺς αὐτοὺς ποτὲ μὲν ψέγειν, ποτὲ δὲ ἐγκωμιάζειν. Conf. XVI. 28, 5. Verba ποτὲ μὲν ante ψέγειν ex codd. Regiis B. C. adsciuit Casaubonus. Debentur ingenio illius viri, qui exemplum illud editionis Obsopœi, ad quod descripti sunt isti codices, correxerat. Vers. 7.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *ἀποστάντες οὖν - - - ἐφαρμοστέον.* Non opus eſt accuſativo *ἀποστάντας*, quem, ante Reiſkium, Scaliger quoque repoſitum pro nominativo voluerat. Poteſt ſic primus caſus participii, per *ἀνακολουθίαν* quamdam, quam vocant grammatici, abſolute poni. Sic VI. 45, 1. *ἐπὶ δὲ τὴν Κρητῶν (πολιτείαν) μεταβάντες, ἄξιον ἐπιστῆσαι.* Ad *ἐφαρμοστέον* proprie requirebatur *ἀποστᾶσι*, in tertio caſu: ſed ſicut h. l. *ἀποστάντας* voluerunt docti viri, ſic & aliâs revera apud Polybium in ſimili connexione quartus caſus reperitur; ut V. 32, 5. *νομίζοντας . . . ποιητέον σπουδὴν*, ubi quidem codex Vrb. *νομίζοντες* in nominativo habet, atque ita etiam in Aug. a prima manu fuerat; ſed ibi accuſativum neceſſario poſcere videntur ea, quæ ſequuntur, *τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας.*

Cap. XV.

CAPVT XV.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *ζωγρείᾳ*, *ζωγρίᾳ* Scal. ut cap. 7, 11. & 9, 8. &c.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Verba *τῶν Καρχ. καὶ Συρακ.* adſcivi ex Vat. Flor. Ven. Eadem erant in codice Perotti. *Ibid.* *προσκαθίσαντας* ex ſolo Reg. C. perſpecte primus edidit Caſaub. Conf. I. 12, 4. *προσκαθίζειν* idem eſt ac *προσκαθῆσθαι*, quod legimus verſ. 1. hujus capitis. Accuſativus *Συρακούσας* non a verbo *προσκαθίζειν* pendet, quod dativum exigebat, ſed a *πολιορκεῖν*. Ceterum ſicut h. l. ceteri codices omnes *προκαθίσαντας* dant, ſic eodem errore verſ. 1. *προκαθῆσθαι* pro *προσκαθῆσθαι* eſt in Aug. & Reg. A. Nota eſt perpetua præpoſitionum *πρὸ* & *πρὸς* confuſio, ex ſcripturæ compendio potiſſimum orta.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *διαστολῆς οὐ προσδεῖται*, *ut ne examine quidem ſit opus.* Sic quidem Caſaubonus. Rectius, ex vi vocabuli, interpretaberis, *ut ne explicatione quidem opus ſit*, ſcil. ad docendum, quam hæc abſurda ſint.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *τὰς ὑπὲρ τῶν συμβαινόντων ἀποφάσεις.* — „Forte *ὑπὲρ τῶν ὕστερον συμβαινόντων* (vel *συμβάντων*,) quia præceſſit *τὰς πρώτας.* Sed poſſunt tamen *τὰ συμ-*

βαινον-

βαίνοντα per se esse *consequentia rerum, ea quæ a causis suis nascuntur eventa.*" REISKIVS.

Vers. 10. *καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι.* Restituendam auctori arbitror consentientem veterum omnium codicum lectionem *ἐπολέμουν*, a qua præter rem discessum est. Ex recentissimis codicibus Reg. B. C. verbum *ἐπολιόρκουν* adscivit Casaubonus, quod & Scaliger in ora sui libri notaverat; commodissimum illud quidem, & congruens cum I. 12, 4. sed non necessarium. Primum Mamertinos defenderat Consul, & Syracusios represserat, Messanam oppugnantes. Nunc ipsi Syracusiorum civitati *intulit bellum*. Turbaverat forte viros doctos, qui emendatione ista opus esse judicarunt, quod verbum *πολεμεῖν* cum accusativo casu h. l. ponebatur, aliàs cum tertio casu construi solitum. Sed nec inaudita illa cum accusat. constructio hujus verbi; & hoc quidem fere discrimine, ut *πολεμεῖν τινὶ* sit *bellum gerere*, *πολεμεῖν τινὰ bellum inferre* alicui. Confer quos laudavi auctores in Adnot. ad Appiani Præfat. cap. 12. p. 16. & inprimis Wesselingium ad Diodor. IV. 61. ubi *πολεμεῖν τὰς Ἀθήνας Athenas oppugnare* interpretatus est, aliaque exempla in eamdem partem collegit. Sic plane & Polybius XVIII. 30, 1. *μηδένα πολεμεῖν*, ubi refragantibus libris & præter rationem Casaubonus præpositionem *πρὸς* adjecit. Et XI. 19, 3. ex scriptura quidem longe plurimorum codicum, *ἑκκαίδεκα πολεμήσας ἔτη Ῥωμαίους, per sedecim annos bello petiit* vel *bello oppugnavit Romanos.* Vers. 1.

Ibid. *καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ.* De *Echetla* conferendus Diodorus lib. XX. cap. 32. & Cluverus in Sicil. antiq. lib. II. cap. 10. p. 359 sq. Pro *ἐν μέσῃ κειμένην τῇ - - - ἐπαρχίᾳ* Casaubonus scribendum monuit *ἐν μέσῳ* (vel *μέσην*) *κειμ. τῆς - - - ἐπαρχίας.* Quam emendationem perspicuitate quidem orationis & usu loquendi commendatam intelligo. Et *ἐν μέσῳ* etiam ex cod. Flor. enotatum video, in quo altera lectio *ἐν μέσῃ* non nisi intra lineas superscripto *η* super

Verſ. 10. ſuper ω indicatur: tum vero & τῇ ἐπαρχίᾳ ex τῆς ἐπαρχίας facile oriri potuiſſe, intelligent ii, qui meminerint, in antiquis codicibus ad latus poni ſolere *jota*, quod hodie ſubſcribere conſuevimus, illudque ſæpe a feſtinante librarii calamo ita incurvatum eſſe, ut a figura literæ *ſigma*, quæ ut *c* Latinorum pingebatur, vix diſcernas; unde haud raro accidit, quod ipſum in codicibus Polybianis paſſim factum memini, ut diphthongi ῃ vel ᾳ cum ſyllabis ης & ας fuerint invicem permutatæ. conf. Adnot. ad I. 23, 2 & 6. & rurſus ad cap. 38, 1. 56, 11. 58, 2. &c, Nec tamen in his omnibus ſatis cauſſæ mihi viſus ſum reperire, ut vulgatam lectionem, quamquam paullo inſolentiorem durioremque, in quam ceteroquin omnes conſentiunt libri, loco moverem.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ἠττημένους. ἡττωμένους Aug. Ven. & alter ex Florentinis. *Ibid.* ἀπηγγέλθαι. Quod in ora Hervagii h. l. notatur ἀπῆλθε, id ex vitioſa ſcriptura codicis Aug. ductum eſt, ubi ἀπηλθαι eſt, (ſic, abſque accentu;) ſed ibidem in marg. recte ἀπηγγέλθαι. Sic in illa Hervagiana editione, (quam unam ante oculos habuit Caſaubonus,) neglectis quam plurimis præſtantibus codicis Auguſtani lectionibus, peſſimæ cujuſque lectionis plerumque rationem habuit editor.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. παρ' ὅλην ἄν τις &c. Sic editum eſt inde ab Hervagio ex Aug. cum quo faciunt, ut ſolent, Vat. Flor. Reg. A. In edit. 1. mutata verborum ſerie erat παρ' ὅλ. τὴν πραγμ. εὕροι ἄν τις ex cod. Bav. Sic & Reg. B. C. *Ibid.* De *Fabio* ſcriptore confer I. 58, 5. III. 8 ſq.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. CONSVLES A. V. C. 491. Manius Valerius Maximus, Manius Octacilius Craſſus. Ὀκτακίλιον correxit Erneſtus, ut jam monuerat Caſaub. & ſic eſt in Vat. Mendoſe ex Bav. editum erat Ὀκτακοίλιον. Ὀτακίλιον Aug. Reg. A. Flor. Vrſin. — *Ibid.* Pro Οὐαλέριον perperam in Bav. Aug. & Reg. A. eſt Αὐαλέριον, ſed in Reg. A. ſuperſcriptum Οὐ. Vtriuſque conſulis prænomen Μάρκος facit

facit Reg. C. refragantibus ceteris libris. Valerio id prænomen vulgo tribuitur apud Eutropium II. 19.

Verſ. 2. Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα. *Sunt autem apud Romanos quatuor omnino legiones Romanæ.* — „Mos hic fuit reip. Rom. antiquus & perpetuo ſervatus, ut ſtatim poſt creatos coſſ. & prætores, de provinciis eorum deliberatio proponeretur in ſenatu. Simul ſoliti ſtatuere patres, quot legionibus reſp. eſſet adminiſtranda ſequente anno; id quod Livius in hiſtoria ſingulorum annorum diligenter interdum annotat: ut lib. XXVII. [cap. 22. A. V. 546.] *una & viginti legionibus defenſum imperium Romanum eſt.* [XXVII. 35. A. V. 547. *ſumma legionum trium & viginti.*] Initio libri XXX. [cap. 2. A. V. 551.] *viginti omnino legionibus & CLX. navibus longis res Romana eo anno geſta.* Libro ſequente: [XXXI. 8. A. V. 554.] *ſex legionibus Romanis eo anno uſura reſpublica erat.* Libro XXXIV. [cap. 43. A. V. 560.] *placuit, ut octo omnino legiones eſſent.* Vides, pro conditione temporum alium atque alium fuiſſe legionum numerum. Polybius tamen, qui multis poſt annis ſcribebat, videtur dicere, *quotannis quatuor dumtaxat legiones ſolitas conſcribi.* Sed loquitur auctor de antiquo populi Rom. inſtituto, quod multo ante obtinuit, quam ex Italia pedem efferent Romani. Solebant enim, ſi quod bellum eſſet gerendum, duas legiones uni conſuli aſſignare: atque hic erat, quem vocabant *conſularem exercitum:* ſin bellum eſſet periculoſius, & majoribus gerendum viribus, binæ ambobus conſulibus [binæ utrique conſuli] legiones tradebantur. Hæ ſunt quatuor legiones, quas hic ait Polybius, & iterum lib. III. [cap. 72.] & Flavius Vegetius lib. III. cap. 1. Etſi autem majoribus copiis fuit Romanis opus, ubi eorum crevit imperium, manſit tamen nihilominus inſtitutum vetus, ſemperque juſtus & legitimus modus conſularis exercitus fuit duarum legionum; quibus tamen alias adjiciebant, prout res & tempora videbantur poſcere. Sed, præter conſulares exercitus ordinarios, fuere perſæpe alii, quos

Verſ. 2.

Verf. 2. quos proconfules aut prætores regebant, aut alii, quibus extra ordinem imperium effet demandatum, ut in Scipione Africano eft factum atque aliis. De numero militum in quaque legione vide ad librum tertium & fextum. [vid. II. 24. III. 72. & 107. VI. 20.] Sed & jam ante dictum, legionem Romanam, quæ Rhegii collocata fuerat præfidio, quatuor millium militum fuiffe; quem ea ætate effe numerum fcribit Polybius." CASAVBONVS.

Ibid. *τούτων ἕκαστον.* Verbum *ἔχει*, quod h. l. inferuerat Cafaubonus, adfcivit doctus hic editor ex II. 24, 3, & III. 107, 9. Nec tamen magnopere illud defiderabatur; & poterat peræque ex fuperioribus intelligi verbum *ἐστὶ*, quod adjicitur VI. 20, 8. quem locum fi cum hoc contuleris, nihil amplius defideraveris.

Verf. 3. *Verf.* 3. *αἱ πλείους ἀφιστάμεναι πόλεις προσετίθεντο τοῖς Ῥωμαίοις.* — „Rei geftæ ordinem pete e Diodori eclogis e libro XXIII. Narrat ille, tantam fuiffe tum Sicilia tota confternationem, ut LXVII urbium populi fimul deditionem fecerint." CASAVB.

Verf. 4. *Verf.* 4. Ὁ δὲ Ἱέρων &c. „Cauffas, quæ *Hieronem* impulerunt, ut relicta Carthaginienfium focietate Romanis fe adjungeret, duas affert Polybius, metum Siculorum, & admirationem virium Romanorum. Adde tertiam ex Paufania, [VI. 12.] quod judicaret Hiero *τὰ Ῥωμαίων βεβαιότερα ἐς φιλίαν*, *Romanos in amicitia & fide fervanda effe firmiores & conftantiores.* Nota eft omnibus fides Punica, vel potius perfidia." CASAVB.

Ibid. *τὸ βάρος τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων.* Non tam figillatim de *armaturæ pondere* hæc funt intelligenda cum Caufaubono, quam omnino de *vi ac robore* legionum Romanorum. vide Lexic. Polyb. in *βάρος* & *βαρύς*. *Ibid.*

Verf. 7. *ἢ τὰς τῶν Καρχ.* Abeft h. l. *τὰς* ab edit. 1. & Bav.

Verf. 7. *εὐλαβοῦντο γὰρ* &c. *ne undique commeatu intercluderentur, metuebant.* — „Non concilio hæc cum fuperioribus. Si Romani *κύριοι τῶν ὑπαίθρων* fuerunt, camporum plana & aperta in poteitate habuerunt; qui potuerunt

fuerunt necessariorum penuriam metuere, in insula, quæ ita frugibus abundabat, ut postmodum cella frumentaria Romanorum esset? Victori nihil negatum est, omnia patent & parent." REISKIVS. — Nempe dum res bene cedunt, victori omnia parent; at prudenter Romani, & fortunæ & animorum inconstantiam hominum reputantes, cum in Hierone fidum & magnanimum socium se habituros sperarent, amicitiam cum eo junxerunt. Vers. 7.

Vers. 9.

Vers. 9. ἀργυρίου δὲ προσθεῖναι τάλαντα τούτοις ἑκατόν. — „Diodorus [XXIII. 5.] modo drachmarum millia CL, hoc est, talenta XXV. Absurda summa, neque Romanæ cupiditati & opibus regis Hieronis parum conveniens &c." CASAVB. — Conf. Wesseling. ad Diodor. l. c. Vers. 10.

Vers. 10. Φιλοστεφανῶν καὶ Φιλοδοξῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας. — „Quum varia sint instituta, quæ gloriam concilient, Hiero per liberalitatem & magnificentiam ad laudem est grassatus &c." CASAVB. — Provocat ibidem doctus interpres ad ea, quæ de Hieronis in Rhodios liberalitate habet Polyb. V. 88. & ad ea, quæ de ejusdem munificientia passim Athenæus refert. Conf. Polyb. VII. 8, 6. Vers. 11.

Vers. 11. πλεῖστον χρόνον. Vltra nonagesimum ætatis annum extendisse vitam Hieronem, jam supra monuimus, auctore Polybio loco modo citato.

Cap. XVII.

CAPVT XVII.

Vers. 1.

Vers. 1. Ἐπανενεχθεισῶν ex edit. 1. & Bav. revocavi, quibus consentiunt Vat. & Flor. Vulgo, inde ab Hervagio, mendose ἐπανεχθεισῶν edebatur ex Aug. cum quo facit Reg. A. — *Ibid.* πρὸς τὸν Ἱέρωνα. Poterat omitti articulus cum Bav. Reg. A. & Flor. nescio an & Vat. Ex Aug. primum adscitus est in edit. 1. Vers. 3.

Vers. 3. τοῖς πολεμίοις. Sic Casaub. cum scriptis libris omnibus. Cum in edit. 1. operarum errore fuisset πολεμοῖς, tenuit errorem Hervagius sive Arlenius, qui Basileensem curavit editionem, & scripturam unice veram, quam dabat Augustanus codex cum aliis, in margine adnotasse Vers. 5.

satis

ſatis duxit. Idem editor *verſu* 5. ſcripturam manifeſte vitioſam, quæ eſt in Aug. & in Reg. A. ὁρμητήρια, pro ὁρμητηρίῳ, in margine adnotare operæ pretium exiſtimavit: cujuſmodi manifeſtos librariorum errores nos quidem poſthac ſuperſedebimus adnotare, niſi ſingularis quædam ratio ſuaſerit; veluti hoc loco, ubi tenendum eſt, quod jam ſupra ad I. 12, 7. monui, paſſim in codicibus noſtris vocales α & ω permutatas inter ſe a librariis reperiri.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀντίπερα. Sic Bav. Aug. Reg. A. ἀντιπέρας Vat. Flor. æque bene. ἀντιπέρα minus recte edit. 1. 2. & Reg. B. Nec melius ἀντιπέραν edit. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. C. Ferri potuerat ἀντίπεραν antepenacute, quamquam ante conſonantem non opus erat adjecta litera ν. Confer Heynium ad Apollodor. p. 738.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ὁρῶντες δὲ καὶ τὴν Ἀκραγαντίνων πόλιν. De *opportuno Agrigenti ſitu* conf. noſtrum IX. 27. Particulam καὶ ex Aug. adſcivit Hervag. & conſentiunt Vat. Flor. Reg. A. *Ibid.* τά τε χορηγεῖα. — „Melius ſcribetur τὰ χορήγια. Nam aliud eſt χορηγεῖον, aliud χορήγιον, quod idem ſignificat ac χορηγία. At χορηγεῖα ſunt ipſa *horrea*, ubi condita militaria aſſervabantur." CASAUB. — Paſſim tamen iſta confunduntur, ſed perperam. Sic apud Pollucem IV. 106. χορήγιον· ὁ τόπος οὗ ἡ παρασκευὴ τοῦ χορυγοῦ. ubi rectius utique χορηγεῖον ſcripſeris; nam ειον, non ιον, eſt terminatio nominum, locum ſignificantium, ut γραμματεῖον, διδασκαλεῖον, παιδαγωγεῖον. conf. Henr. Stephani Theſ. ad h. v. Pariter apud Ammonium de Vocum Differentia p. 148. vulgo legitur, Χορήγιον (ſic, mendoſe pro χορηγεῖον) τὸ διδασκαλεῖον, ubi vide, quæ monuit Valkenarius, &, quem ille laudat, Hemſterh. ad Pollucem IX. 42. Viciſſim, ſicut hic apud Polybium, ubi non de *loco*, ſed de ipſis *adparatibus* agitur, in ſcripturam χορηγεῖα pro χορήγια conſpirant libri noſtri, ſic rurſus apud eumdem, I. 18, 5. At XVIII. 24, 5. χρῆσθαι τοῖς χορηγίοις, *uti opibus* vel *adparatibus*, ex codice Peireſc. recte edidit Valeſius, cum quo conſentit Suidas in Ἄτταλος.

Conf.

Conf. Polybii fragm. Gramm. num. CXXXVIII. ex Suida in Χορηγία.

Verf. 6. ποιησ. τὰς συνθήκας στρατηγοί. ποιησάμενοι στρατηγοὶ τὰς συνθήκας Vat. Flor. Aug. Reg. A. trajectione verborum, non aliena a ſtylo Polybiano. *Ibid* ἀνακεχωρήκεισαν. ἀναχωρεῖν eſt *decedere,* ſive *de provincia,* ſive *de magiſtratu.* Quo de verbo quæ monuit h. l. Reiſkius, ea referemus infra ad XXVIII. 3. *Ibid.* Μαμίλιος. Mirum non eſt, minus in vulgus notum hoc nomen fefelliſſe librarios. Ex Faſtis Capitolinis illud reſtituit Caſaub. & jam monuerat Xylander ad oram verſionis germanicæ. Confer Pighii Annal. Rom. ad A. V. CDXCI. Ceterum adponere lubet, quæ ad h. l. monuit CASAVBONVS: „*Vtrique conſuli provinciam Siciliam eſſe decretam,* ſcribit Polybius, qui tamen paullo ante dixit, *Romanos ad res in Sicilia gerendas, poſt datam Hieroni pacem, unum tantum conſularem exercitum, ſive legiones duas, decreviſſe alere.* Sed videntur patres ſententiam mutaſſe, poſtquam illud accidit, quod in fine ſuperioris anni ſcribit noſter; Carthaginienſes, ubi viderunt, Romanos res Siculas ſerio capeſſere, novos delectus habuiſſe, & longe acrius in belli hujus curam incubuiſſe." Verſ. 6.

Verſ. 8. Φέροντες. In participio Φέρων, cum per aliquem fere pleonaſmum verbo cuidam adjicitur, ineſſe *ſtudii, impetus, ardoris, concitationis* ſignificationem, paſſim docuerunt grammatici, ut non opus ſit repetere, quæ ad h. l. monuere Reiſkius in Animadvv. & Erneſtus in Lexico Polyb. Vide Vigerum de Idiotiſmis p. 277. edit. Hoogev. & Hemſterh. ad Luciani Dial. Mort. VI. 3. p. 349. Adde Interpretes Aeliani ad Var. Hiſt. VIII. 14. Eadem notione participium illud uſurpatum intelligi debebit, qua imperativus Φέρε, *age.* Verſ. 8.

Ibid. πρὸς αὐτὸν Ἀκράγαντα προσήρεισαν. De *obſidione Agrigenti*, & rebus Romanorum ad hanc urbem, donec ejus potiti ſunt, geſtis, bene facient, qui Folardi Commentarios in Polybium admirantur, ſi cum his, quæ

Verf. 8. fcripfit homo græcarum literarum rudis, & fuo magis ingenio abundans, quam narrationis Polybii rationem habens, contulerint ea, quæ de eodem argumento commentatus eft vir tam exquifite doctus, quam in judicando fagax ac modeftus, & bellicarum rerum ufu exercitatus, Carolus Guifchardt in *Mémoires militaires fur les Grecs & les Romains.* Tom. I. Cap. 1.

Verf. 10. *Verf.* 10. *τρεψάμενοι δὲ τούτους.* Cum operarum errore in edit. Herv. effet *τοὺς* pro *τούτους*, *αὐτοὺς* ex ingenio repofitum voluerunt Vrfinus & Scaliger. Sed in *τούτους* cum edit. 1. confentiunt codices, e quibus illud reftituit Cafaub.

Ibid. οἱ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ χάρακος ἁρπαγὴν ὥρμησαν. — „Difciplinæ militaris præceptum eft, a Romanis diligentiffime obfervari folitum, five pugnam cum hofte committerent, five urbem captam ingrederentur, numquam ad fpolia legenda aut prædatum deflectere, nifi rebus compofitis. Multa Polybius lib. X. [cap. 15 feqq.] de hac parte Romanæ difciplinæ. Solet Auctor anonymus de repellenda Obfidione [Hero junior, de cujus libello dixi in Præf. ad Polyb. Tom. I. p. XIII.] præcepta fua appofitione exemplorum illuftrare; ac fæpe e Polybio illa defcribit. Is igitur de hoc Agrigentinorum peccato circa illud præceptum ita differit: [pag. 322. edit. Parif.] Παραγγέλλειν δεῖ τοῖς εἰς τὴν ἐπίθεσιν ἐξιοῦσι τῶν πολεμίων στρατιώταις, καὶ ἐπιτίμιον ἐκτίθεσθαι, τοῦ μηδένα πρὸς διαρπαγὴν σκύλων χωρεῖν πρὸ τῆς τελείας τῶν ἐχθρῶν ἥττης· ἵνα μὴ λάθωσι τοῖς ἐχθροῖς παραδόντες τὴν νίκην, ὥσπερ καὶ Καρχηδόνιοι ἐν Ἀκράγαντι. πολιορκούμενοι γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων, ἐπεὶ ἐθεάσαντο τοὺς Ῥωμαίους πρὸς τὸ σιτολογεῖν τετραμμένους, ἐξελθόντες καὶ τρεψάμενοι τούτους εὐχερῶς, ἐπὶ τὴν διαρπαγὴν τῶν ἐν τῷ χάρακι κεχωρηκότες, τῶν ἐκεῖσε καταλελειμμένων ἰσχυρῶς ἀγωνισαμένων, διετράπησαν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκείνων ἀποβαλόντες ἀθυμότερον τὰς ἐπιθέσεις εἰς τὸ ἑξῆς ἐγεγόνεισαν· τοὺς δὲ Ῥωμαίους φυλακτικώτερον χρῆσθαι ταῖς προνομαῖς παρεσκεύασαν. Hæc ille

ille ex hoc loco, etsi nomen Polybii prætermissum & hic & alibi, quum multa ex eo describeret." CASAVBONVS. — Interdum in brevius contrahit ille auctor narrationem Polybii, ut hoc loco, & ab illius verbis recedit; aliâs pressius ipsa scriptoris verba repræsentat. Vers. 10.

Vers. 11. ἡ τῶν ἐθισμῶν διαφορά. — „Vox διαφορὰ *discrimen* & *excellentiam* significat. Vtraque notio sententiæ hujus loci non male convenit: nam disciplina militaris Romanorum & præstantior fuit, quam aliarum gentium, & non parum sæpe diversa." CASAVB. *Ibid.* καὶ τότε καὶ πολλ. Abest posteriori loco particula καὶ ab Aug. Reg. A. Flor. male. conf. I. 37, 10. Vers. 11.

Ibid. τὸ γὰρ πρόστιμον παρ' αὐτοῖς θάνατος. Paulisper mutatis & contractioribus verbis hæc ex Polybio laudat Suidas in Πρόστιμα. Πολύβιος. Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν. Confer eumdem in Ἐφεδρεία, & Polyb. VI. 37, 11. In eamdem sententiam Hero de Obsidione, laudatus a Casaubono, scribit: Εἴ τις λιπεῖν πειραθείη τὴν τάξιν, πληγῶν ἄνευθεν ἢ ἄλλης τινὸς εὐλόγου αἰτίας, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖται. id est, *si quis ausus fuerit ordinem stationemve deserere, præterquam vulnerum caussa, aut alia ex probabili ratione, capite plectitur.* Eodem pertinent Iosephi verba, laudata a Suida in Φρουροί.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Vers. 3. ἑκατ. τοῦ μέρους. Abest artic. ab Aug. & Reg. A. quod ferri potest; sed perperam utique iidem mox πρὸς ἐξιόντας, omisso artic. τούς. *Ibid.* τὴν μὲν ἐντὸς αὑτῶν τάφρον προεβάλ. Insertionem particulæ ἐντὸς calculo suo comprobarunt Reiskius ad h. l. & Ernestus in Præfat. ad Polyb. pag. XXII. Pro αὑτῶν autem non opus est cum Reiskio αὐτῶν & hoc loco & mox deinde rescribere. Priori quidem loco αὐτῶν est etiam in cod. Reg. A. Sed paullo post in αὐτῶν consentiunt omnes: & prope constanter apud Polybium demonstrativum hoc pronomen Vers. 3.

Verf. 3. pro reciqroco, quod vocant, præfert codicum consensus, a quibus præter necessitatem sæpe discesserunt editores. conf. ad cap. 21, 7. & 49, 8. Poterat vero etiam prorsus abesse hoc loco pronomen: & suspicari licet, cum ἐντὸς scripsisset Polybius, esse hanc vocem per errorem in αὐτῶν mutatam. Casaubonus e contrario voce ἐκτὸς nil opus esse putavit: certe in eis, quæ ad hunc locum de duplici fossa notavit, emendationis ab Vrsino propositæ ne mentionem quidam facere dignatus est.

Verf. 5. *Verf.* 5. εἰς Ἐρβησσόν. Sic CASAVBONVS in contextu; & in versione *Erbessum.* Sed in Comment. scribit: „*Herbessini*, vicini Agrigentinis, ex historicis & geographis noti: melius autem cum aspiratione scribitur hoc nomen.“ — εἰς Σερβησὸν edit. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. εἰς Ἐρβησὸν edit. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. εἰς Ἐρβησὸν Aug. Reg. A. B. C. Sic Perottus: *in Erbesum* oppidum. Et eodem modo paullo post, verf. 9. Ἐρβησέων absque adspiratione dant codices nostri omnes. Aretinus tamen, qui ex Polybio potissimum historiam belli Punici primi hausit, *Herbesum* habet: & sic apud Livium XXIV. 30. & 35. & apud Plinium III. 8, 14. *Herbessus* & *Herbessenses* cum adspiratione scribitur. Recte vero literam sigma duplicavit Casaub. cum Steph. Byzant. & cum græcis omnibus latinisque auctoribus, quorum loca collegit Cluverus in Sicil. antiq. p. 360 sqq. Apud Diodorum quidem Lib. XXIII. eclog. 8. τὸν Ἔρβησον editur, sed Ἐρβησσὸν apud eumdem XX, 31. Codices nostros Polybianos sæpius in nominibus propriis simplicem sibilantem pro duplici adhibere, jam aliâs monuimus.

Verf. 7. *Verf.* 7. συναγομένων δὲ τῷ λιμῷ. Sic Vat. Flor. & codex Vrsini. Consentit Suidas in hoc ipso vocab. quod exponit per στενοχωρουμένων. Articulum tamen τῷ omisit Suidas. συνηγμένων Aug. Reg. A. συνεχομένων vulgo edebatur ex Bav. quæ scriptura, quamquam per se commoda, & cum reliquo usu sermonis, tum ipsius Polybii auctoritate III. 62, 4. commendabilis, tamen hoc loco

cor-

correctionem ſapit, & rariori in hac re verbo συναγομένων vel συνηγμένων ex docti librarii ingenio ſubſtituta videtur. conf. ad I. 12, 1. συνάγεσθαι λιμῷ Polybio eſt *fame premi.* Sic paullo poſt, verſ. 10. εἰς γὰρ τοῦτο συνήγοντο τῇ σιτοδείᾳ, *adeo premebantur penuria;* & I. 84, 9. ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγομένους. Quod vero poſt δὲ, ante τῷ λιμῷ inſeratur τῶν δὲ in edit. 1. (quod in τῶνδε mutatum eſt in edit. 2.) id invitis msstis ex mera operarum oſcitantia factum eſt, itaque corruit fundamentum, cui emendationem ſuperſtruere tentaverant Gronov. & Reiſkius; quorum ille τότε pro τῶν δὲ, hic ἐν τῷδε ſuſpicatus erat. *Ibid.* τῶν ἐν τῇ πόλει *&c.* Mutato ordine Suidas, τῶν συγκεκλεισμένων ἀνδρῶν ἐν τῇ πόλει, haud inconcinne, & convenienter ſtylo Polybiano. Verſ. 7.

Ibid. Ἀννίβας. — „*Hannibali* huic patrem fuiſſe Giſconem, ſcribit Zonaras. Oroſius, ut ab Hannibale, Amilcaris filio. hunc diſtingueret, *ſeniorem* vocat. Sic apud Diodorum [XXIII. 8.] Ἄννων ὁ πρεσβύτερος, [vocatur is, quem mox Polybius commemorat,] quia fuit alius junior clari nominis." CASAVB. — Verba δυσχρηστ. Ἀννίβας ἤδη &c. citat Suidas in Δυσχρηθ.

Verſ. 9. εἰς Ἡράκλειαν. — „*Heracleam* intellige cognomento *Minoam*, ut paullo poſt etiam [cap. 25, 9.] Polybius eam appellat. Oppidum fuit martimum Agrigento vicinum. Cauſſam appellationis pete e Diodoro XVI. [cap. 9.]" CASAVB. *Ibid.* Ἐρβησσέων. Ἐρβησέων ed. 1. 2. conſentientibus codicibus noſtris, ut ſupra ad verſ. 5. notavi. Ἐρεβησέων Suidas in Πραξικοπήσας, ubi laudat hunc locum. Sic apud Diodor. XX. 31. in edit. Baſil. ipſum oppidum Ἐρεβησσὸς ſcribitur, perinde ac ſi a græco ἔρεβος derivatum nomen eſſet. Verſ. 9.

Verſ. 10. συνέβη τοὺς Ῥωμ. ἐπίσου πολιορκεῖν καὶ πολιορκεῖσθαι. Hunc locum, & ea, quæ præceſſerunt, reſpexit Hero de Obſidione p. 321. ſub med. ubi corrupta vulgo & mutila oratio ſuppleri ex Polybio corrigique debet. Verſ. 10.

bet. *Ibid.* εἰς γὰρ τοῦτο. Perperam apud Suidam in Συναγόμενος, ubi citatur hic locus, ἐν γὰρ τούτῳ ſcribitur.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τὰ μέτρια καὶ τἀναγκαῖα, per hendyadin pro τὰ μέτρια τῶν ἀναγκαίων, vel pro τ' ἀναγκαῖα μετρίως. Sic III. 77. τὰ μέτρια τῶν ἐπιτηδείων διδούς.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. διὰ τὸ λοιμικὴν &c. Λοιμικὴ διάστασις ſcil. τοῦ ἀέρος, i. q. λοιμός. Sic λοιμικαὶ περιστάσεις VI. 5, 5. Vtramque dictionem ſuam fecit æmulus ſtyli Polybiani, Diodorus. Locum noſtrum reſpexit fortaſſe Suidas in Λοιμὸς, cum ait: δυσκρασία ἀέρος καὶ τροπὴ, λοιμικὴ κατάστασις λέγεται.

Ibid. νομίζων ſcribendum recte monuit Reiſkius; cohæret enim cum præcedente participio θεωρῶν. Idem jam viderat Scaliger, &, ante hunc, vir doctus, ex cujus ingenio paſſim correcti ſunt codices Reg. B. C. in quorum utroque νομίζων ſcribitur; quos miror non ſecutum h. l. Caſaubonum. Nil autem mirum, ſæpiſſime peccatum a librariis eſſe in terminationibus potiſſimum verborum. Natus ſcilicet error ex perperam acceptis ſcripturæ compendiis, quibus extremæ verborum literæ in codicibus etiam admodum antiquis ſuperſcribi reliquo verbo, in fine præſertim verſuum, ſolebant. Sic paullo inferius, verſ. 11. in ὁλοσχεροῦς perperam commutatæ erant terminationes ως & ους. Conf. quæ monemus ad verſ. 3.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐκκλίνασι. Commodum quidem eſt ἐγκλίνασι, quod poſuit Caſaub. Sed correctione nil erat opus. ἐκκλίνειν non ſolum eſt *declinare*, ut ἐκκλίνειν τὴν τῶν θηρίων ἔφοδον, I. 34, 4. ſed & *inclinare aciem*, *terga vertere*, perinde ut ἐγκλίνειν. conf. I. 30, 11. III. 96, 4. Sic & alii, & Xenophon Cyrop. I, 4, 23. ἐκκλίνουσι καὶ φεύγουσι.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. προσμιξάντων θατέρῳ τῶν στρατοπέδων. θατέρων perperam erat in edit. 1, 2. conſentientibus veteribus libris omnibus: errore nato non ſolum ex compendio

dio fcripturae in extremitate vocis, de qua re paullo ante dixi; fed & ex vicinia aliorum nominum, in genitivo cafu pofitorum, qui incautum decepere librarium illum, e cujus exemplo reliqui noftri manarunt codices. *θατέρῳ* ex Reg. B. C. recte adoptavit Cafaub.

Verf. 4. *ἕως εἰς τὸν χάρακα.* *ἕως* rurfus debetur junioribus codicibus Reg. B. C. e quibus adfcivit Cafaub. Sic & jufferat Vrfinus ex ingenio; & in Reg. A. ex *ὡς* ab alia manu factum *ἕως*, quod neceffario requirebatur. Nam aliud eft *ὡς* fequente *ἐπὶ*, quod notat *verfus*, ut cap. 21, 4. *πλεῖν ὡς ἐπὶ τὸν πορθμὸν*, *navigare verfus fretum, ita, ut curfus ad fretum dirigatur.* At hoc loco fignanter dicere vult *perfequi ufque ad vallum*, non modo *verfus vallum;* id eft autem *ἕως εἰς τὸν χάρακα*, ut I. 11, 14. Verf. 4.

Verf. 5. *τὸν λόφον τὸν καλούμενον Τόρον.* — „In decima fexta Diodori [XVI. 7.] eft *λόφος Ταῦρος* in Sicilia; qui non eft ifte, fed alius, longo intervallo ab hoc femotus." CASAVB. — Conf. Diodor. XIV. 58 feq. & ibi Weffeling. Eft alius Siciliae mons *Τόργιον ὄρος*, de quo vide Weffeling. ad Diodor. XX. 89. fed qui non magis, quam *Ταῦρος*, huc fpectare videtur. *Tori* hujus, uni Polybio memorati, fitum fatis ipfe auctor definivit. *Ibid.* Pro *ἀπέχοντες*, *ἀπέχοντα* voluit Reifk. Sed nil opus eft a codicum fcriptura decedere. *Ibid.* Inde a verbis *καταλαβόμενοι τὸν λόφον*, ufque ad verba *κατὰ τὴν Σικελίαν* cap. 20, 4. defunt omnia in cod. Bav. in cujus ora rubro colore adjecta eft nota *λείπει*. Hinc eadem infigni lacuna laborat editio prima, quam ex illo codice procuratam effe docui in Praefat. ad Tom. I. p. XXXIV feq. In Hervagiana editione fuppleta illa funt ex codice Auguftano. In Regiis codd. B. C. qui ad editionis primae exemplum defcripti funt, fuppletus hiatus eft ex Veneto illo vel Florentino codice, e quo & complura primae editionis errata correcta funt in eifdem codicibus. Verf. 5.

Verf. 7. *Verf.* 7. αὐτομολοῦσι. Cum αὐτομολῆσαι nefcio quo cafu irrepfiffet in editionem Hervagianam, αὐτομολήσαιεν conjecit Scaliger. Vrfinus autem *ex ingenio*, ut ait, αὐτομολοῦσι fcribendum monuit; qui fi codicem fuum infpexiffet, id ipfum in eo inventurus erat. Sic certe Vat. Flor. Aug. Reg. A.B.C. quemadmodum recte edidit Cafaubonus. Sufpicari igitur liceret, eamdam magnam lacunam, quæ eft h. l. in cod. Bavarico, in Vrfini pariter codice fuiffe; nifi & aliàs paffim eumdem Vrfinum videremus errores editionis Hervagianæ *ex ingenio* a fe correctos profiteri: quod negligentiæ magis cuidam, aut feftinationi in defcribendis illis emendationibus, quam vanæ gloriationi docti viri tribuendum putem; nifi forte in officina maxime Plantiniana Antwerpiæ (quo Vrfinus Eclogas de Legationibus, cum fuis in Polybium Emendationibus, typis defcribendas Roma mifit) commiffa ifta confufio eft, qua fubinde, quæ ex codice msto ductæ erant emendationes, eædem *ex ingenio* profectæ perhibentur, & viciffim, quæ haud dubie ingenio debentur Vrfini, *ex vet. cod.* ductæ dicuntur: qua de re jam nonnihil monui in Præfat. ad Polyb. Tom. I. p. XLIX. confer Præfat. noftram ad Appianum pag. XI feq.

Ibid. ἐπὶ τοῦτο Φερομένων. Sic fua auctoritate edidit Cafaub. Teneri autem utique poterat debebatque codicum fcriptura ἐπὶ τούτῳ. Nam quamquam frequentior eft accufativi ufus in ifta notione, tamen non defunt exempla, quibus dativus locum fuum tuetur; cujus generis multa ex Xenophonte collegit Zeunius ad Memorab. Socr. I. 7, 1. Sic & apud noftrum XV. 32, 11. confentiunt codices omnes in id, quod Hervagius ediderat, ὥρμησαν ἐπὶ τῷ ζητεῖν, quod pariter a Caufaubono in ἐπὶ τὸ ζητεῖν eft mutatum. Et I. 45, 11. ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ταχθέντες.

Verf. 8. *Verf.* 8. συνέβαλλον reftitui ex msstis. συνέβαλον, quod ex edit. 2. repetierunt pofteriores editiones, temere & invito exemplari Auguftano in illam editionem irrepferat. Cum Aug. facit non folum Reg. A. fed etiam Reg. B. C. qui

qui totum locum, ubi in edit. 1. & cod. Bav. lacuna eſt, ex alio codice deſcriptum habent, qui cum Flor. & Vat. convenire ſolet: quare & hos ipſos conſentire ſuſpicor, quamquam nil ex eis enotatum ad h. l. in ſchedis invenio. In narratione, præterito imperfecto, non aoriſto ſecundo uti conſuevit Polybius. Verſ. 8.

Verſ. 11. γενομένου δὲ ἐγκλίματος ὁλοσχεροῦς. Neceſſario utique requiri videbatur adjectivum, loco adverbii, in quod tenaciter conſpirant codices noſtri. Vide quæ de vocum terminationibus, errore librariorum detortis, dixi ad verſ. 3. Idem error in eodem vocab. commiſſus videtur VI. 3, 1. *Ibid.* ἐγκλίματος. Mendoſe ἐγκλήματος Aug. & inde edit. Hervag. Verum viderunt Vrſinus & Scaliger, Polybioque reſtituit Caſaubonus. In Reg. A. η in ι mutatum eſt, quod unice præferunt Vat. Flor. & Reg. B. C. Verſ. 11.

Verſ. 13. ἔλαθε τοὺς πολεμίους ἀπαγαγὼν ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν. — „E diametro cum his pugnat Zonaræ narratio, undeunde petita: αὐτὸς μὲν ἔλαθεν, οἱ δὲ ἄλλοι γνωσθέντες, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, συχνοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων ἐκτάνθησαν. Polybius ſibi conſtat: nam ejus ſunt verba paullo poſt [cap. 23, 4.] οὗτος ἦν ὁ τὰς δυνάμεις ἐκκλέψας νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων πόλεως. Verſ. 13.

Verſ. 15. παρασκευῆς reſtitui ex edit. Hervag. cum qua facit Aug. & Reg. A. puto & Vat. ex quo, cum ad edit. Herv. ſit collatus, nulla varietas enotata eſt. παρασκευὴ eſt *adparatus bellicus*, I. 17, 3 & 5. I. 30, 1. 32, 2. & ſæpe aliâs. Nec tamen per ſe ſpernendum κατασκευῆς, quod ex Flor. fortaſſe derivatum eſt in Reg. B. C. Certe ex Flor. nil varietatis adnotavit Gronovius, qui iſtum codicem contulit cum ſua editione. Notat autem κατασκευὴ *ſupellectilia, vaſa*, III. 17, 10. *variam rerum copiam*, IV. 73, 6. Et XVI. 6, 5 ſq. prorſus pro ſynonymis uſurpantur βασιλικὴ παρασκευὴ & κατασκευή. Verſ. 15.

CAPVT XX.

Cap. XX. Verf. 3. *Verf.* 3. κατὰ λόγον σφίσι. σφίσι κατὰ λόγον Reg. B. C.

Verf. 4. *Verf.* 4. Poft πολιορκήσαντας rectius delebitur comma. *Ibid.* Ὀκτακίλιος. Sic Cafaub. ex Reg. B. C. Ὀτακίλιος Hervag. cum Aug. Reg. A. Flor. nefcio an Vat. qui tamen cap. 16, 1. Ὀκτακίλιος dedit. In Bav. & edit. 1. lacuna illa, de qua jam fæpius dixi, pertinet ufque ad verba κατὰ τὴν Σικελίαν, quæ proxime poft illa τοῖς Ῥωμαίοις, quæ funt cap. 19. 5. ponuntur. *Ibid.* ἐνδεχομένως χειρίζειν. ἐνδεχομένοις χαρίζειν ed. Hervag. duplici errore. Recte Cafaub. cum msstis. De corrigendo errore monuerat jam Cafaubonus, & verum in ora fui libri notavit Scaliger.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἀκονιτί. ἀκονητὶ Vat. Flor. Aug. Reg. A. & fic fæpe aliâs mssti & impreffi. *Ibid.* Verbum ἐζυγοστατεῖτο Suidas, hunc ipfum Polybii locum laudans, interpretatur ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὰς ἐλάμβανε, *in utramque partem (alternatim) vergebat.*

Verf. 6. *Verf.* 6. πολλαὶ μὲν πόλεις &c. Citat Suidas in Ἀγωνιῶ, ubi vide, quæ notavit Küfterus. *Ibid.* καὶ πλείους. Caret καὶ edit. 1. cum Bav. Vat. Flor. Reg. B. C. Adfcivit Hervag. ex Aug. cum quo facit Reg. A. Et amat fane Polybius iftam particulam, pleonaftico quodam more, vel potius cum intenfiva quadam vi (ut Germanorum *auch wohl*, Gallorum *& même*) adjectam, præcipue ad vocab. πλείους. vide I. 4, 3. II. 11, 11. III. 46, 1. & 5. &c. Sic καὶ λίαν, III. 12, 4. & fæpe aliâs. Quo etiam fortaffe pertinet σχεδὸν ἤδη καὶ πέντε, I. 59, 1. *Ibid.* τὸν τῶν Καρχηδ. στολ. Caret τῶν edit. 1. & Reg. B. C. invitis antiquis msstis.

Verf. 7. *Verf.* 7. αἰεὶ reftitui ex antiquis libris. Vulgo ἀεί. *Ibid.* εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη. — „In *alterum* modo *latus*, (*ait* REISKIVS:) Carthaginienfium puto; non item in fuum, Romanorum; & magis in partem imperii maritimi, quam terreftris.“ — Non probo. Recte Cafaubonus, *modo huc, modo illuc.* Poffes etiam, *partim huc, partim illuc,* dicere. Nempe ἑκάτεροι, in plurali numero, non *alterutrum* significat,

ficat, quamquam ita a Lexicographis vulgo traditum video, sed *utrumque* vel *utrosque*, non autem conjunctim ambos, sed divisim ac separatim *quemque per se; partim hunc, partim illum; ab altera parte hunc, ab altera illum.* Hoc igitur dicit Polybius: postquam primo visa fuisset a Romanorum maxime partibus stare fortuna belli, vidisse deinde Romanos, magis atque magis ita rem cadere, ut inter utrosque æquis veluti partibus illa divideretur. Nempe mari Pœni, terra Romani semper superiores erant. Verf. 7.

Verf. 8. ἐπὶ πλεῖον. ἐπιπλεῖον una voce edit. 1. 2. consentientibus msstis, ut plerumque aliàs. Verf. 8.

Verf. 9. Θεωροῦντες δέ. Vtique δὴ commodius videri potest; ut sententia sit, *videntes igitur:* nam idem fere jam dixerat supra, verf. 7. Sic particulas δὲ & δὴ inter se permutatas a librariis videmus VI. 53, 6. III. 21, 8. I. 30, 12. & passim alibi. Nisi forte locum suum tuetur δέ, eadem fere notione ac δὴ vel οὖν usurpatum. Quo sane modo haud ita raro initio sententiarum istam particulam, quæ cujusvis fere conjunctionis vicem sustinere potest, usurpatam videre licet. (De alio usu ejusdem particulæ sub finem sententiarum, in apodosi, ubi pariter latine per *igitur* reddenda est, erit infra dicendi locus, ad I. 29, 6. Certe non satis caussæ est, cur, ob hanc ipsam particulam δὲ, hoc loco cum Reiskio suspicemur, ante verba θεωροῦντες δὲ integram aliquam phrasin intercidisse; quam ille etiam, nimis indulgens ingenio, supplere conatus est. Verf. 9.

Verf. 13. οὐχ οἷον κατάφρακτος &c. id est: *tantum abest, ut tectas naves haberent, ut ne longa quidem navis ulla aut lembus eis fuerit.* Exaggerata hæc nonnihil videri, passim monuere docti viri, cum & in antiquis Romanorum cum Pœnis fœderibus, quæ noster commemorat lib. III. cap. 22 seqq. multa navium Romanarum mentio occurrat, & jam olim anno post Vrbem conditam CCLXXXV a Numicio Cos. naves longas Antiatum viginti duas captas referat Dionysius Halic. IX. 56. & rursus A. V. CCCCXVI. L. Furio, C. Mænio Coss. naves longas Antio abactas & Verf. 13.

partim

Verſ. 13. partim in navalia Romæ ſubductas Livius prodat lib. VIII. cap. 14. denique quum haud ita multo ante hoc tempus, de quo nunc agitur, ſcil. A. V. CCCCLXXII duumvirum navalem Romanum cum decem navium claſſe Tarentum adpuliſſe legamus. Sed de vetuſtioribus quidem temporibus facile reſponderi poteſt, Romanos navibus ad mercaturam, non ad bellum, eſſe uſos: & ex Livii verbis VIII. 14. intelligi videtur, ſi quas etiam naves longas, ad bellum inſtructas, ab hoſtibus ceperunt, eiſdem dein non, ad bellum eſſe uſos; certe, omnium navium Antio abductarum demta noſtra eſſe, ſignificare loco citato videtur hic ſcriptor. Adeoque nec ad earum exemplum alias ſimiles conſtrui curarunt, & poſtquam illæ ipſæ uſu ac vetuſtate attritæ erant, nullæ ejuſdem generis reliquæ Romanis erant. Sed enim fatendum eſt, cum hac noſtra hypotheſi, & cum eo, quod Polybius h. l. adfirmat, haud ita facile conciliari poſſe, quæ de Romana claſſe, Tarentum adpulſa, Appianus habet in Excerpt. V. de Legat. Tom. I. noſtræ editionis pag. 56. ubi Cornelium (ſive quodcumque nomen fuit illi duumviro navali) *ἐπὶ καταφράκτων νεῶν δέκα*, *cum decem tectarum navium claſſe Tarentum veniſſe* ſcribit. Oportet igitur, ſi fidem utrique ſcriptori conſtare velimus, ut ſtatuamus, intra duos & viginti annos, qui ab illo tempore effluxerunt, uſum navium tectarum prorſus dedidiciſſe amiſiſſeque Romanos; quod quidem parum eſt credibile. Ceterum de Navium variis generibus, quibus uſi ſunt veteres, noſtrum non eſt nunc late diſputare. Poſt ea, quæ ſuperioribus ſeculis de Re Navali veterum commentatati ſunt Bayſius, Schefferus, Meibomius, Iſaacus Voſſius, legenda ſunt, quæ tam erudite, quam ingenioſe de eodem argumento noſtra memoria ſcripſit doctiſſimus Leroy, in Diſſertationibus tribus *ſur la Marine des Anciens*, Tomo XXXVIII Commentationum Academiæ Regiæ Pariſinæ Humaniorum Literarum inſertis, & rurſus in libello ſingulari, cui titulum fecit *les Navires des Anciens*, Pariſiis 1783.

CAPVT XXI.

Cap. XXI. *Verf.* 1. οἷς μὲν ἐπιμελὲς ἦν τῆς ναυπηγίας. Inferendum artic. τὸ ante τῆς ναυπ. fufpicatus erat Reifkius, & ante eum Gronovius in Notis msstis. Sed nil opus eft. Eodem modo VI. 13, 5. τούτων πάντων ἐπιμελές ἐστι τῇ συγκλήτῳ. Verf. 1.

Verf. 2. μέσον δ' ἐν. Conjunctio δὲ, quam agnofcunt veteres libri omnes, aberat vulgo ab editis, errore ex edit. 1. in reliquas & in codices Reg. B. C. propagato. Quod in ed. 1. & 2. eft μέσσον pro μέσον, ex perperam accepto nexu fcripturæ natum eft, quo in cod. Bav. conjungi folent literæ εσ. Verf. 2.

Ibid. ἀναπίπτειν & προνεύειν. Cafaubono, hæc verba corrigenti, præiverant Camerarius & Henr. Stephanus in Thef. voce προνεύω. Locus, quem hi laudant ex Xenophontis Oeconomico, legitur pag. 664. (edit. Bafil. 1569.) οἱ ἐμπλέοντες ἐν τάξει μὲν κάθηνται, ἐν τάξει δὲ προνεύουσιν, ἐν τάξει δ' ἀναπίπτουσιν. Eadem verba laudavit Athenæus lib. I. p. 23.

Verf. 4. Γναῖος Κορνήλιος. Cn. Cornelius Scipio Afina conful A. V. CDXCIV. cum C. Duilio. Conf. Pighii Annales ad A. V. CDXCIII. & Criticos ad Livii Epit. lib. XVI. in edit. Drakenb. Cafaubonus, quum & h. l. & quoties *Cnæus* ifte memoratur, invitis omnibus græcis codicibus, Γάϊος in Græcis, & in lat. verf. *Cajus* pofuiffet, (in quo præeuntes habuit veteres interpretes latinos, Aretinum & Perottum;) corrigenda hæc effe, poftliminio ipfe monuit, & correxit Gronovius. Sed VIII. 1, 9. ubi mendofe græci libri omnes Γάϊος dabant, & fic etiam a Cafaubono editum, in verfione latina autem recte ab eodem *Cnæus* fcriptum erat; errorem Gronovius non folum in græco fervavit, fed & in lat. verf. invito Cafaubono, *Caium* invexit. Verf. 4.

Ibid. καταρτίσωσι reftitui ex Aug. Reg. A. Flor. Reg. C. Puto confentire Vat. Mendofe καταρτήσωσι edit. 1. 2. & Reg. B. ex Bav. quod in καταρτύσωσι mutavit Cafaub. præeunte

Verſ. 4. præeunte Scaligero, qui id pariter in ſui libri ora notaverat. conf. ad cap. 29, 1. καταρτύειν, bonum quidem aliâs verbum, nuſquam tamen apud Polybium, quod meminerim, occurrit, niſi Legat. LXVII. nobis lib. XXVII. cap. 6. ſub. fin ubi καταρτύσαντες τριήρεις legitur, unius Vrſini fide. Ἐξαρτύειν Polybio ſynonymum eſt verbi καταρτίζειν. Vide I. 25, 3. & 36, 8.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Λιπαραίων. Λιπαρέων h. l. edit 1. 2. & Reg. B.C. ex Bav. Λιπαραίων reſtituit Caſaub. monente Vrſino, ex cap. 24, 13. & cap. 25, 4. ubi conſentiunt codices in iſtam formam, quam hoc ipſo loco præferunt etiam Vat. Flor. Aug. Reg. A. & probat Stephanus Byzant. aliique auctores. De dolo, quo a Pœnis ad Liparam deceptus eſt Conſul Romanus, confer Polyænum Strateg. VI. 16, 5. & Oroſium IV. 7.

Ibid. καθωρμίσθη correxit Caſaub. pariterque Scaliger. Mendoſe veteres editiones παρορμήθη, conſentientibus h. l. msstis, qui cap. 25, 1. & aliâs ſæpe in veram verbi formam conſentiunt. ὁρμίζεσθαι idem eſt ac ὁρμεῖν, *haud procul terra in ancoris ſtare.* ὁρμηθῆναι, in paſſivo, ab ὁρμέω, non uſurpatur; ſed ab ὁρμᾶσθαι derivatur, quod nil huc pertinet. Præterea καθορμισθῆναι ſæpe occurrit apud noſtrum; καθορμεῖν vel καθορμηθῆναι nuſquam invenitur. Apud Polyænum loc. cit. ubi mendoſe vulgo editur τῶν Ῥωμαϊκῶν νεῶν παρωρμήσαντο, corrigendum puto παρορμησάντων, a παρορμεῖν, *in ſtatione in vicinia ſtantibus navibus Romanorum.*

Verſ. *Verſ.* 6. Βοώδη. Nil variant libri noſtri. Aretinus tamen *Bonoden* ſcripſit. Scaliger adnotavit, ἴσως Βογούδη. Et, idem fortaſſe nomen eſſe, quod *Bogud* deinde latini ſcriptores efferre conſueverunt, notatum etiam a Gronovio video.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ὥρμησεν εἰς τὴν γῆν. πρὸς τὴν γῆν edit. 1. ex Bav. εἰς adſcivit Hervagius ex Aug. cum quo faciunt ceteri codices atque etiam Reg. B. C. *Ibid.* παρέδωκεν αὐτὸν, me imprudente, ex editione Erneſti propagatum eſt; qui citra

citra necessitatem sic posuit pro παρέδωκεν αὐτὸν, quod dant superiores editiones, consentientibus msstis. conf. ad cap. 18, 3.

Vers. 3. τάς τε ναῦς restitui ex ed. 1. & msstis. Vulgo edebatur τάς γε ναῦς, errore operarum Hervagii, cum quo, casu magis quam consilio, facit Reg. B. *Ibid.* ὑποχείριον ἔχοντες. ἄγοντες ed. 1. 2. non male per se, (conf. I. 34, 12.) sed refragantibus msstis, quorum scripturam restituit Casaub. Eamdem tenent Reg. B. C. Vers. 8.

Vers. 10. συνεγγύς. Corrige σύνεγγυς. Error ex edit. Ernestina in nostram derivatus. Vers. 10.

Vers. 11. κάμπτων περὶ τῆς Ἰταλίας ἀκρωτήριον. Reiskius, nimis vagam ratus *promontorii Italiæ* denominationem, ΤΗΣ ΣΚΥΛΛΑΣ pro ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΑΣ suspicatus est, *Scyllæum* intelligens promontorium, e regione Pelori situm. At videtur potius illud intelligendum promontorium, quod ab Hipponio versus Portum Herculis & Tropæa, quæ dicuntur, late in mare excurrit: neque illud incommode a Siciliæ incolis, ab occidentali Siciliæ ora Italiam versus spectantibus, *Italiæ promontorium* fuerit adpellatum. Vers. 11.

CAPUT XXII. Cap. XXII.

Vers. 1. Γάϊον Δουΐλιον. Γάϊον Λίβιον ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et sic rursus iidem cap. 23, 1. nisi quod ibi, mendum mendo cumulantes, Ἀτίλιον etiam interserant. *C. Duellium* veteres interpretes latini, Aretinus & Perottus, utroque loco vocant; nempe mendosam græcorum codicum scripturam ex latinis auctoribus corrigentes. Sic & Γάϊον Δουΐλλιον, quod utroque loco habent juniores codd. Regii B. C. dubium non est, quin docti viri emendationi debeatur. Δουΐλιον ex Fastis Capitolinis aliisque auctoribus & h. l. & cap. 23, 1. adscivit Casaubonus; eamdemque nominis formam (de qua conf. Drakenborch. ad Livii Epit. lib. XVII.) ad oram sui exempli adscripserat Scaliger. Quod si autem ex vestigiis scripturæ codi- Vers. 1.

Verſ. 1. codicum noſtrorum Polybianorum conjecturam facere licet, probabile utique eſt, non Δουΐλιον, ſed Βίλιον ſcriptum reliquiſſe Polybium, ut, ſicut pro *duis*, *bis*, pro *duellum*, *bellum* dictum eſt, ſic pro *Duilius* Polybii ætate *Bilius* vulgo dici ſolitum intelligatur. Nam quemadmodum teſte Cicerone in Orat. cap. 45. & Quinctiliano Inſt. Orat. I. 4, 15. (aliis I, 44.) ipſum hunc *Duellium*, qui Pœnos claſſe devicit, contracto nomine *Bellium* multi nominarunt; ſic pro altera ejuſdem nominis forma *Duilius*, ab aliis *Bilius* uſurpatum fuiſſe conſentaneum eſt. Quum autem ignotum nomen librariis Βίλιος eſſet, facile accidit, ut tranſpoſitis literis in notius nomen Λίβιος corrumperetur. Itaque ſcripturam iſtam Βίλιος Polybio reſtituendam, poſt Ciacconium ad Columm. Roſtr. & Merulam ad Ennium p. 159. perſpecte monuit Vrſinus in Emendationibus in Polybium, & Pighius in Annal. Romanor. Tom. II. p. 22.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τοὺς ἐπικληθέντας μετὰ ταῦτα κόρακας, quos corvos poſtea nominarunt.* Latinum *corvi* nomen, de inſtrumento bellico uſurpatum, vix apud alium ſcriptorem reperias præter Curtium IV. 2, 12. & 3, 24. & Vitruvium X. 19. Et apud Curtium quidem una cum *ferreis manibus* memorantur *corvi*, ita quidem, ut ab aliis hi diverſi fuiſſe intelligantur, ſed ut utrumque inſtrumenti genus tormentis in navem hoſtilem projiceretur. *Corvos* & *ferreas manus* pariter jungunt Diodorus XVII, 44. & Appianus de Bell. Civil. V. 106. Ipſas has Duillii machinas, quas *corvos* adpellatos eſſe Polybius ait, *ferreas manus* vocant Frontinus Strategem. II. 3, 24. & Auctor de Viris Illuſtribus in C. Duilio. De his ac ſimilibus inſtrumentis conf. Stewech. ad Veget. V. 14. Lipſium in Poliorcet. Lib. V. dial. 8. & Schefferum de Militia Navali II. 7. Adde Brodæum Miſcellaneor. lib. II. cap. 30. in Gruteri Theſauro Critico Tom. II. p. 488.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *κλίμαξ ἐπικαρσίαις σανίσι καθηλωμένη, ſcala tranſverſis tabulis veluti clavis compacta.* Poterat brevius & paullo

paullo apertius *pontem* dicere, ut Frontinus loco cit. *excogitavit manus ferreas, quæ ubi hostilem adprehenderunt navem, superjecto ponte transgrediebatur Romanus.*

Vers. 7. σιδηροῦν οἷον ὕπερον. In cod. Vat. & Reg. A. est ad h. l. scholion: ὕπερον· σχοινίον ναυτικόν. Nempe τὸ ὕπερον vel τὸν ὕπερον cum τῇ ὑπέρᾳ inepte confudit qui illud adscripsit. Confer Pollucem X. 114. ubi inter instrumenta ἀρτοποιϊκὰ refertur τὸ ὕπερον. Vers. 7.

Ibid. παραπλήσιον ταῖς σιτοποιϊκαῖς μηχανήσεσιν. Cum mendose in ed. 1. 2. fuisset σιτοποιηκαῖς, Vrsinus σιτοποιητικαῖς rescribere jussit; quæ forma vocis apud Pollucem etiam I. 80. in varietate lectionis adfertur. Sed, quam cum Casaubono expressimus scripturam, scripti libri præferunt. Sic ὄργανα σιτοποιϊκὰ & ὀψοποιϊκὰ dixit Xenophon in Oeconom. p. m. 667. (p. 844. edit. Leuncl. Wecheliana) ut monuit Casaub. in ora Basileensi: eadem forma ἀρτοποιϊκὰ est apud Pollucem X. 114. Intelligitur autem hic machina, ad tundendum in mortario frumentum comparata, majoris graviorisque pistilli ope, quod ex tollenone suspensum erat eo libramento, ut facili opera, ac levi adhibita manuum vi, & deorsum deprimi & rursus in altum adduci posset. Sic & vocab. γέρανος, quod *gruem* vel *tollenonem* significat, sigillatim etiam (monente Hesychio) denotabat ὄργανον ξύλινον, ἐν ᾧ κόπτουσιν οἱ ἀλφιτοποιοὶ τὰ ἄλφιτα. Sed corvum Duilianum pondere ferrei pistilli facile quidem & sua sponte deorsum cecidisse consentaneum est: ad adducendum autem majori vi a postica parte opus fuisse videtur, nempe vi manuum, quibus, ope funis atque trochleæ, in altum adductus pons una cum pistillo, religabatur, deinde & firmabatur, ut ita suspensus & ex obliquo sursum spectans hostium navibus immineret; donec, in proximo versante navi hostili, laxaretur funis, & pons cum pistillo in eam dejiceretur. Figuram corvi Duiliani exhibet Folardus Tom. I. Commentariorum in Polybium gallice conversum; sed eam, ut

bene multa, magis ex ingenio commentatoris, quam ex Polybii deſcriptione, delineatam.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ποτὲ δὲ ἀντιπεριάγοντες κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων προσπιπτούσας ἐμβολάς. Difficultate non caret locus, cum ob inſolentiam verbi ἀντιπεριάγειν, tum quod præpoſitio κατὰ abeſt a veteribus libris, quam non niſi ex junioribus codicibus Reg. B. C. adoptavit Caſaubonus. Sententia hæc videtur eſſe: quum navis hoſtilis in eo eſſet, ut roſtro in latus Romanæ navis impetum faceret, Romani leviter circumacta navi efficiebant, ut, declinato icto, navis navem a latere proxime præterveheretur: tum vero, inter prætereundum, dum implicabantur vel detergebantur remi, corvum lateri navis hoſtilis injiciebant Romani. Rarioris verbi ἀντιπεριάγειν exemplum poſt Budæum citavit Henr. Stephanus in Theſauro, ex Syneſio, ubi *in diverſum circumagere* exponitur, Hoc loco ex notione utriuſque præpoſitionis, περὶ & ἀντὶ, ἀντιπεριάγειν intelligendum fuerit *circumagere navem ita, ut hoſti obverſa ſit, quum prius latera ei patuiſſent.* Nec vero diſſimulanda eſt REISKII ad eumdem hunc locum adnotatio: „Forte (ait) ἀντιπαράγοντες, *euntes a latere & e regione navium inimicarum.* Si ἀντιπεριάγοντες hic locum haberet, non poſſet ſequi κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων, ſed κατὰ τὰς πρύμνας. Nam ἀντιπεριάγειν eſt *navim ab ea parte navis inimicæ, in quam primitus incurrit, abſtractam circumagere, & in partem oppoſitam impellere.* [Nec tamen iſtam interpretationem, ita definitam, prolatis exemplis probavit vir doctus, ſed continuo ſic pergit:] Si ergo incurrit ea primum in proram, neceſſe eſt, ut ἀντιπεριηγμένη invehatur in puppim, non autem in latera: ſed dicuntur corvi injecti eſſe in latera; ergo non naves ἀντιπεριήγοντο, ſed, qui in navibus erant, ἀντιπαρῆγον, comitabantur naves inimicas a latere ſic, ut ἐκ παραλλήλου inter ſe eſſent.“ —

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἠσφαλίζοντο. Minus bene ἠσφάλιζον Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ὑπὲρ τὸν δρύφακτον. ὑπὲρ

δὲ

δὲ τὸν ἐρυφ. edit. 1. 2. ex Bav. Et dein ὑπερτιθέναι ed. 1. cum Bav. Vnde ὑπὲρ δὲ τὸν δρύφακτον ὑπερτίθενται verum putavit Reiſkius. Sed non bene convenit præſens tempus ὑπερτίθενται cum præcedente ἠσφαλίζοντο. Et vulgata lectio, quam Caſaubonus ex Reg. B. C. & ex parte jam Hervagius ex Aug. expreſſit, firmatur conſenſu librorum Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* Ad τὰς ἴτυς ſcholion eſt cod. Vat. & Reg. A. ἴτυς· τὸ περιφερὲς τῆς ἀσπίδος. Verſ. 10.

CAPVT XXIII. Cap. XXIII.

Verſ. 1. Γάϊος Δουΐλιος. Vide quæ notavimus ad cap. 22, 1. Nomen Ἀτίλιος ex imperiti librarii ingenio inſertum fuiſſe, ſatis adparet. Atilius conſul A. V. 496. memoratur cap. 24, 9. & alius anno 497. cap. 25, 1. Verſ. 1.

Verſ. 2. Μυλασῖτιν, pro Μυλασίτην, quod mendoſe codices dabant, debetur Caſaubono. Μυλαῖτιν ex Stephano Byz. reſcriptum voluit Holſtenius. Suſpicari licet, Μυλαιῖτιν ſcripſiſſe Polybium, ut Λιλυβαιῖτις I. 39, 12: deinde jota poſt α per errorem in σ fuiſſe mutatum, de qua permutatione dixi ad I. 15, 10. Ceterum, gentilitia nomina non temere ſtatim ex Stephani Byzantini aut ejus Epitomatoris præſcripto eſſe apud alios ſcriptores corrigenda, cum alia multa arguunt, tum id quod idem habet ad hoc ipſum vocab. Μύλαι, ubi gentile Μυλαῖος ad Theſſalicas Μύλας, reſtringere videtur, cum tamen & apud Polybium I. 9, 7. Μυλαῖον πεδίον, & apud Diodorum XII. 54. τοὺς Μυλαίους in Sicilia memoratos legamus. *Ibid.* τῷ στόλῳ παντί. Articulum adſcivit Hervag. ex Aug. cum quo facit Reg. A. Abeſt a ceteris codd. & edit. 1. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἀντίπρωροι, undecumque adripuerit librarius codicis Reg. C. recte receptum eſt a Caſaubono. Videtur iſta correctio in ora exempli editionis Obſopoei, unde ille codex pariter ac Reg. B. deſcriptus eſt, fuiſſe adnotata, ad quam in deſcribendo cod. Reg. B. non adtendit librarius. ἀντιπρώροις edit. 1. 2. & Reg. B. cum Bav. Vat. Flor. ἀντιπρώῤῥοις Aug. Reg. A. Dativum caſum ſi Verſ. 3.

 ſerva-

Verf. 3. fervatum cupis, oportebat faltem ἐπέπλεον pro ἔπλεον; idque primum in animo habuerat Cafaubonus, ut ex ora Bafileenfi intellexi: & eodem modo Scaliger correxit. Sed expeditior Cafauboni ratio videtur, ac facile adparet erroris origo: cafum nominis adjectivi adaptavit nafutulus aliquis, five dormitans librarius cafui fubftantivi fequentis.

Verf. 5. *Verf.* 5. πρώραις. πρώῤῥαις Aug. Reg. A. & fic fæpius aliâs. *Ibid.* τετολμηκότως. τετολμηκότες edit. 1. 2. & Reg. B. C. Nempe fic Bav. fed fuperfcripta altera terminatio ως.

Verf. 6. *Verf.* 6. παραπλήσιον γὰρ πεζομαχίας. πεζομαχίᾳ ex ingenio fcribere juffit Vrfinus. Ac fane cum dativo cafu conftanter aliâs apud Noftrum, quod quidem meminerim, jungitur illud vocabulum. Itaque AI in AC corruptum fufpicari licebit: conf. ad verf. 2. & ad I. 15, 10. Nec tamen nimium ifti conjecturæ tribui velim: ficut enim apud Latinos, fic & apud Græcos, nomina fimilitudinis promifcue cum genitivo & cum dativo jungi poterunt.

Verf. 7. 8. 9. *Verf.* 7. συμβαλούσας. συμβαλλούσας notatur ex Flor. quod non deterius eft. conf. quæ notavi ad τοῖς συγγράφουσι. I. 1, 1. *Verf.* 8. προπλεούσας. προσπλεούσας legebatur in edit. 1. 2. & msstis omnibus. Errorem, librariis familiariffimum, correxit Cafaub. *Verf.* 9. Ante verbum ἐκπεριπλέοντες haud incommode potuerat *comma* interponi, quo indicaretur, verbum hoc non referri ad illa ἐκ πλαγίων & κατὰ πρύμναν, quæ pertinent ad ποιήσασθαι τὰς ἐμβολὰς, fed abfolute, ut ajunt grammatici, ac per fe ftare, ut I. 27, 11. & ut verbum ἀντιπεριάγοντες cap. 22, 8.

Cap. XXIV. CAPVT XXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι *&c.* Citat hæc verba Suidas in Ἀντιπεποιημένοι, fed pro ἐπεῤῥώσθησαν pofuit verbum ἐχρῶντο.

Verf.

Verſ. 2. προσσχόντες correxi. conf. ad I. 29, 2. *Ibid.* τήν τε Αἰγεστέων. Sic editum eſt ex Bav. Αἰγεσταίων Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vtraque forma uſitata: conf. Suidam in Αἰγεσταῖος. Sed hæc frequentata magis ac fortaſſe verior. Vide Cluverum Sicil. antiq. lib. II. c. 2. p. 255 ſqq. Videtur autem ad hoc nomen excidiſſe articulus τῶν, quum præſertim nulla ante hunc locum mentio facta ſit Aegeſtanorum. Paullo poſt, pro Αἰγέστης eſt Ἐγέστης in Reg. A. Ceteri nil variant. De *Macella* egit idem Cluverus II. 12. p. 375. Meminit ejuſdem oppidi Dio Caſſius in Fragm. Peireſc. CIV. Tom. I. edit. Reimari p 43. *locum bene munitum* dicens, χωρίον εὐερκές. Verſ. 2.

Verſ. 6. ἀποβαλών. ἀπολαβὼν edit. 2. operarum errore. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἅμα τῆς θαλ. ἅμα τε τῆς θαλ. edit. 1. & Reg. B.C. ex Bav. Et reſtituendam particulam τε Polybio putem, quamquam eam ignorant ceteri codices. Verſ. 7.

Verſ. 9. τὰς Καρχηδ. τὰς τῶν Καρχηδ. Flor. & Reg. C. Verſ. 9.

Verſ. 10. πόλιν Ἱππάναν. Nomen Ἵππανα, ut plurale neutrius generis, habet Byzantinus, & quoad formam cum Τύανα confert. Laudat tamen Polybium libro I. hunc ipſum locum ſpectans. Sed in Ἱππάναν codices noſtri & Perotti & Aretini conſentiunt. Perperam autem hoc oppidum πόλις περὶ Καρχηδόνα apud eumdem Byzantinum perhibetur, cum Pœnorum oppidum in Sicilia eſſet. Sed ejuſmodi mendis, quæ ab Epitomatoris potiſſimum culpa profectæ putantur, notum eſt ſcatere iſtud Lexicon Geographicum. vide Holſten. ad h. l. & Cluverum Sicil. antiq. II. 13. Similem errorem in urbe Hiſpaniæ, Pœnis ſubjecta, commiſſum, quam Africæ urbem dixit, notavi ad Appiani Hiſt. Hiſpan. cap. 33. Verſ. 10.

Verſ. 11. Μυτίστρατον. Stephanus: Μυτίστρατον, πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα. Πολύβιος πρώτῳ. Eodem errore, quem modo ad Ἵππανα notavi. Verſ. 11

Verſ. 12. προσενέγκαντες ἔργα. — „ἔργα latino more uſurpavit, pro machinis & quæ alia opera fiunt aut mu- Verſ. 12.

 niendæ

niendæ urbis caufa aut oppugnandæ: fic enim Latini *opera* ufurpant." REISKIVS ad I. 30, 5.

Cap. XXV.

CAPVT XXV.

Verf. 3. *Verf.* 3. *αὐτὴ μὲν ταῖς ὑπηρεσίαις ἐξηρτυμένη.* Vir doctus, in Novellis Literariis Gothanis, 1789. p. 636. fufpicatus erat, verba *μὲν ταῖς* corrupta effe ex *βελτίσταις.* Acute id quidem; fed neceffario tamen, ex Polybii certe ufu, requiritur particula *μὲν*, nam *αὐτὴ μὲν* opponitur ei, quod fequitur *αἱ δὲ λοιπαί.* Ceterum ne defiderat quidem medicam manum hic locus. Sicut *ταῖς χορηγίαις ἐξηρτῦσθαι* III. 18, 8. eft *commeatibus bene effe inftructum*, fic forfitan *ναῦς ταῖς ὑπηρεσίαις ἐξηρτυμένη* poterit effe *navis remigibus bene inftructa.* Certe eodem modo verbum *καταρτίζω* (quod eamdem cum *ἐξαρτύω* vim habet; conf. I. 36, 5 & 8.) ufurpatum videmus V. 2, 11. *τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένων*, *Macedonibus jam bene inftructis, bene paratis quoad remigium.* Attamen *ναῦς καλῶς ἐξηρτυσμένας* Diodorus, Polybiani ftyli imitator, dixit XII. 31. conf. de eodem verbo *ἐξαρτύειν* Weffeling. ad Diodor. III. 36. & ad Herodot. VII. 147. *ὑπηρεσίαι*, quod proprie eft *minifterium* feu *famulitium*, in re nautica non male Cafaubonus *remigium* vel *remiges* interpretatus eft. Confer locum modo citatum V. 2, 11. & Dukerum ad Thucyd. VI. 31. In fing. quidem numero, *ἡ ὑπηρεσία* apud Demofth. diftinguitur a *ναύταις*, nautis vel remigibus, & *ἐπιβάταις*, remigibus claffiariis, denotatque reliquos *miniftros nauticos*, ut monuit Reifk. in Indice Demofth. Sed ubi non diftinguitur, ac præfertim in plurali numero pofitum hoc nomen, denotat omnino *quidquid ad minifterium nauticum pertinet.*

Verf. 4. *Verf.* 4. *τὰς Λιπαραίας καλουμένας νήσους.* Reftitui feriem verborum, quam & ufus Polybii & confenfus codicum commendat. Solus Aug. dat *εἰς τὰς καλουμ. Λιπαρ. νήσους*, quod ex eo Hervagius & poft hunc ceteri editores expreffierunt. Quæ *Aeoliæ* vel *Vulcaniæ* infulæ alias

alias adpellantur, has *Liparæas* Polybius nominat, a Lipara, feptem Aeoliarum maxima. Videndum tamen, ne non τὰς Λιπαραίας, fed τὰς Λιπαραίων νήσους fcripferit. Sic certe conftanter Strabo eafdem vocat, lib. II. p. 54. edit. Cafaub. & lib. VI. p. 256. & 274. & fic fua ætate vulgo adpellari ait ibid. p. 275. Et Euftathius ad Dionyfii Defcript. Orbis verf. 461. μεγίστη δ' αὐτῶν, ait, ἡ Λιπάρα· ἐξ ἧς, ὡς ἀπὸ μέρους προέχοντος, αἱ πᾶσαι Λιπαραίων (fic enim pro vulgato Λιπαρέων fcribendum recte monuit Cluverus Sicil. antiq. p. 399.) λέγονται νῆσοι. Et ibidem, paullo ante: αἱ δ' αὐταὶ νῆσοι, αἱ τοῦ Αἰόλου, λέγονται καὶ Λιπαραίων νῆσοι. Eodem modo Plinius III. 8, 14. *feptem Aeoliæ appellatæ: eædem Liparæorum; Hephæftiades a Græcis, a noftris Vulcaniæ.* At nihil tamen magnopere impedit, quo minus pariter Λιπαραίας νήσους dici potuiffe putemus, in quam quidem fcripturam confentiunt libri noftri. Quod in ora Reg. B. notatur γρ'. Λιπάρας, id in nullo quidem ex græcis noftris codicibus reperitur; fed ita veteres interpretes, Aretinus & Perottus, *reliquæ naves, fuga arrepta, in Liparas fe recepere.* Qui quidem quid fecuti fint, nefcio: hoc video, extrema verba capitis fuperioris, Λιπαραίους ἐπεχείρησαν πολιορκεῖν, pariter ab eifdem fic effe converfa, *Liparæ quoque ab eifdem confulibus obfeffæ.* Ceterum monuere hoc loco juvabit, quod fi quando πληθυντικῶς, ut obfervavit Stephanus Byzantinus, id eft plurali numero, αἱ Λιπάραι commemorantur, non videri unam infulam Liparam, fed omnes Liparenfium infulas promifcue effe intelligendas. Loca auctorum indicarunt Berkelius & Holftenius ad Byzantinum. Et ille quidem locus, qui apud Strabonem eft p. 276. non ipfius Strabonis, (qui conftanter fingulari numero τὴν Λιπάραν dicit;) fed Polybii noftri verba exhibet, quæ emendatiora, quam vulgo leguntur, repræfentavimus in Fragmentis ex Polybii lib. XXXIV. cap. 11. verf. 19. Simillima ratione Aegates infulæ, ab una earum Aegufa, Αἰγούσας vocat nofter I. 44, 2. Verf. 4.

 Verf.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *ἀντέχεσθαι.* Quum non niſi operarum errore *ἀντέλεσθαι* irrepſiſſet in edit. primam, manifeſtum mendum tenuit Hervagius, veram ſcripturam ad oram notaſſe contentus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *κατέστρεψαν τοὺς χρόνους.* — „Poſſet quodammodo *κατέστρεψαν* defendi, ſed uſitatius eſt, ſi de tempore dicitur, *κατέτριψαν.*" REISKIVS. — De eadem correctione cogitaverat Caſaub. in ora Baſil. Nihil tamen temere novatum velim. Recte utique collocatum verbum *καταστρέφειν* fuerit, ubi de tempore, quod definitum ſpatio eſt, agitur: & erat ſane cuique duci Romanarum copiarum tempus definitum, quo elapſo domum revocabatur. Itaque *κατέστρεψαν τοὺς χρόνους* erit, *tempus ſuum exegerunt*, *finierunt*, *terminarunt;* qua notione & verbum *καταστρέφειν*, & nomen *καταστροφὴ* haud raro cum ab aliis, tum a Polybio uſurpatum legimus. Conferri etiam opportune poterit locus Cebetis, Henr. Stephano in Theſ. ad hoc verbum laudatus, *τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ*, *reliquum vitæ tempus in omni miſeria exigit.* (p. 185. edit. Schrœderi, Delphis 1723.)

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *τριάκοντα καὶ τριακοσίαις.* Bis citans hunc locum Suidas, in *Θέρεια*, & in *Κατέσχον*, utrimque neglexit minorem numerum *τριάκοντα.* *Ibid.* Vocabulum *θέρειαν* cum accentu in antepenultima ſcribitur apud Suidam: codices noſtri & h. l. & alibi (ut V. 5, 5. V. 72, 1.) *θερείαν* penacute efferunt, niſi quod ſubinde alius atque alius codex in *θερίαν* aberret, ſicuti h. l. Reg. C. Iſta forma penacuta *θερεία*, quam probavit Budæus in Comment. græcæ linguæ, Henrico Stephano etiam commodior eſt viſa, qui monuit, ſubintelligendum eſſe nomen *ὥρα.* *Ibid.* *καταφράκτοις* cum Vrſino & Reg. B. correxit Caſaubonus. Mendoſe veteres libri omnes *κατάφρακτοι.* Sed perperam idem doctus Editor omiſit ante verbum *κατέσχον* particulam *καὶ*, quam reſtitui ex librorum omnium & Suidæ conſenſu cum edit. 1. & 2. monente etiam Gronovio

novio in Notis ineditis. Eamdem tamen particulam deletam pariter voluerat Scaliger.

Verſ. 8. *εἰς Ἔκνομον.* Citat hæc cum præcedentibus Suidas in Ὑπερῇραν. De *Ecnomo*, monte in meridionali Siciliæ latere, conſulendus Diodorus XIX. 104. & 108. *Ibid.* *αὐτοὺς εἶναι.* — „Malim *αὐτοῖς*, *quod ipſis* (*Romanis* puta) *copiæ pedeſtres ibi locorum* erant." REISKIVS. Verſ. 8.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Verſ. 1. *Ἦν δὲ τῶν μέν.* Sic veteres codices omnes & Reg. B. Quum in edit. 1. operarum errore fuiſſet *ἦν δ' τῶν*, Hervagius inde exſculpſit *ἦν δὴ τῶν*, quod ceteri editores tenuerunt. Rectius Reg. C. *ἦν δ' ἡ τῶν.* Probatior tamen, ut dixi, Suidæ ſcriptura, quam exhibet in Περισπᾷν. Verſ. 1.

Verſ. 2. *ἐμβαλοῦσιν.* *ἐμβάλλουσιν* Aug. Reg. A. Flor. Ex Vat. nil notatum. *Ibid.* *οἷοί τ' ἦσαν* revocavi ex edd. vett. & msstis. Caſaubonus, ſolum Reg. C. ſecutus, *οἷοι ἦσαν* edidit. *Ibid.* *διαναυμαχεῖν* ex Bav. editum eſt: recte. Amat compoſita verba Polybius, & vis aliqua ineſſe præpoſitioni videtur, ut ſit *navali prælio decernere rem.* Simplex tamen *ναυμαχεῖν* habeat Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 2.

Verſ. 3. Pro *πρὸς τὸ κωλύειν* & *πρὸς τὸ βιάζεσθαι* Scaliger *πρὸς τῷ* voluit. Sæpe variant codices, ſæpe in alterum conſentiunt, ſicut h. l. in vulgatam lectionem. Eodem modo omnes *ἐγίγνοντο πρὸς παρασκευήν*, cap. 22, 2. & ſæpe aliàs. Contra, *πρὸς τούτοις ἦσαν τοῖς λογισμοῖς*, I. 20, 2, & *πρὸς ταῖς παρασκευαῖς ὅλος καὶ πᾶς ἦν*, V. 58, 1. Conf. Gronov. ad I. 29, 3. Et utrumque recte dici videtur, *εἶναι* vel *γίγνεσθαι πρός τι* & *πρός τινι.* Si quod tamen diſcrimen eſt ponendum, commodius fortaſſe dicetur *εἶναι πρός τινι*, & *γίγνεσθαι πρός τι.* Verſ. 3.

Verſ. 5 ſq. *διόπερ ἐπιλέξαντες &c.* Habet Suidas in Τριάριοι. Verſ. 5.

Verf. 6. *Verf.* 6. εἶχε προσηγ. εἶχε τὰς προσηγορίας, Suidas. *Ibid.* καὶ τρίτην. Sic emendavi cum Reifkio, ut referatur hoc ad ἐπωνυμίαν, quum καὶ τρίτον perperam ad καὶ τέταρτον relatum fuiffet in codicibus noftris & apud Suidam. Cafaubonus, duo ifta verba prorfus abjiciens, præeuntem habuit codicem Reg. C. & ex parte Reg. B. in quo fubducta lineola notantur, ut fufpecta, eadem verba. Pariter Perottus; qui, prætermiffis infuper aliis nonnullis verbis, fic dedit: *præter quartam, quæ, ut in pedeftri exercitu, Triarii vocati.* Aretinus: *quarta vero & poftrema;* ut pro καὶ τρίτον videatur legendum, fufpicatus καὶ ἔσχατον vel ὕστατον. Ad eadem verba ex ora Bafileenfi Adnotationem ISAACI CASAVBONI hanc protulit filius ejus Mericus: „Xylander (fi Xylandri manus eft illa, quam habuimus eo in codice qui difcerptus eft in edendo:) nefcio an e conjectura, an e libris, pro καὶ τρίτον emendabat στράτευμα, quam lectionem nufquam inveni. Abeft vox τρίτον a meo Polybio. [Is eft idem codex, quem nos Reg. C. infignivimus.] Ex pag. feq. apparet, folum τέταρτον ita dictum. Et Lipfius vehementiffime fallitur: ipfe Polybius pag. feq. [hoc cap. verf. 13 fq.] & τρίτον στρατόπεδον & τρίτον στόλον vocat.“ — Scilicet LIPSIVS, in Analectis ad lib. IV. dial. 1. de Milit. Romana, nullum mendum in græcis fufpicans, ea fic expofuerat: *Quæque autem pars duplicem agnominationem habebat. Dicebatur enim Prima Legio, & Prima Claffis, & fic deinceps. Quarta autem & tertia pars agnominationes non habebant: fed Triarii dicebantur, juxta confuetudinem in pedeftribus copiis.* Ad hæc obfervaverat idem: „Sciendum igitur, copias ita divifas locatafque fuiffe, ut duæ poftremæ partes ad latera fibi junctæ fuerint, eoque Triarii dicti: non autem Tertia illa in medio ponenda. Hic Polybii locus tenebras alioqui habeat.“ — Xylander in Germanica verfione a vulgato contextu græco non receffit. Ad oram codicis Reg. A. hoc loco adfcripta funt verba, Τριάριοι ἐπὶ στόλου.

Verf.

Verſ. 7. *ἰδίᾳ νεώς.* Scriptura hæc, quam ex Reg. B. C. adoptavit Caſaubonus, haud dubie ingenio recentioris critici debetur. Vocabulum δυνάμεως, quod mendoſe pro iſtis exhibent edit. 1. 2. cum veteribus msstis omnibus, per oſcitantiam ex ſuperiori linea repetitum. νεὼς (abſque ἰδίᾳ) pro δυνάμεως reponere juſſit Scaliger. REISKIVS, veterum codicum veſtigiis preſſius inhærens, legendum ſuſpicatus eſt, ὡς ἂν νεὼς ἑκάστης [malim ἑκάστης νεὼς] ἑνυαμένης λαμβάνειν. Verſ. 7.

Verſ. 9. *θεώμενος.* γενόμενος ὑπὸ τὴν ὄψιν Suidas in Μεγαλυμερία. *Ibid.* μεγαλομερίαν. μεγαλομέρειαν Scaliger, citra neceſſitatem, & contra librorum conſenſum. Verſ. 9.

Verſ. 10. *διότι τὸν μὲν πλοῦν.* Sic edit. 1. 2. cum vetuſtioribus codicibus. Pro Polybiano διότι, deſtinato conſilio ὅτι dare ſolere juniores codd. Reg. B. C. jam aliâs monui. Pronomen autem αὐτοῖς non modo non deſiderabatur, ſed importunum magis hoc loco, quam commodum, videri debebat. *Ibid.* πελάγιον. Neceſſaria utique fuit hæc Caſauboni emendatio. conf. ad I. 37, 4. Quoniam *per medium mare* erat navigandum, ubi omni ex parte invaſioni claſſis hoſtilis obnoxia erat claſſis Romana, ea uſi ſunt ratione claſſem inſtruendi, quæ ſimul ad navigandum, ſimul ad committendum prælium, undecumque adpareret hoſtis, commodiſſima videbatur. Verſ. 10.

Verſ. 11. Μάρκος Ἀτίλιος. Μάρκιος prave ex Bav. legebatur in edit. 1. 2. *Ibid.* Μάλλιος recte ſcripſit Hervagius pro Μάλιος, quod erat in codicibus, & pro Μάνλιος, quod refragantibus libris dederat Obſopœus & ex eo Reg. B. C. Notum eſt, *Manliorum* nomen Μάλλιος a Græcis efferri. Verſ. 11.

Verſ. 12. ἑκατέρᾳ recte ex Reg. B. C. edidit Caſaub. monente etiam Vrſino. Nempe ἑκατέραι dederat Hervag. cum Vat. Aug. Reg. A. vocali jota non ſubſcripta, ſed ad latus poſita, quod in Vaticanis membranis conſtanter ita factum. Mendoſe ἑκατέραν Bav. & ex eo edit. 1. Verſ. 12.

Ibid.

Verf. 12. *Ibid.* τὴν ἐπίστασιν ἐπ' ἀλλήλοις εἶχεν. Fuit tempus, cum ἐπισύστασιν fufpicaretur Cafaubonus, ut docuit filius ejus Mericus. Nec vero folicitatam velim vulgatam fcripturam. Neque ἐπίστασιν hic, cum REISKIO, putem idem effe ac ἐπιστασίαν, *infpectionem*, *obfervationem*, *invigilationem*. Quam in fententiam fic ille in hunc locum commentatus eft: „Cum fequens navis (inquit) præcurrentem ita cingeret quafi, ut latus ejus externum intra latus fuum internum haberet, eoque latus hofti patens navis fibi fubjectæ in confpectu haberet, ita fiebat, ut naves omnes inter fe mutuam fibi tutelam & velut infpectionem præftarent." — Immo vero, ἐπίστασιν ἔχειν nil aliud eft, quam ἐπιστῆναι, *poft alterum ftare*, *alterum excipere;* quemadmodum ἐπέστησαν verf. 12. & 14. eft *poft alteros ftatuerunt* vel *collocarunt*, & ἐπιστάτης, *qui alteri a tergo ftat in acie.* Eodem modo phrafin iftam accepiffe Gronovium, ex Notis ejus ineditis intellexi.

Verf. 13. *Verf.* 13. ἐπέβαλε τούτοις, ἐπὶ μίαν ναῦν ἐν μετώπῳ, τὸ τρίτον στρατόπεδον. Familiaris fatis formula in Tacticis, ἐφ' ἑνὸς τάττειν vel ἄγειν τοὺς ἄνδρας, *fingulos viros deinceps*, *uno longo ordine*, *collocare vel ducere;* ἐπὶ δύο, (pro ἐπὶ δυοῖν,) *binos*, conf. I. 22, 9. ἐπὶ τεσσάρων, *quaternos in ordinem*, *vel quaternos in frontem;* & fic porro. Eodem modo ἐπὶ μιᾶς τάττειν τὰς ναῦς, eft, *tenui ac longo ordine locare naves, fingulas in ordinem naves, unam poft alteram.* Ifti phrafi contrariam plane vim habet illa, τάττειν, ἐπιβάλλειν, vel ἐκτείνειν τὸν στόλον ἐπὶ μίαν ναῦν, quod fonat *naves omnes una eademque linea*, *uno lato ordine*, *in frontem dirigere; aliam juxta aliam una ferie collocare*, atque ita *frontem extendere.* Vide mox rurfus verf. 15. & I. 27, 3. 60, 10. Eodem modo I. 33, 6. τοὺς ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε, *elephantos una lata ferie, alium juxta alium*, *in fronte ante reliquum exercitum collocavit.* In eamdem fere fententiam, apertiore quodammodo formula, ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν τάττειν vel παρεμβάλλειν,

λειν, de peditum vel equitum acie dicitur; ut III. 72, 8. XVI. 18, 6. ubi tamen non de singulis viris, sed de singulis peditum equitumve generibus atque corporibus agitur, *in unam frontem directis*, ita, ut non aliud genus post aliud locaretur.

Verſ. 16. ἔμβολον, *roſtrum*. Ad latini sermonis usum adcommodatius, *cuneum*, nempe *figuram triangularem*. ἔμβολος erat in edit. 1. ex Bav. quod perinde est. Ceteri codices, & Regii etiam B. C. in ἔμβολον consentiunt, quod ex Aug. adoptavit Hervagius. Verſ. 16.

CAPVT XXVII.

Cap. XXVII.

Verſ. 2. Quod ἐνθαρσῶς habet edit. 1. pro εὐθαρσῶς, non nisi operarum errore factum est: quare non dubium videri Reiskio debuit, utrum sit præferendum. Verſ. 2.

Verſ. 3. τὰ μὲν τρία μέρη &c. Quod pro μὲν est ἐπὶ in edit. 1. & pro τῆς αὐτῶν est τῆς αὐτῆς in edit. 1. 2. meri sunt operarum errores, quos non agnoscunt scripti libri. Eodem modo paullo post, pro κυκλώσοντες, erat κυκλώσαντες in edit. 1. 2. & Reg. B. C. quod renovato errore rursus in editionem Ernestinam irrepsit. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὸ δὲ τέταρτον, εὐώνυμον τῆς ὅλης τάξεως ἐποίουν, ἐν ἐπικαμπίῳ, νεῦον πρὸς τὴν γῆν. Casaubonus: *quartam, eamdemque totius aciei sinistram partem ad forcipis concinnant figuram, ita, ut ad terram vergat.* De ἐπικαμπίῳ τάξει, quam *forcipem* latini scriptores vocant, vide nonnihil apud Aelianum in Tact. cap. 45 sq. & quæ ibi Arcerius notavit. Est nimirum, cum frons aciei ab utraque parte antice *inflexa* est, ita, ut duæ utrimque extremitates ultra mediam partem promineant, & huic utrimque *ad rectos angulos* insistant. (Vbi non ad angulos rectos, sed ad obtusos, vel ad curvam lineam inflexa frons est, κοιλὴ φάλαγξ, *lunata vel falcata* introrsum *acies* dicitur.) Confer Polyb. V. 82, 9. & XII. 21, 6. & Diodori Siculi loca, collecta a Wesselingio ad Diod. XVII. 57. Pari modo in descriptione castrorum Romanorum apud Polyb. Verſ. 4.

VI.

Verf. 4. VI. 31, 2. *tentoria selectorum ex equitibus extraordinariis habent* οἷον ἐπικάμπιον τάξιν *ad tentoria tribunorum*, id eft, *lineæ illi, ad quam directa funt tentoria tribunorum, utrimque ad angulos rectos infiftunt.* Sed ad ἐπικάμπιον non neceffario requiritur, ut *utrimque* ita inflexa fit linea: etiam *ex una parte* fi inflexa ad angulum rectum linea eft, atque ita in duas lineas divifa, altera refpectu alterius ἐν ἐπικαπίῳ pofita dicitur. Atqui ita hoc loco res intelligenda: *quartam partem*, ait Polybius, *a lævo totius aciei locarunt, inflexa ad rectum angulum linea,* (poft ἐπικαμπίῳ comma interpone) *ita, ut ad terram vergeret.* Hoc autem, *ut ad terram vergeret*, non fane cum Gronovio (in Notis msstis) intelligam, ut proræ ad terram verfæ effent, fed ut lævum illud aciei Punicæ latus, quod dicit, a parte terræ fuerit, & ut ifta pars aciei, de qua nunc loquitur, propius terram fuerit locata.

Verf. 5. *Verf.* 5. Ἡγοῦντο δὲ τῶν Καρχ. *&c.* Duplicem Punicæ claffis aciem fuiffe dixit: alteram majorem, in qua erant tres partes totius claffis; alteram minorem, quæ nonnifi reliqua quarta parte claffis conftabat. Majoris aciei naves omnes, in unam lineam directæ, uno lato ordine in altum pelagus extenfo, hoftem ex adverfo advenientem, cum a meridionali Siciliæ latere verfus Carthaginem navigaret, exfpectabat. Altera acies minor, ad lævum latus totius claffis, inflexa linea, alteri fere ad angulum rectum infiftebat, &, propius terram locata, velut ex infidiis opportunitatem rei gerendæ obfervabat. Major illa rurfus in duas partes erat diftributa, quarum dextimæ *Hanno*, lævæ *Amilcar* præerat. Quis minori illi aciei fuerit præfectus, quæ inflexa a lævo linea juxta littus locata erat, non promit: videtur illa ex eodem lævo cornu, cui Amilcar præfuit, fuiffe abftracta. Certe eamdem illam feparatam aciem *lævum cornu* deinde vocat cap. 28, 10. five quod fuerit pars totius lævi cornu, five quod toti reliquæ aciei a lævo ftaret.

Ibid.

Ibid. ἐπίπλους καὶ πεντήρεις. ἐπίπλους scil. ναῦς (quarum non nisi h. l. & I, 50, 6. mentio occurrit) ex conjectura Casaubonus *rostratas naves* interpretatus est, probante Ernesto in Lexic. Polyb. Nec immerito, ut videtur. Nomen habent a τοῦ ἐπιπλεῖν, non quatenus verbum hoc *pone navigare* significat, vel *subsequi navigando*, ut I. 29, 2. 50, 5. (quo respectu Wesselingius ad Diodor. Tom. II. p. 443. ἐπίπλους statuit dici posse naves extremo in agmine procedentes;) sed quatenus, ex alia notione præpositionis ἐπὶ, verbum ἐπιπλεῖν significat *navigare adversus hostem, petere hostem;* qua ratione & ὁ ἐπίπλους, substantive, est *adventus classis hostilis*, I. 29. 5. 49, 8. III. 96, 1. & τὸν ἐπίπλουν ποιεῖσθαι, *navigare adversus hostem* I. 29, 4. 50, 8. & sæpe aliàs. REISKIUS, delere h. l. jubens copulam καὶ, inter ἐπίπλους & τριήρεις interſertam, ἐπίπλους esse attributum ait vocabuli πεντήρεις, significans *ad bene navigandum, aut ad incurrendum habiles.* *Ibid.* λειφθείς. Mendose ληφθεὶς Aug. Reg. A. C. Sæpe in hoc verbo peccarunt librarii nostri. Vers. 5.

Vers. 6. περὶ Τυνδαρίδα. Sic editi omnes, errore ex edit. 1. propagato. Veteres mssti omnes h. l. περὶ τὴν Τυνδαρ. quod repositum velim. Supra quidem, cap. 25, 1. πρὸς Τυνδαρίδα absque artic. dant iidem veteres libri, ubi edit. 1. 2. & Reg. B. C. mendose πρὸς τὴν δαρίδα. *Ibid.* στρατηγήματι. στραταγήματι edit. 1. 2. Reg. B. C. contra veterum codicum fidem. Vers. 6.

Vers. 9. ἀπέσπαστο. ἀνέσπαστο Reg. C. quod & in Xylandri libro adnotatum fuisse ait Casaub. in ora Basil. Idem Reg. C. mox rursus ἀνεσπακέναι habet pro ἀπεσπακέναι: temere utrobique. Vers. 9.

Vers. 10. ἐπεὶ δὲ τὸν πρῶτον. Post ἐπεὶ δὲ, nescio quo casu, in edit. Gronovii inserta est partic. καὶ, quam nullus scriptus codex agnoscit. Eamdem perperam tenuit editio Ernest. *Ibid.* Verbum ἐδόκουν male abest ab Aug. & Reg. A. *Ibid.* μετεβάλλοντο. μετεβάλοντο Flor. Vers. 10.

Vers.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἅμα δὲ καὶ τῷ συναγωνιζομένων. τῷ συναγωνιζομένῳ Reg. B. contra ceteros libros omnes. Sic tamen & ex conjectura reſcribere juſſit REISKIUS, idem eſſe monens τὸ συναγωνιζόμενον τῶν στρατηγῶν, atque τὸν συναγωνισμὸν αὐτῶν. Neque vero video, cur inſolentius dicendi genus (Polybio certe inuſitatum) invehere maluerit, quam vulgatam lectionem tenere, cui eadem ſententia, quam voluit ille, minime obſcure ſubjecta eſt. Ordo naturalis orationis facile intelligitur, τῷ τὸν κίνδυνον ποιεῖσθαι συναγωνιζομένων τῶν στρατηγῶν, *eo quod pugnarent milites, periculum participantibus imperatoribus. Ibid.* καὶ τῷ ἐν ὄψει. Sic Bav. Vat. Flor. Reg. A. Mendoſe καὶ τῶν Aug. & eodem modo edit. 1. operarum errore, & edit. 2. & Reg. C. quod ex καὶ τῷ corruptum eſſe perſpecte intellexit Reiſkius.

Ibid. Verba οὐχ ἧττον cum præcedentibus conjuncta voluit idem REISKIUS, ut comma poſt iſta verba reponeretur, hac ſententia, ut dicat Polybius, *tertium illud, quod in conſpectu imperatorum ſuorum pugnarunt Romani,* (quo nempe ſpes præmiorum & metus pœnarum continebatur) *non minus valuiſſe in animos militum,* quam reliquæ duæ cauſſæ, quæ prius adlatæ ſunt. In quo quidem non præfracte repugnare velim docto viro: ſed tamen, ſi id dicere voluiſſet Polybius, videtur verba οὐχ ἧττον initio fuiſſe poſiturus, hoc modo, καὶ οὐχ ἧττον τῷ ἐν ὄψει &c. Ac videntur commodius hæc, οὐχ ἧττον οἱ Ῥωμαῖοι εἶχον ἐπικυδεστέρας ἐλπίδας, referri ad id, quod præceſſerat, πολὺ περιῆσαν οἱ Καρχηδόνιοι. *Pœni celeritate quidem navium* &c. *multo erant ſuperiores; at Romani nihilominus* ob memoratas cauſſas *prævaluerunt.*

Cap. XXVIII.

CAPUT XXVIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀφέμενοι. ἀφελόμενοι Bav. minus commode.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. χωρισμόν. Haud cunctanter debueram χειρισμὸν reponere, quemadmodum X. 35, 5. feci, ubi pariter perperam χωρισμὸν dabant libri omnes, quod ibi quidem

quidem infra contextum adnotare oblitus sum. Eamdem correctionem huic loco adferendam vidit Casaubonus post editum Polybium, ut testatur filius Mericus. In eodem vocab. pari modo bis peccarunt plerique librarii lib. XV. 34, 4.

Verf. 5. & 6. Cum ISAACVS CASAVBONVS ad oram Basil. (ut refert Mericus) ad verba οἱ γὰρ πρῶτοι vers. 6. hanc dubitationem significasset: τὸ γὰρ quo spectat, aut quid sibi vult?" — difficultatem hujus loci tolli putavit MERICVS CASAVBONVS, inserta particula negante οὐκ ante verbum ἐπετελεῖτο; & totius loci hanc interpretationem adjecit: „*Quoniam autem utriusque exercitus æquales erant partes, certamen quoque per initia pugnæ utrimque æquari contigit. Enimvero non in singulis partibus etiam circa finem* (vel, *in fine*) *pugnæ id evenit pugnantibus, quod evenire debuit, quotiens inter adversarios rebus omnibus æquales pugnatur. Primi siquidem* (tantum abest, ut æquo marte pugnaverint:) *etiam rem decreverunt. Tandem enim Amilcar* &c." — Quæ quidem ratio, valde dubito, an vel per se probabilis videri cuiquam possit, vel satis idonea ad difficultatem, si qua inest huic loco, levandam. Verba, quæ versu 6. continentur, absque lacunæ signo vulgo eduntur. Et CASAVBONVS quidem, (*Isaacum* semper dico, non *Mericum*, ubi nude *Casaubonum* commemoro,) nullam hiatus suspicionem significans, verba οἱ γὰρ πρῶτοι καὶ διεκρίθησαν ita est interpretatus, *nam primi quidem etiam pugna decreverunt.* Quæ interpretatio ferri utcumque potest, atque ita intelligi, ut absque hiatu orationi Polybianæ constet ratio. Nec SCALIGER lacunæ suspicionem ullam significavit: modo οἱ γοῦν πρῶτοι, pro οἱ γὰρ πρῶτοι, rescriptum voluit. Sed vix tamen possum, quin REISKIO adsentiar, lacunam hic statuenti, & ea verba supplenti, quæ in scholio infra contextum adposui. In eamdem cogitationem GRONOVIVS inciderat, qui in *Notis ineditis* ait: „Suspicor, in Græcis excidisse aliquid, similitudine vocum. Dicendum enim fuerat, οἱ

Verſ. 5. 6. γὰρ πρῶτοι ἀρξάμενοι, πρῶτοι καὶ διεκρίθησαν. Certe ſic exponendum." Nempe, (quemadmodum fere idem monuit Gronovius,) quum tribus locis, viribus fere utrimque paribus, pugnaretur, conſentaneum (κατὰ λόγον) erat, ut in ea parte primum dirimeretur prælium ac decerneretur pugna, qua in parte primum pugnari cœptum erat. Itaque cum Amilcar primum conſeruiſſet pugnam cum utroque Conſule, primum etiam hac in parte depugnatum eſt, Amilcare in fugam verſo. Secundi prælium capeſſiverant Hanno & Triarii, & inter hos ſecundo loco decreta res eſt, fugato Hannone poſt M. Manlii adventum. Tertii & ultimi prælium inchoarant οἱ παρὰ τὴν γῆν τεταγμένοι τῶν Καρχηδονίων cum tertia claſſe Romanorum: & ab hac parte poſtremo omnium, interveniente utroque conſule, depugnatum eſt, quinquaginta navibus hoſtium captis, reliquis in fugam pulſis. FREINSHEMIUS in Supplem. libri XVIII. hiſtoriæ Livianæ cap. 8. paullo quidem aliter, ſed tamen in eamdem fere ſententiam, locum hunc Polybii interpretatur: „*Evenit*, inquit, *quod neceſſum eſt, ubi ſimul pluribus locis æquali virium robore pugnatur; ut, quæ pars primo pulſa fuit, totius certaminis victoriam daret:*" — nempe quod ii, qui hac ex parte victores erant, ceteris deinde ſuarum partium ſuccurrere & novum illis robur addere potuerunt. Verbum quod adtinet διεκρίθησαν, duplici notione h. l. accipi illud poteſt: altera, quam in verſ. lat. expreſſi. Nempe διακριθῆναι dicuntur pugnantes, cum *prælium dirimitur, cum ex prælio utrimque diſcedunt.* Sic ſæpe apud Thucydidem, & apud Appianum, cum alibi, tum de Bell. Civil. I. cap. 89 extr. καὶ φανέντες ἀλλήλοις ἰσόμαχοι, μετὰ σκότους διεκρίθησαν, id eſt, *neutro inclinante victoria, nox diremit prælium.* Et Civil. IV. 62. ἀγχώμαλοι διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, *dubio marte e prælio utrimque diſceſſerunt.* Cujus generis loca ſcriptorum animo meo obverſata erant, cum in verſ. lat. ſcriberem, *prælium diremtum eſt.* Sed aptior utique h. l. & Polybiano etiam ſtylo convenientior fuerat altera ejuſdem

verbi

verbi notio, quam Casaubonus expressit; qua διακρίνεσθαι vel κρίνεσθαι idem est ac κρίνειν τὴν μάχην, vel μάχῃ κρίνειν τὰ πράγματα, *prælio rem decernere*, *depugnare cum hoste*. conf. II. 22 extr. III. 111, 2. In eamdem sententiam loca ex Diodoro & ex Iosepho collegit Wesseling. ad Diodor. XII. 80. Sic & Pausan. IX. p. 737. πᾶσιν ἐδέδοκτο ἀγῶνι διακρίνεσθαι, & Homerus passim κρίνεσθαι ἄρηϊ. Nec tamen quoad rem ipsam, hoc quidem loco ita multum differt inter hanc, & illam, qua nos usi sumus, interpretationem. Vers. 5. 6.

Vers. 10. ὑπὸ τοῦ τῶν Καρχηδονίων εὐωνύμου κέρατος. Hi manifeste sunt οἱ παρὰ τὴν γῆν τεταγμένοι τῶν Καρχηδονίων, quos dixit vers. 2. quorum aciem cap. 27, 4. dixerat εὐώνυμον fuisse τῆς ὅλης τάξεως, id est, toti reliquæ aciei ad lævum collocatam. conf. quæ notavimus ad cap. 27, 4 & 5. Itaque a vero prorsus aberasse REISKIVS videtur, cum *sinistrum cornu*, quod h. l. Polybius dicit, intellexit „sinistrum cornu classis dextræ, quam Hanno ducebat:“ et „dextrum enim cornu, ait, dextræ hujus classis triarios a tergo premebat, sinistrum autem tertiam Romanorum classem a fronte oppugnabat.“ Vers. 10.

Vers. 12. ταχέως δ' ἐπιγενόμενοι. Conjunctionem ex msstis restitui; quæ quum, errore operarum ex edit. 1. propagato, abesset vulgo, Reiskius particulam οὖν inferendam suspicatus erat. Vers. 12.

CAPVT XXIX. Cap. XXIX.

Vers 1. καταρτίσαντες ex edit. 1. & msstis revocavi. καταρτήσαντες mendose erat in edit. 2. Hinc καταρτύσαντες editiones sequentes, ex Casauboni correctione, invitis libris: quare non erat, cur hoc Polybii loco uteretur Wesselingius ad fulciendam eamdem scripturam apud Diodorum XIX. 106. Ceterum & Scaliger καταρτύσαντες h. l. scriptum voluerat. Confer quæ de verbo καταρτίζω dixi ad cap. 21, 4. Vers. 1.

Ibid. ὡς ἐπὶ Λιβύην. Particulam ὡς, temere a Casaubono omiſſam, reſtitui ex edit. 1. 2. conſentientibus msstis.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. προσσχόντες. Sic recte h. l. Vat. Vulgo ceteri mssti cum editis προσχόντες. — *Ibid.* πρώταις. Perperam πρώῤῥαις Aug. Reg. A. Hinc πρώραις edit. 2. in textu, & veram ſcripturam in margine exhibet. *Ibid.* τὴν ἄκραν τὴν Ἑρμαίαν ἐπονομαζομ. *Hermæum* ſive *Mercurii promontorium.* Pro verbo compoſito ſimplex ὀνομαζόμενον habet edit. 1. ex Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐγίγνοντο πρὸς τό. πρὸς τῷ corrigere juſſit Caſaub. in ora Baſil. ſuffragante filio Merico. Conf. notata ad I. 26, 3. GRONOVIUS ad hunc locum: „Corrigi volunt, ait, πρὸς τῷ πολιορκεῖν. Incertum qua ratione: cum & infra hoc libro, [I. 36, 5.] ἐγίνοντο πρὸς τὸ καταρτίζειν. Et [I. 55, 5.] ἐγένετο πρὸς τὸ καινοτομῆσαι. Lib. III. [71, 1.] ἐγίνετο πρὸς τὸ καταστρατηγεῖν. Et [III. 82, 11.] ἐγίνετο πρὸς τὸ διακινδυνεύειν. Lib. IV. [81, 3.] ἐγίνετο πρὸς τὸ συντελεῖν. Quæ omnia intacta relinquunt." — Scaliger & h. l. & conſtanter fere πρὸς τῷ ad oram ſui libri adſcripſit. In nonnullis ex citatis a Gronovio locis variant libri mssti.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. μετὰ ταῦτα. Vtique ex msstis & edit. 1. 2. reſtituenda eſt particula δὲ, & μετὰ δὲ ταῦτα ſcribendum: quod & REISKIUS monuit, licet, quid ſpectarit vir doctus, dum ita h. l. reſcribere juſſit, non ſatis adpareat; cum non ſolum nihil amplius ad hunc locum adnotarit, ſed etiam paullo poſt (I. 30. 14.) in ſimillimo caſu, ubi μετὰ δὲ ταῦτα editum erat, delere conjunctionem juſſerit. Sed ad IX. 31, 4. & ad X. 16, 7. monuit idem, particulam δὲ in hujuſmodi locis more Homerico & Herodoteo redundare, repetitam in poſteriori orationis membro ex initio periodi, ubi cœpta erat ea ſententia, quæ nunc, poſt nonnulla interſerta, reſumitur atque expletur. Cujuſmodi in locis poſterius hoc δὲ latine per *igitur*, aut, ſi mavis, per *inquam* reddi commode poteſt; nec male etiam per ipſum Latino-

Latinorum *vero* interdum exprimetur. Eumdem uſum hujus particulæ vindicavit exemplifque illuſtravit Hoogeveen in Doctrina Particularum Græcæ linguæ cap. 14. ſect. 1. art. 25. Hoc igitur loco particula δὲ, in μετὰ δὲ ταῦτα, repetita ac velut reſumta eſt ex illo initio totius ſententiæ εἰ δὲ Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες, cum quo initio hæc, quæ nunc ſequuntur, connexa ſunt. Sic X. 16, 6 ſq. περὶ δὲ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι περὶ μηδὲν ---, ὑπὲρ τούτου δὲ τοῦ μέρους εἴρηται πρότερον. Sic Iſocrates in Panegyrico, [cujus verba poſt Devarium protulit Hoogeveen loc. cit.) ἃ ΔΕ' ἐστιν ἴδια, ait, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα Δ' ἐμὸν ἔργον εἰπεῖν ἐστί. ubi Devarius quidem poſterius δὲ pro δὴ uſurpatum monuit, non tam immerito, quam viſum eſt Hoogeveenio; Morus vero, vir doctus, qui Panegyricum illum ſuis Animadverſionibus illuſtratum ſeparatim edidit Lipſiæ 1766. etiam δὴ pro δὲ repoſitum voluit, p. 70. qua quidem emendatione facile utique caremus. Eadem prorſus ratio eſt duorum locorum, quæ ex Platone, alterum ex Phædone, (cap. 62. p. 302 edit. Forſteri) alterum ex Protagöra, poſt Budæum & Devarium idem Hoogeveenius laudavit; ubi ſimul monuit, uſurpari in apodoſi ſententiæ iſtam repetitionem particulæ δὲ tunc præſertim, cum longior quidam eſt ſententiæ progreſſus, & interſertis nonnullis membris ſuſpenditur oratio. Quæ loca & his ſimilia conſiderans equidem, ac cum his conferens Polybii verba II. 37, 3. ubi poſt tale initium ſententiæ, Ἡμεῖς Δ' ἐπειδὴ . . . ἐπηγγειλάμεθα ποιήσασθαι &c. ſequitur (ex concordi quidem veterum codicum ſcriptura) hæc apodoſis, πρέπον Δ' ἂν εἴη &c. intelligo, non magis idoneam mihi fuiſſe cauſſam, cur abjicerem poſterius δὲ, quam fuit Caſaubono, cur illud in γε mutaret. Amatur autem pleonaſtica iſta repetitio conjunctis δὲ præſertim, ubi apodoſis incipit a particula, tempus denotante; fere ut Latini, pro ſimplici *tum*, *tum vero* dicere amant. Sic μετὰ δὲ ταῦτα hoc ipſo loco, in quæ hæremus, & VI. 41, 6. & IX. 31, 4. & I. 30, 14. Verſ. 6.

 quo

Verf. 6. quo loco cum majori parte veterum codicum μετὰ δὲ ταῦτα refcribi debet pro μετὰ ταῦτα, quod ex Bav. exhibuimus. Pari modo I. 40, 6. & XI. 22, 10. poft ἐπεὶ δὲ vel ἐπειδὴ δὲ, refumitur in apodofi τὸ τηνικαῦτα δέ. Similiter apud Platonem in Phædone cap. 17. p. 88. edit. Forft. τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος - - -, ἐνταῦθα δὲ &c. Et, fi quid is agat, abunde puto exemplorum ubivis inveniet.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐμμένειν. μένειν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 9. *Verf.* 9. ὑπολειπόμενος ναῦς. Perperam Cafaubonus ex Reg. B. ediderat ὑπολειπόμενος ἔχων ναῦς. Nec defideratur ullo modo illud participium ἔχων, nec agnofcunt veteres libri. ὑπολειπόμενος ναῦς τετταράκοντα, eft *relinquens fibi, reliquas fibi faciens*, i. e. *retinens, fecum fervans*. Pari modo II. 12, 2. ὑπολειπόμενος τετταράκοντα σκάφη. Ceterum, quod ὑπολιπόμενος h. l. in Aor. 2. legendum ait Reifkius, non fatis prægnantem effe caufam, intelligitur ex eis, quæ diximus ad τοῖς ἀναγράφουσι I. 1, 1. Habet tamen ὑπολιπομ. in aor. codex Bav. ex emend. & Reg. B.

Verf. 10. *Verf.* 10. Λεύκιος. Sic reponere jam Scaliger juffe rat in ora fui libri, & Cafaubonus in ora Bafil. qui in verfione latina recte etiam *L. Manlius* fcripfit: nos, ne mendum e græco tollere dubitaremus, commovit cap. 26, 11. & 28, 10. *Ibid.* Verba ἀναλαβὼν τὰ πληρώματα, & quæ fequuntur, laudat Suidas in Πληρωμ.

Cap. XXX. CAPVT XXX.

Verf. 1. *Verf.* 1. *Amilcarem Heraclea arceffunt.* vide cap. 27, 6. & 28, 6. Is ergo, quum reliqua Pœnorum claffis Carthaginem rediret (cap. 29, 4.) Heracleam repetierat, de qua conf. cap. 25, 9. & 18, 9.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἐπεπορεύετο fcil. τὴν χώραν. cf. v. 14. Perperam ἐπορεύετο Aug. Reg. A. Sæpiffime hac parte peccarunt librarii, ut præpofitiones verborum compofitorum negligerent; & in hoc ipfo præfertim verbo nonnumquam codices omnes noftri in fimplex verbum confentiunt, ubi necef-

necessario compositum requirebatur. *Ibid.* τὰ μὲν ἀτείχιστα τῶν ἐρυμάτων, *castella, quae muris carebant.* Sic IV. 58, 7. ἄκρας ἀτειχίστου meminit, id est, *arcis, quae muris non erat cincta.* Intelligenda loca natura munita; tumuli, nulla manuum arte magnopere muniti, simplici vallo cincti. Sic mox τόποι ἐρυμνοὶ vers. 8. sunt λόφοι, coll. vers. 7. & 11. Vers. 4.

Vers. 5. εἰς πόλιν ex Bav. editum. Perinde est, hoc teneas, an illos codices sequaris, qui πρὸς praeferunt. *Ibid.* Ἀδὶν pariter ex Bav. Sic & Aretinus *Adin*, & Perottus *Adim*, Ignotum ceteroquin oppidum. *Ibid.* ἀξιόχρεων correxi cum Reiskio & codd. Reg. B. C. Perperam vulgo cum veteribus msstis legabatur ἀξιόχρεω. vide II. 46, 3. III. 18, 1. &c. Error natus ex neglecta lineola, quae in vetustiore codice, communi omnium nostrorum fonte, ducta erat super vocali ω, ad indicandam literam ν. — *Ibid.* συνίστατο ἔργα. conf. ad I. 24, 12. Vers. 5.

Vers. 6. τῇ δὲ πόλει operarum errore in nostram edit. irrepsit. Rescribendum τῇ τε cum msstis & editis omnibus. Vers. 6.

Vers. 9. Post ἀνέμειναν rectius delebitur comma. Vers. 9.

Vers. 11. ἐκβοηθήσαντες recte editum ex Bav. Perperam ἐκβοηθήσοντες Vat. Aug. Reg. A. Persaepe confundendo hujus generis participia peccarunt librarii nostri, ut nonnumquam invitis omnibus codicibus oportuerit restituere verum. *Ibid.* ἐκκλῖναι. ἐγκλῖναι ex edit. 1. propagatum erat. In Bav. mendose utraque conjuncta est scriptura (sic) ἐγκκλῖναι, ut videatur primum scribere voluisse ἐγκλῖναι, deinde corrigere ἐκκλῖναι, quod dant Aug. Reg. A. & Flor. Ex Vat. nil adnotatur. Ceterum, utrum teneas, perinde est: vide ad I. 19, 2. Vers. 11.

Vers. 12. ἐπεὶ δὲ monente Vrsino correxit Casaub. Mendose ἐπειδὴ edd. vett. cum msstis omnibus. Non unus est hic locus, ubi perperam particulas δὲ & δὴ eodem modo inter se permutatas invenias: vide I. 80, 9. IV. 38, 11. *Ibid.* προπεσόντες. Sicut saepissime in confundendis Vers. 12.

præpositionibus πρὸ & πρὸς, sic in hujus præsertim verbi compositione errarunt librarii, conf. Lexicon Polybianum. *Ibid.* ὑπὸ τῶν. ἐκ τῶν ἐκ θατ. edit. 1. ex Bav. minus recte.

Vers. 14. *Vers.* 14. τόπον. χρόνον Vrsinus ex ingenio. Nil opus. *Ibid.* μετὰ ταῦτα. Sic edit. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Sed inde ab Hervagio editum erat μετὰ δὲ ταῦτα cum Aug. Reg. A. Vat. & Flor. Delevi conjunctionem cum Bav. monente etiam Reiskio. Sed diligentius interim reputans usum istius particulæ, de quo dixi ad I. 29, 6, probatiorem esse intellexi reliquorum codicum scripturam, & restitutum μετὰ δὲ ταῦτα velim. Incommodam hoc loco ratus illam particulam librarius codicis Bav. sua auctoritate eam omisit.

Cap. XXXI.

CAPVT XXXI.

Vers. 1. *Vers.* 1. κατὰ γῆν. τότε δὲ καὶ κατὰ γῆν voluit Reiskius, quod facile patior; ac sæpe ante κατὰ omiserunt καὶ nonnulli ex nostris librariis. *Ibid.* ἐνεπεπτώκεσαν. ἐνεπεπτώκεισαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perinde est. Sed sæpe in illam terminationem plusquamperfecti εσαν pro εισαν consentiunt libri nostri omnes.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἅμα γὰρ τοῖς. ἅμα γὰρ καὶ τοῖς edit. 2. cum Aug. & Reg. A. Copulam ignorant Bav. Vat. & Flor. meritoque eam ejecit Casaubonus. *Ibid.* κακά. κατὰ τὴν χώραν edit. 2. male, & invitis msstis, nisi quod in eumdem errorem incidit Reg. B.

Vers. 3. *Vers.* 3. συνακολουθήσαι. Vulgo editi & mssti h. l. ξυνακολουθῆσαι. Literam ξ in σ mutavi, quoniam formam istam respuit usus Polybii. Sed fortasse συνεξακολουθῆσαι scripsit, quo verbo constanter aliâs uti solet, non illo: nam quod συνακολουθ. vulgo editur III. 55, 3. id contra codicum fidem est, & errori editionis Hervagianæ debetur. Ceterum accentum *circumflexum* huic verbo inscribunt ed. 1. 2. cum veteribus msstis & Reg. C. indicantem *infinitivum* modum, qui post conjunctionem

ὅτι

ὅτι nonnumquam locum obtinet, ut monui ad I. 4, 1. Futurum indicativi *συνακολουθήσει* reponere Vrſinus juſſit; quod tamen non congruit cum particula ἄν. Accentum *acutum*, quem nos tenuimus, qui *optativum* indicat vel *potentialem* modum, adſcivit Caſaub. ex Reg. B. Sic etiam voluerat Scaliger. Ceterum, ſi quis præferendum infinitivum duxerit, haud magnopere equidem repugnem. Verſ. 3.

CAPVT XXXII. Cap. XXXII.

Verſ. 1. εἰς τὴν Καρχηδονίων. Quamquam defendi hæc verba poſſunt, ſuſpecta tamen fuere Gronovio & Reiſkio; quorum ille ex ſuperioribus temere repetita, hic ex ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων corrupta ſuſpicatus eſt. *Ibid.* ἀγωγῆς, id eſt, παιδεύσεως, ut habet ſcholion in ora codicis Vat. Citat hunc locum Suidas in Ἀγωγή. Verſ. 1.

Verſ. 3. ταχὺ δέ. τάχα δὲ dat Suidas, laudans iſta verba in Περίστασις. Sic & XVIII. 20, 9. τάχα pro ταχὺ poſitum videmus. Verba διὰ τὴν περίστασιν Budæus, referente Henr. Stephano, interpretatus eſt, *per eos, qui ipſum loquentem circumſteterant;* non animadvertens, oportuiſſe ſic ſaltem legi διὰ τῆς vel ὑπὸ τῆς περιστάσεως. Imo, *propter præſentem rerum ſtatum:* nempe in rebus pæne deſperatis cupide homines captant atque excipiunt rumores omnes, unde ſpes aliqua videatur adfulgere. Verſ. 3.

Verſ. 4. παραγενόμενος εἰς τὰς χεῖρας. εἰς χεῖρας abſque artic. eſt apud Suidam in Ἀπολογισμός. Parum refert. Nec obſcura vis phraſeos. Sicut εἰς χεῖρας λαμβάνειν τινά, eſt *aliquem manu prehendere, ut privatim & familiariter cum eo colloquamur*, ſic ἐλθεῖν vel συνελθεῖν τινὶ εἰς τὰς χεῖρας, I. 78, 6. V. 37, 11. & παραγίγνεσθαί τινι εἰς τὰς χεῖρας, idem valet ac συνελθεῖν vel παραγίγνεσθαί τινι εἰς λόγους, I. 78, 4 & 7. *privatim ac familiariter cum aliquo congredi & ſermones miſcere.* Conf. Lexic. Polyb. in Χείρ. De hac vi dictionis illius non cogitans hoc loco Caſaubonus, interpoſito commate poſt παραγενόμενος, verba εἰς Verſ. 4.

Verf. 4. τὰς χεῖρας cum fequentibus copulavit; in quo eum temere fecuti funt pofteriores editores.

Ibid. καὶ παρά τι. τί καὶ παρά τι eft in edit. Erneft. nefcio cafu-ne, an confilio, certe nulla fatis idonea de cauffa & invitis msstis. *Ibid.* ἐπιπέδοις. ἐπιπεδίοις edit. Cafaub. & feqq. temere, & contra librorum fidem. conf. cap. 33, 1.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐνεχείρισαν. Perperam ἐνεχείρησαν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 7. *Verf.* 7. συμβαλεῖν adfcivi ex Aug. Reg. A. Flor. Puto fic & effe in Vat. licet ex eo nil ad hunc locum enotatum. Vulgo συμβάλλειν ex Bav. Amat Polybius verbum σπεύδειν vel σπουδάζειν cum aorifto (five primo, five fecundo) conftruere. Vide I. 30, 6. 33, 1. 37, 5. &c.

Cap. XXXIII.

CAPVT XXXIII.

Verf. 5. *Verf.* 5. διαμαρτυρομένου. Sic Vat. Aug. Reg. A. & fic correxit Gronovius, monente Cafaubono in Corrigendis. διαμαρτυρουμένου edit. 1. 2. 3. ex Bav. *Ibid.* ὥς ποτ' αὐτῷ. ὥσπερ αὐτῷ edit. 1. Reg. B. C. ex Bav.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἐφ' ἕνα. Vide ad cap. 26, 13.

Verf. 9. *Verf.* 9. γροσφομάχους. Anachronifmus videri poffet, quod *velites* cum Cafaubono interpretati fumus, fi certum effet, & nomen & ufum *velitum* fecundo demum bello Punico effe inventum; quod ex Livii teftimonio (XXVI. 4.) Lipfius de Milit. Roman. lib. III. dial. 1. & alii vulgo probare conantur. Sed apud ipfum etiam Livium ante id tempus, de quo lib. XXVI. agitur, jam velites memoratos videmus XXI. 55 extr. & XXIV, 34. Quibus quidem in locis per prolepfin quamdam, nullis non fcriptoribus ufitatam, *velites* pro *jaculatoribus* dictos monuit Dukerus ad Liv. XXI. 55. At fortaffe ne opus quidem fuerit, ut prolepfin in iftis Livii locis ftatuamus; quandoquidem manifeftum videtur, lib. XXVI. 4. non in univerfum de velitibus, fed de peculiari quodam illorum ufu loqui Livium; atque eodem modo fortaffe intelligi debet, quod Valerius Maxi-

Maximus II. 3, 3. habet de velitum uſu, bello illo primum reperto. Poſſes, ſi opus eſſet, apud Polybium h. l. *jaculatores* vertere: ſed γροσφομάχοι idem nomen eſt, quod de *velitibus*, quos dixere Romani, conſtanter Polybius uſurpat, cum alibi, tum ubi ex profeſſo ſermonem de hoc genere militum inſtituit lib. VI. cap. 21 ſeq. De nominis ſcriptura levioris videri poteſt momenti, quod γροσφομάθους ſcribitur in membranis Vaticanis, qui error & in Reg. A. repetitur, ortus haud dubie ex antiquo aliquo codice, in quo figura literæ X cum Θ aliquam cognationem habuit, qualem exhibet figura ſecunda literæ Theta, quam in Palæograph. Græca p. 336. ex Farneſiano marmore enotavit Montfaucon. Idem error & in eo exemplari fuerat, unde ductus eſt codex Bav. in quo γροσφομάχθους ſcriptum, quod hinc in edit. 1. & 2. intravit; quamquam in Bav. litera ϑ rurſus inducta eſt, quod ab alia manu factum videtur. Verſ. 9.

Ibid. ἐπ' ἀλλήλους ſcripſi cum Aug. ἐπαλλήλαις una voce ed. 1. 2. cum Bav. Flor. Reg. A. quod ſua auctoritate Caſaubonus in ἐπαλλήλους mutavit.

Ibid. σημαίας correxi, & ſic rurſus cap. 40, 10. & paſſim alibi, ubi σημείας vulgo dabant mssti & editi. Hoc quidem loco in ed. 1. 2. & Reg. B. duplici errore σημείαις erat: in Reg. A. autem ex σημείας, quod ſtatim fuerat ſcriptum, σημαίας factum. *Idem* valet proprie ἡ σημαία quod τὸ σημεῖον, nempe *ſignum militare*, ſed præcipue *ſignum minus*, *vexillum*: ſic II. 31, 5. Deinde vero, prorſus ut apud latinos ſcriptores vocabulum *vexillum*, ſic σημαία pro militibus, unam σημαίαν ſequentibus, id eſt pro *manipulo* vel *ordine*, uſurpatur, qui alias σπεῖρα & τάγμα dicitur. Sæpiſſime autem in hujus vocabuli ſcriptura erravit major pars librariorum noſtrorum; ſed Bav. tamen plerumque recte σημαία, non σημεία, ſcripſit. Recte item conſtanter Suidas, cum in locis, quæ ex Polybio protulit, tum alias; veluti cum dicit: Σημαῖαι· τὰ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενα Σίγνα. & Σημαία· τάξις πολεμική. Σημαία, σπεῖρα,

σπεῖρα, τάγμα, ταὐτόν ἐστιν. οἱ δὲ ἡγεμόνες τούτων Κεντυρίωνες καὶ ταξίαρχοι.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῆς ἀλλήλων ἐπιθ. Quod τῆς ἄλλης habet editio Erneſti, ex errore operarum eſt, iſti editioni proprio.

CAPVT XXXIV.

Cap. XXXIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τοῦ κέρατος recte adſcivit Caſaub. ex ora Hervag. & ex Reg. B, C. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. τοῦ μέρους edit. 1, 2. ex Bav.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ferri quidem utcumque, cum nomine ſingulari collectivo στρατόπεδον, poſſunt plurales συνεψόφησαν & συναλαλάξαντες ὥρμησαν. Sed, quum Vat. Flor. Aug. Reg. A. dent in ſingulari numero συναλαλάξαν ὥρμησεν; ſi hoc ex librarii alicujus ingenio eſſet correctum, conſentaneum erat, ut idem pariter pluralem συνεψόφησαν in ſingularem συνεψόφησεν vel potius συμψοφῆσαν mutaret. Quod quia non videmus factum, probabilius utique eſt, poſtquam συμψοφῆσαν ex ſuperioris alicujus librarii imperitia in codd. omnibus fuit in συνεψόφησαν depravatum, ſcribam codicis Bavarici (qui paſſim ex ingenio nonnulla mutavit) ſequentia ad illius verbi normam inflexiſſe. Quare reſcriptum utique velim συμψοφῆσαν τοῖς ὅπλοις καὶ συναλαλάξαν, ὥρμησεν &c. Ad verbum etiam συνεψόφησαν in cod. Aug. litera ε duobus punctis ſuperne adſcriptis, ut ſuſpecta & ejicienda, notatur. Quod autem paullo poſt (*verſ.* 5.) ad nomen ſingularem τὸ σύστημα in edit. Caſaub. & Gron. relatum videmus verbum ἔμεινον, id non niſi per errorem operarum ex ἔμεινεν detortum eſt, non ex plurali ἔμειναν, ut viſum erat Reiſkio.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς. Quod οὖν abeſt ab edit. 1. negligentia ſive operarum ſive editoris eſt factum. Conjunctionem codices agnoſcunt omnes; ut non opus ſit Reiſkii conjectura.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐν χειρῶν νόμῳ. Lepide in ora libri Voſſiani, pro χειρῶν, monetur, χοίρων fortaſſe legendum. Quod qui

qui scripsit, immemor fuit formulae loquendi & aliis scriptoribus & praesertim Polybio familiaris, de qua fuse egit Henr. Stephanus in Thes. ad vocab. Χείρ. Recte Casaubonus interpretatus est, *pugnantes conficiebantur*. Conf. ad I. 57, 8.

Vers. 6. ἔχοντες τάξεις. Posterius vocabulum errore operarum abest ab edit. 1. & 2. Vrsinus ex ingenio (ut ait) illud restituere jussit: si veterem librum voluisset inspicere, ibidem erat reperturus; nam agnoscunt codices omnes. *Ibid* εἰς τὸ πρόσθεν. Articulum restitui ex msstis, perperam omissum in editis. Vers. 6.

Vers. 8. ὑπὸ τῶν θηρίων. Sic utique oportuit. conf. vers. 7. Sic III. 74, 7. ἐφθάρησαν ὑπὸ τῶν θηρίων, & saepius aliâs, nec usquam aliter; namque ita poscit graeci sermonis ratio. Passim autem errore librariorum confunduntur ἀπὸ & ὑπό. Sic III. 76, 1. pro ὑπὸ τἀδελφοῦ, perperam Bav. habet ἀπὸ τἀδελφοῦ. & III. 77, 6. pro ὑπὸ Ῥωμαίων est ἀπὸ Ῥωμ. in edd. omnibus ante Küsterum. Vers. 8.

Vers. 10. Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ. Duo posteriora verba absunt ab edit. 1. & cod. Bav. Recte, ni fallor: videntur enim inconcinne ex vers. 8. repetita. Habent ea tamen & codices Reg. B. C. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 10.

Vers. 11. σημαίας. Vide ad cap. 33, 9. Vers. 11.

CAPVT XXXV.

Cap. XXXV.

Vers. 1. συντελεσθέντα. Vtique REISKIO adsentior, ad h. l. scribenti: „Malim συντελέσοντα, *quae poterunt valere ad* &c.“ — Si verum est συντελεσθέντα, referendum fuerit ad ἐν τῷ καιρῷ, non ad πρὸς τὴν ἐπανόρθ. Vers. 1.

Vers. 2. τὸ διαπιστεῖν τῇ τύχῃ, *diffidendum fortunae*: proverbialiter & sententiose dictum, quo in genere amant Graeci omittere verbum δεῖν, quod temere intruserunt Reg. B. C. & verbum διαπιστεῖν capite truncarunt; quos nullo modo sequi debuerat Casaubonus. Perquam familiare Polybio est compositum verbum διαπιστεῖν, pro simplici ἀπιστεῖν. Vers. 2.

στεῖν. *Ibid.* κατὰ τὰς εὐπραγίας. Præpositio κατὰ non nisi operarum errore abest ab edit. 1. Quare non audiendus Reiskius, mutilatam orationem defendere conatus.

Vers. 4. *Vers.* 4. ὡς Ἓν σοφὸν βούλευμα &c. Ex Antiopa Euripidis desumta ista verba esse, discimus ex Stobæi Sermone LII. p. 357. ed. Basil. 1749. ubi etiam præcedentes duo versus leguntur, & expletur postremus, cujus non nisi initium hic habemus. Est autem tota sententia hujusmodi:

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος· εἰς δ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ. σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία, πλέον κακόν.

Id est:

Viri prudentia facit, ut bene habitentur civitates,
itemque familia: & ad bella magnum ejus momentum est.
Consilium, enim sapienter initum, multas manus
vincit. Imperitia vero cum multitudine, deterius malum est.

Inde inter Fragmenta Euripidis retulit Barnesius p. 455. & Musgrav. Tom. III. p. 548. n. XII. Eosdem quatuor versus habet Michaël Apostolius, Proverbior. Centur. VI. n. 38. sed omisso Euripidis nomine. Vnam sententiam, quam laudat Polybius, profert etiam Plutarchus in Disp. An Seni gerenda sit Respublica, p. 790. eisdem verbis ac Stobæus:

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ.

Quod apud Polybium χεῖρας legitur, recte quidem Reiskius monuit, ex metri lege χέρας fuisse dicendum. Nec tamen idcirco ita continuo rescribendum: nec enim opus erat, ut sententiam istam suam faciens Polybius, ex metri lege eamdem recitaret. Totidem autem non solum verbis, sed & literis, quot apud Polybium, (præmissa etiam particula ὡς, qua Polybius connexionis causa usus est pro γὰρ) parieti inscripta eadem sententia reperta est in ruinis Herculanensibus. Vide *Pitture antiche d' Ercolano* T. II. p. 34. unde eamdem æri insculptam repræsentavit Villoisonus in Tabula Tomo secundo Anecdotum Græcorum adjecta

jecta num. I. conf. eumdem ibid. p. 132. Eadem sententia rursus animo Polybii obversata est, quum lib. VIII. cap. 5. scriberet, μιὰ ψυχὴ τῆς ἁπάσης ἐστὶ πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυστικωτέρα.

Verf. 7. Δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων &c. In eamdem fententiam difputantem confulere juvabit Diodorum Siculum lib. I. c. 1. — *Ibid.* ἐναργέστερον. ἐνεργές. refcriptum voluit Scaliger, præter rem. Conf. Adnot. ad I. 1, 2. Verf. 7.

Verf. 9. τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. Pro his græcis, in latina verf. nil aliud repofitum velim, nifi *peritiam, ex hiftoria rerum geftarum collectam.* Verf. 9.

Verf. 10. ἐπὶ παντὸς καιροῦ. Neceffariam præpofitionem ἐπὶ, cum perperam abeffet ab edit. 1. 2. & veteribus libris omnibus, ex Reg. B. recte adoptavit Cafaubonus. Verf. 10.

CAPVT XXXVI.

Cap. XXXVI.

Verf. 1. ἁπάντων σφίσι κεχωρηκότων. Mendofe ed. 1. 2. cum veteribus msstis omnibus ἀπὸ πάντων. Sufpicari poffis, ἀπὸ iniquo loco pofitum, & ad κεχωρηκότων referendum: fed nufquam memini ἀποχωρεῖν ifta notione pro fimplici χωρεῖν ufurpatum. ἀπὸ delere juffit Vrfinus. ἁπάντων, pro ἀπὸ πάντων, ex Reg. B. C. adfcivit Cafaub. Verf. 1.

Verf. 3. οἷοί τ' ἂν εἶεν φέρειν. Quidquid ftatuas de particula ἂν & de verbo εἶεν, videtur utique tenendum fuiffe compofitum verbum ἀναφέρειν, in quod confentiunt veteres libri. Idem fere fonat ἀναφέρειν, quod fimplex φέρειν, & paullo quidem etiam amplius quiddam: non folum enim *ferre* eft & *tolerare*, fed *perferre*, ut fic dicam, id eft *ferendo fuperare*, laborem puta, vel periculum aut calamitatem. Sic non modo ἀναφέρειν πόλεμον, IV. 45, 9, *tolerare, durare bellum;* fed & ἀναφέρειν τὸν κλύδωνα, I. 60, 10, *fuperare vim fluctuum.* Sic τοὺς κινδύνους ἀναφέρειν, Thucyd. III. 38. Et ἀναφέρειν τὸν πόνον, Dionyf. Halic. X. 24. p. 651. ed. Sylburg. Verf. 3.

Ibid.

Vers. 3. *Ibid.* ἐφ' ἑκατέρων. Haud cunctanter ὑφ' ἑκατέρων corrigere debebam, quod & Scaligerum video fecisse; scil. ὑπὸ τοῦ φθόνου καὶ τῶν διαβολῶν. Nil frequentius ista præpositionum ἐπ' & ὑπ', ἐφ' & ὑφ' permutatione; præsertim quoniam vocalem ε cum sequenti litera ita interdum connectere consueverunt librarii, ut sæpe nescias, utrum ε an υ dare voluerint.

Vers. 4. *Vers.* 4. τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς Ξανθίππου. Sic edit. 1. cum Bav. Vat. Flor. τοῦ Ξάνθ. edit. 2. & seqq. cum Aug. & Reg. A. Aliorum narrationem de reditu Xanthippi habes apud Appianum, hist. Punic. cap. 4. scilicet, magnifice donatum hunc virum, quum honoris specie domum deduceretur, in via correptum cum ceteris Lacedæmoniis meri mersum esse perfidia Pœnorum. Quam famam cur dissimulet hoc loco Polybius, aut quemnam commodiorem in locum potuerit differre ejus mentionem, equidem non video.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐγίγνοντο πρὸς τὸ καταρτίζειν. Sic rursus libri omnes, ubi Scaliger suo more τῷ voluit. Conf. ad I. 26, 3. & 29, 3. Quod h. l. καταρτίζειν τὸν στόλον dicit, idem mox vers. 8. ait ἐξαρτύειν τὸν στόλον, ut pro synonymis usurpentur ista verba. conf. ad I. 25, 3. & 21, 4.

Vers. 8. *Vers.* 8. τὰ δ' ἐκ καταβολῆς ἐναυπήγουν, *alias* (naves) *e fundamento*, *de integro*, *e carina* (quod ajunt) *construxerunt:* quod aliâs ἐκ δρυόχων dicunt. conf. ad I. 38, 5. Eodem modo in fragmento apud Suidam in Καταβολή· (nobis inter Fragm. Polybii Grammatica num. LXXXII.) ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπηγήσασθαι. Pariter Diodor. XII. 32. τὰς μὲν ἐκ καταβολῆς τριήρεις ἐναυπηγοῦντο, τὰς δὲ πεπονηκυίας ἐθεράπευον. De vocabulo καταβολή, *fundamentum*, *initium* significante, dixi in Emendationibus & Observationibus in Suidam pag. 65 seqq. Sic verbum καταβάλλεσθαι notat *fundamentum jacere. οἱ καταβαλλόμενοι τὰ βασίλεια*, X. 27, 9. *qui regiam fundarunt*, *qui eam ædificare initio instituerunt.* Et, translata significatione, XIII. 6, 2. καταβολὴν ἐποιεῖτο καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο

βάλλετο πολυχρονίου τυραννίδος, *initium fecit fundamentumque jecit diuturnæ tyrannidis.* Sic XXVI. 1, 9. ἐκ καταβολῆς ἐπεχείρησεν οὐ μόνον τῶν ἀντιπολιτευομένων κατηγορεῖν θρασέως, ἀλλὰ καὶ τὴν σύγκλητον νουθετεῖν, *de integro, novo initio facto, adgressus est non solum dissidentes a se in republica accusare, sed etiam senatum officii sui admonere.* Sed, quod in eisdem, quas modo citavi Emendationibus in Suidam p. 68. protuli Fragmentum, Οἱ δὲ πειραταὶ, θεασάμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων, ἐκ καταβολῆς ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν, ubi ἐκ καταβολῆς exposui *tum primum* vel *tum demum;* in eo fateor me ipsum non satisfecisse mihi. Ac plane sic sentio, ut significavi supra in Fragm. Polybii Grammat. num. LXXXIII. ex mendose codice descriptum illud Fragmentum a Suida esse, & ἐκ καταβολῆς perperam scriptum pro ἐκ μεταβολῆς, ut omnino sit ea sententia, quam Küsterus, de græcis quidem corrigendis nihil monens, in latina versione expressit: *Piratæ vero, conspicati classis Romanæ adventum, cursu retro converso* (hæc est vis verborum ἐκ μεταβολῆς) *se receperunt.* Vereorque ne idem statuendum sit de alio Fragmento, ab eodem Suida recitato, quod in eisdem Observv. & Emendd. in Suidam protuli; scil. Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ καταβολῆς συνερεισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθέως ἐκκλίναντες ἔφευγον. Nam quæ vulgo fertur hujus Fragmenti versio, *Macedonibus autem pugnam cum barbaris integrantibus,* ea quidem non exprimit vim dictionis ἐκ καταβολῆς. Et quam nos in Observv. & Emendd. in Suid. proposuimus interpretationem, cum diximus, *postquam vero Macedones impressionem in barbaros facere cœperunt, atque ita novi veluti certaminis initium est factum, tum protinus fugam illi capessiverunt;* ea interpretatio vereor utique ne nimis coacta merito videatur, nec satis præsidii in græcis verbis inveniat. Itaque & ibi fortasse ἐκ μεταβολῆς pro ἐκ καταβολῆς fuerit restituendum, (quod & facere non dubitavi, ubi illud Fragmentum exhibui, in Fragmentis Polybii

Vers. 8.

Verf. 8. lybii Grammaticis, num. LXXXIV.) hac fententia: *poftquam vero Macedones converfo agmine impreffionem fecerunt in barbaros, tum vero* &c. Modo ne *phalangem* intelligamus Macedonicam. *Phalangem enim non poffe ἐκ μεταβολῆς καὶ κατ᾽ ἄνδρα κινδυνεύειν*, id eft, *retro fe convertere, & viritim capeffere pugnam*, diferte Polybius docet XVIII. 9, 5. Quod tamen ipfum rurfus mitigare quodammodo videtur XVIII. 13, 4. ubi id folum dicit, *qui pone ftant in phalange, eos ἀδύνατον facere τοῖς πρωτοστάταις τὴν εἰς τοὔπισθεν μεταβολήν.* Tota autem phalanx, fi idoneum fpatium datur, nil impedit, quo minus fe convertat. Alium locum, ubi formula ἐκ καταβολῆς apud Polybium occurrit, infra difcutiemus I. 47, 7.

Verf. 10. *Verf.* 10. Quod in edit. 1. defideratur verbum ἐπιστήσαντες, error eft, ifti editioni proprius, & inde in Reg. B. C. derivatus. *Ibid.* Αἰμίλιον. Sic recte Vat. Aug. Reg. A. Perperam vulgo edebatur Αἰμύλιον. Αἰμύλιον Bav.

Verf. 11. *Verf.* 11. ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους ἑκατὸν δεκατέσσαρας, (ἑκατὸν δεκατέτταρας edit. 1. Bav. Reg. A. B. C.) *naves cum ipfis vectoribus capiunt* CXIV. Hæ, additæ navibus CCCL. quibus Roma advenerant, conficiunt fummam CDLXIV navium. Itaque, quum CAP. 37, 2. dicat, *cum* CCCLXIV *navibus verfus Siciliam navigaffe Romanos*, neque relictam effe partem navium in Africa fignificet; intelligitur, aut ibi pro τριακοσίαις legendum τετρακοσίαις, quam emendationem ex Eutropio (lib. II. cap. 22. edit. Verheyk.) probavit Simfonus in Chron. Vniverf. ad A. V. 499. Nempe Eutropius l. c. ait: *& tanta tempeftas fuit, ut ex* CDLXIV *navibus octoginta fervari vix potuerint.* Et fic jam Aretinus & Perottus locum illum Polybii I. 37, 2. interpretati funt, *ex navibus quatuor & fexaginta fupra quadringentas, vix octoginta incolumes a tempeftate relictæ funt:* ex quo tamen nemo colligere debet, τετρακοσίαις in græcis Polybii exemplaribus fcriptum reperiffe illos interpretes; nam, Perottum quidem in convertenda in latinum fermonem belli Punici I. hiftoria verfionem Aretini

Aretini ante oculos habuisse ac presso pede sæpe esse secutum, intelliget, quisquis conferre inter se versionem utriusque interpretis voluerit; Aretinus autem in Præfatione trium Librorum de Bello Punico I. diserte ipse profitetur, se Polybium quidem potissimum esse secutum, at ita tamen, *ut non ab uno sumeret ut interpres, sed a multis* (auctoribus) *sumta suo arbitratu referret, proferret autem nihil, quod non probatum a superioribus esset.* Itaque probabile utique est, ex Eutropio istam emendationem adscivisse Aretinum, & ab Aretino Perottum. Eamdem emendationem, de Eutropio quidem tacens, GRONOVIUS proposuit in Notis Editis ad Polyb. I. 37, 2. & Wesselingius probavit ad Simsonum loc. cit. monens tamen, Eutropii testimonio non satis niti nos posse, quandoquidem ille in navium numero sibi ipse non constat. Nempe Eutropius ait, *Consules, cum* CCC *navium classe ad Africam profectos*, CIV *naves hostium demersisse*, XXX *cum pugnatoribus cepisse.* Ita navium in Siciliam redeuntium numerus efficitur CCCXXX, non CDLXIV. Atque ita Orosius, IV. 9. in superioribus numeris consentiens cum Eutropio, in numero earum, quæ Siciliam repetierunt, eumdem rursus deserit, dicens: *nam de* CCC *navibus* (negligit nempe XXX naves, a Pœnis captas,) CCXX *perierunt*, LXXX *vix abjectis oneribus liberatæ sunt.*] Quidquid sit, quum in hoc consentiant Eutropius & Orosius, ut CIV naves Punicas depressas, XXX captas esse dicant, suspicari licet, etiam Polybium fortasse, *alias depressas*, *alias captas* dixisse, quamquam in numero utrarumque discrepantia aliqua a duobus istis scriptoribus statuenda fuerit. Quod si igitur (ut in Scholio infra contextum dixi) statuamus *captas naves* XIV. *demersas* CIV. prodibit numerus redeuntium navium CCCLXIV, in quem cap. 37, 2, consentiunt codices omnes Polybiani. Vtra emendandi ratio, ac duo pugnantia scriptoris nostri loca inter se conciliandi, probabilior videri debeat, penes Lectorem judicium esto. Neutra adrisit REISKIO. Is hoc loco, in quo versamur, legendum Vers. 11.

Verf. 11. gendum cenfuit ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους δεκατέσσαρας, abjecto prorfus vocabulo ἑκατόν. — „Non enim tam facile (inquit) fuit, CXIV naves cum ipfis viris capere, nulla pugna commiffa; quæ fi fuiffet, non tam leviter hoc tam grave prælium, neque tam acerbum vulnus Carthaginienfium tam breviter & frigide & tralatitie commemoraffet Polybius." — [At, navale commiffum effe prælium, diferte Eutropius & Orofius ajunt, atque etiam Diodorus in Excerptis ex lib. XXIII. cap. 14. Tom. II. p. 505. edit. Weffel.] — „Deinde (fic pergit REISKIVS) paulo poft ait, in illa tempeftate fæva Romanos e CCCLXIV navibus folas retuliffe fuperftites LXXX. Illi autem CCCL fecum adduxerant in Africam. Ergo non plures quam XIV ab hoftibus ceperant. Facile ex repentina oppreffione XIV naves abducuntur, CXIV ne a cruentiffimo quidem ullo prælio relatæ legentur." — Potuerat fuam hypothefin vir doctus Diodori teftimonio firmare, qui loco cit. non folum demerfam navem nullam commemorat, fed & in captarum numero parum utique ab eo numero, quem a Polybio relatum Reifkius fufpicatur, difcedit, XXIV *naves Pœnorum captas a Romanis* referens. Quod autem fuperiorem difputationem ita terminat REISKIVS, ut quærat: — „Tandem, fi tam infignem victoriam navalem a Carthaginienfibus retulerunt Romani, cur non manferunt in Africa? cur reportarunt fuas copias in Siciliam illi, qui Carthaginienfium rem navalem tanta clade pæne omnem evertiffent?" — ad illam dubitationem cum alia refponderi poffunt, (conf. cap. 37, 5.) tum præfertim id quod diferte Eutropius ait his verbis: *Et fubacta Africa tum fuiffet, nifi tanta fames fuiffet, ut diutius exfpectare exercitus non poffet.* Denique quartam aliquam quod adtinet rationem levandæ hujus loci, in quo jam dudum hæremus, difficultatem, quam rationem GRONOVIVS in fubfidium ejus, quæ primo loco a nobis relata eft, propofuit, ut hoc cap. verf. 10. διακόσια fcribatur pro τριακόσια, ea quidem neminem puto magnopere movebit.

Verf.

Verf. 12. ἐπὶ τῆς Σικελίας. Aberat vulgo articulus, errore primæ editionis per reliquas continuato. Verf. 12.

CAPVT XXXVII.

Cap. XXXVII.

Verf. 1. Διάραντες δέ. Conjunctionem omiferant ed. 1. 2. cum Bav. Adjecit Cafaub. ex Reg. B. C. & confentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* προσμίξαντες. Mendofe προσδείξαντες Vat. Flor. Aug. Reg. A. fed in Reg. A. proba lectio alteri ab eadem manu fuperfcripta. *Ibid.* ὥστε μηδ' ἂν εἰπεῖν (intell. τινὰ) δύνασθαι ἀξίως. Sic mox verf. 3. οὐδ' ἱστορῆσαι (fcil. τινὰ) συμβέβηκεν.. Dixi de his ad I. 4, 1. Verf. 1.

Verf. 2. ἑξήκοντα καὶ τεττάρων πρὸς ταῖς τριακοσίαις ναυσίν. Vide dicta ad cap. 36, 11. Verf. 2.

Verf. 4. πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. Multus in eo eft GRONOVIVS in Notis msstis ad h. l. ut moneat, Σικελικὸν fcribendum effe pro Λιβυκὸν, perfuafus nempe, ad illud Siciliæ latus, quod Peloponnefo obvertitur, (quod *mari Siculo*, quod vocatur, adluitur,) accidiffe naufragium. Cur autem perfuafum id habuerit, non aliam, nifi hanc, adfert rationem: „Si intelligere velis, inquit, eos fuiffe in Lybico mari inter Pachynum & Lilybæum, jam nulla poteft excogitari culpa præfectorum, quippe compendiofam maxime & ordinariam trajiciendi viam fequentium.“ — At hoc ipfum vitio eis vertit Polybius, quod, cum monuiffent gubernatores, non juxta hoc externum Siciliæ latus, quod a Pachyno ad Lilybæum porrigitur, effe curfum inftituendum, non obtemperarunt præfecti claffis. Ceterum etiam Iunii naufragium illud, quod cap. 54. memoratur, ad idem Siciliæ latus, quod mari Siculo adluitur & a Pachyno verfus Italiam excurrit, accidiffe contendit idem Gronovius: quod plane contra effe, facile intelliget, quifquis narrationem, quæ cap. 54 exhibetur, attentius perlegerit. Calamitatem autem, quam hoc capite exponit Polybius, haud procul Camarina, quæ ad mare Libycum fita eft, accidiffe, tradit Diodorus XXIII. Verf. 4.

 11.

Verf. 4. 14. egregie cum Polybio confentiens. *Ibid.* διὰ τὸ πελαγίαν εἶναι, fcil. τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας. Tenui Cafauboni verfionem: *quoniam ibi* (ad latus Siciliæ, quod Africæ obvertitur,) *profundum pelagus eft.* Objicere aliquis poffet: at in tempeftate quærunt nautæ altum pelagus. Recte: nempe periti nautæ, & quidem ubi commodum tenere portum non poffunt. Sed imminente tempeftate amat nauta, nonnimis præfertim exercitatus, in vicinia oræ effe, quæ vel commodos portus habeat, vel finus aliquos & idonea ad adpellendas naves loca. At non nimis periti navium gubernatores erant Romani, & ora illa Siciliæ πελαγία eft, id eft, ad ipfam ufque oram altum mare pertinet; nempe abruptum & faxofum eft littus, & δυσόρμιστον, *importuofum*, ut continuo adjicit Polybius; afperum & periculofum, ut ait cap. 54, 3. Confer omnino hoc ipfum cap. 54, 6 feqq. Nec tamen prætereundum, ipfam hanc fcripturam πελαγίαν uni atque foli codici Auguftano deberi, e quo in marginem editionis Herv. tranfiit, ac deinde a Cafaubono in contextum recepta eft. πλαγίαν habet edit. 1. ex Bav. & eodem modo Vat. Flor. Reg. A. Quæ fortaffe probabilior nonnullis videbitur fcriptura, eadem fere notione, qua πλάγιος IV. 8, 11. & XXX. 1. dicitur, qui *ambigua ac dubia fide* eft; qua ratione πλάγιοι apud Hefychium exponitur δόλιοι, & πλαγίως· δολίως apud Hefych. & Suidam; ut eadem ratione h. l. πελαγία intelligatur idem effe ac ἐπισφαλής I. 54, 3. Sed mihi ifta aliam videntur habere rationem; nempe πλάγιοι ii dicuntur, qui *obliquis* verbis, *obliqua* agendi ratione alios decipiunt, quæ notio non eft hujus loci. Et fupra jam vidimus, I. 26, 10. πλάγιον mendofe libros omnes dediffe, ubi manifefte neceffaria fuit emendatio Cafauboni, πελάγιον reponentis.

Ibid. ἅμα δὲ καὶ τὴν μὲν οὐδέπω καταλήγειν ἐπισημασίαν, τὴν δ' ἐπιφέρεσθαι. Infeliciter in tractando hoc loco verfatus eft GRONOVIUS in Notis msstis; ubi, poftquam Cafauboni retulit latinam verfionem, quam & nos h. l. infra

infra contextum repræsentavimus, ita pergit: „Putavit ergo Casaubonus, a Polybio male cladem ortam judicari, quod sub infestis navigationi signis navigabant. Orionem ventosum & nimbosum audivi; Canem nondum, sub quo mollissima anni tempestas est. Sed præterea jam ante obtinente Orione navigarunt, & feliciter. Quare non credo, Polybium vel Orioni soli, vel huic simul & Caniculæ imputasse damnum Romanorum. Necessario amputanda est versio in tribus verbis, *infestorum navigationi signorum.* Nam, sive infesta sint, sive amica, quoties motus siderum appropinquant, & sol ex alio in aliud transit, tempestates excitari, tonsoribus notum vel ex illo Flori lib. IV. cap. 3. *quod in annua cœli conversione fieri solet, ut mota sidera tonent, ac suos flexus tempestate significent.* Deinde quid est, *inter Orionis & Canis ortum?* An jam oritur Orion? imo jam confecturum erat ejus signum, & discessurum. In græcis videtur reponendum πλοῦν τοῦ Ὠρίωνος καὶ τῆς Κυνὸς ἐπιτολῆς, & vertendum, *inter Orionem & Canis ortum.* Saltem, si græca corrigere nolis, versione debent leniri.“ — Hæc Gronovius: cujus verba adponere libuit, eo consilio, ne, sicubi deinceps unam aut alteram ejusdem viri Adnotationem sive leviter nobis tangendam, sive silentio prorsus prætereundam judicaverimus, hoc exemplo intelligant lectores, non immerito nos statuisse, non omnia esse in lucem promenda, quæ in viri, quamvis doctissimi, schedis invenimus, sed selectum aliquem habendum. Non magis vero feliciter, in eamdem fere quam Gronovius significavit sententiam, REISKIUS suspicatus est, post τῆς Ὠρίωνος intercidisse vocab. καταδύσεως, ut sit, *inter Orionis occasum, & Caniculæ ortum;* idque patere e præmissis putavit. Immo vero proba græca, & satis plana omnia. Commodius tamen, ad ipsum pæne verbum, latine sic reddes Polybii sententiam: *simul quod una significatio* [illegible] *finem haberet, & alia inciperet* [illegible] *Orionis & Canis ortum* [illegible]. De [illegible] ortu agitur, ut per-

Verf. 4.

Verf. 4. fpecte Petavius monuit in Differt. ad Auctarium operis de Doctr. Temporum lib. II. cap. 8. p. 49. ubi hunc ipfum Polybii locum tractavit. Oriebatur vero Orion, id eft, e folis radiis emergere incipiebat paullo poft folftitium; Canicula, quinto vel fexto decimo poft die. conf. Gemini Elementa Aftronom. cap. 16. p. 37. edit. Petavii Tom. III. de Doctr. Tempp. & Ptolemæum de Apparentiis, ibid. p. 51. Vtriufque autem fideris ortus exiftimabatur ἐπισημαίνειν, five ἐπισημασίαν, id eft *fignificationem mutationis cœli* habere. Hæc enim vis eft vocabuli ἐπισημασία, non ut fit *fignum* ea notione, qua ipfa fidera, ob certas figuras, quibus pingi conftellationes folent, *figna* vocari confueverunt, quæ græcis ζώδια dicuntur: fed ἐπισημασία eft *vis & fignificatio*, quam fideribus ineffe putant homines, *mutationum aëris*, ut notum ex fcriptoribus Aftronomicis eft. Vide Geminum loc. cit. cap. 14 & cap. 16. paffim. In eamdemque fententiam Ariftoteles Problem. Sect. XXVI. num. ιβ΄. ait: τὸ δὲ ἐπισημαίνειν ἐστὶ, μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ποιεῖν. Erat autem fignificatio utriufque fideris, quorum hic Polybius meminit, infefta ei navigationi, de qua nunc agitur. De *Orionis* ortu, procellas excitante, fatis nota ex poëtarum lectione opinio veterum, quam & Ariftoteles tuetur, cum Problem. Sect. XXVI. num. ιγ΄. quærit: Διὰ τί ἐπὶ Ὠρίωνι αἰόλοι μάλιστα αἱ ἡμέραι, καὶ ἀκαιρίαι τῶν ἀνέμων; id eft, *cur Orionis exortu dies maxime variant, ventufque importune moventur?* Sed & *Caniculam* ἐπισημασίαν habere, idem Ariftoteles ibid. num. ιβ΄. fatis indicat, & quidem notum, five auftrum per id tempus flare docet; in quo confentiunt Calippus & Eudoxus apud Geminum in Elem. cap. XVI. Iam vero claffi, juxta externum illud Siciliæ latus importuofum faxofumque naviganti, nullus periculofior ventus auftro; cujus flatu paullo vehementiori faxis illidi naves neceffe eft. Quod autem dicit, *alteram fignificationem* (Orionis puta) *nondum finem habuiffe*, duplici modo intelligi poteft; primum, quatenus ortus Orionis ad complures

res aliquot dios continuos pertinet, quibus paulatim ex solis radiis emergunt variæ illæ ſtellæ majores, quibus ſidus illud conſtat: deinde, quatenus ſignificatio atque vis ſideris non præciſe ad ipſam diem, qua oritur ſidus, adſtricta eſt, ſed ad plures etiam conſequentes dies pertinet, ita, ut, quæ primis diebus nondum incidit mutatio, ea ſequentibus etiamnum incidere poſſit. Pro *ἐπισημασίαν* eſt *ἐπισημίαν* in edit. 1. operarum puto errore: certe ex codice Bav. nullam diſcrepantiam a ſcriptura exempli Caſauboniani adnotavi. Mendoſam iſtam ſcripturam editionis primæ ſequuntur, ut ſolent, codices Reg. B. C. ſed in ora Reg. B. notatur *γρ'. ἐπισημασίαν*, in quod conſentiunt veteres codices. Verſ. 4.

Verſ. 5. *οὐδενί.* Sic editum inde ab Hervagio, invitis msstis, e quibus *οὐθενὶ* reſtitutum malim, quod jam erat in edit. 1. Sæpe ab hac ſcriptura temere receſſerunt editores. *Ibid.* *προσέχοντες* editum eſt ex Bav. Mendoſe *προσχόντες* Aug. Reg. A. Flor. Sed *προσσχόντες* Vat. non male. Verſ. 5.

Ibid. *ἔλαθον ἔξω πελάγιοι.* Reiſkius poſt hæc verba excidiſſe nonnihil ſuſpicatus erat, puta *γεγονότες* vel *ἐξωσθέντες* vel ſimile quid. Similiter Scaliger *γεγονότες* ſupplevit. Sed non potuerunt *ejici* aut *deferri* in altum; erant enim in alto, ex Africa venientes: nec id *clam* vel *ex improviſo* factum dicere potuit Polybius, qui deſtinato conſilio curſum ſecundum exterius Siciliæ latus direxiſſe ait Romanos. Itaque non dubito, quin in ipſo verbo *ἔλαθον* mendum inſit. Nec vero hucuſque melior occurrit conjectura, quam *ἤλασαν* vel *ἤλαυνον*, quod verbum, ſicut de imperatore, agmen ducente, ſic in navigatione non modo de nautis, remos agitantibus, frequentatur, ſed & de præfectis claſſis commode uſurpatur. Sic apud Thucyd. VIII. 108. *ὁ Τισσαφέρνης ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας.*

Verſ. 8. *πρὸς τὰς παραπλησίους δυνάμεις.* *Articulus* primum inſertus eſt in edit. 2. ex Aug. Abeſt a ceteris Verſ. 8

codicibus, ac *temere* in Aug. *invectus* videtur. Habet quidem eumdem codex Reg. A. sed ibi punctis superne impositis notatur ut spurius.

Vers. 9. *Vers.* 9. παραβάλλοντα perspecte correxit Casaub. cum παρακαλοῦντας mendose darent libri omnes. Haud raro inter se permutatae literae β & κ sunt a librariis, ut jam monui ad I. 3, 10. quod non mirabitur is, qui aliquem usum codicum graecorum habet, aut qui figuram illam literae β, quae apud Montfauconium Palaeogr. Graec. p. 336. inter varias ejusdem literae formas decimo loco exhibetur, conferre voluerit cum quarta forma literae κ. Sic III. 51, 11. vulgo ex cod. Bav. edebatur ἐκβληθῆναι, pro ἐκκληθῆναι, quod recte dant alii codices: & V. 25, 6. recte cum Bav. Aug. & Reg. A. editur βάλλειν, ubi καλεῖν habet Vat. Flor. Reg. C.

Vers. 10. *Vers.* 10. αὐτοῖς ἐὰν συνέβη καὶ συμβήσεται πάσχειν. — „Scribendum αὐτοῖς. Modo Polybium audiamus VIII. 18. παραπλήσιον συνέβη πάσχειν Ἀχαιῷ. XIV. 5. οὐ γενομένου, παραπλήσια συνέβαινε πάσχειν τοῖς Φοίνιξιν ὑπὸ τοῦ πυρός. Vel, si utique retines αὐτοῖς, leges tamen παθεῖν. I. 16. θεῖν τι καὶ παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθεῖν. XI. 14. συμβήσεται παθεῖν αὐτῷ τὴν Φάλαγγα τὸ προειρημένον.“ GRONOVIUS. — Neutra emendatio necessaria. Vide II. 32, 1. V. 44, 8. 46, 12.

Ibid. εἶναί τε cum Reg. B. C. (monente etiam Ursino & Scaligero) correxit Casaub. Mendose εἶν τε edit. 1. 2. cum vett. mstis.

Cap. XXXVIII.

CAPUT XXXVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἀξιόχρεῳ. Sic correxi (monente etiam Reiskio) cum Reg. B. C. qui ἀξιόχρεω saltem dant, neglecto jota subscribendo. Quo pacto acciderit, ut sigma in fine vocum interdum permutatum a librariis videamus cum jota, sive per se ponendo, sive subscribendo, monui ad I. 15, 10. Quod si ἀξιόχρεως in accus. casu servatum cupias, adjiciendum fuerit, ut Reiskius monuit, pronomen αὐτὸν,

vel

vel ἑαυτοὺς, vel σφᾶς αὐτοὺς, ficut I. 53, 10. conf. IV. 3, 3.

Verf. 5. οὐ βουλευόμενοι δὲ καθάπαξ εἴκειν. οὐ βουλόμενοι ex ingenio (ut ait ipfe) refcribere juffit Vrfinus, pariterque Scaliger, Gronovius & Reifkius. Nec vero folicitandum illud verbum fuit. βουλεύεσθαι fequente infinitivo, eft *cogitare aliquid facere*, id eft, *in animo habere fecumque ftatuere, re deliberata decernere aliquid faciendum*, prorfus ut Francogallorum vernacula *délibérer* dicimus, non modo *confultare* vel *deliberare*, fed etiam *re deliberata decernere atque ftatuere*. Vide III. 107, 7. XXIII. 12, 7. & XXX. 1, 8. quo quidem loco βούλεσθαι ex Cafauboni editum erat ingenio, fed βουλεύεσθαι ex msstis reftituimus. Simili fere ratione apud Xenoph. Cyrop. I. 4, 17. (edit. Zeunii) ἐβουλεύσατο οὖν κράτιστον εἶναι, *re igitur deliberata ftatuit, melius effe, fi* &c. Noftro hoc loco in οὐ βουλευόμενοι ineft trajectio verborum, familiariffima græco fermoni, ut naturalis feries orationis intelligatur effe βουλευόμενοι δὲ, καθάπαξ οὐκ εἴκειν. Verf. 5.

Ibid. ἐκ τῶν δρυόχων correxit Cafaubonus cum Reg. B. C. Sufpicari licet, in antiquo exemplari, unde codices fluxere noftri, nude primum fuiffe ἐκ δρυόχων, tum vero fuperfcriptum τῶν, ut indicaretur ἐκ τῶν δρυόχων. fed illum articulum ab imperito librario ante ἐκ fuiffe repofitum: hinc veteres codices noftri τῶν ἐκδρυόχων, atque inde (divifis vocibus) τῶν ἐκ δρυόχων edit. 1, 2. Nifi forte τῶν ex αὐτῶν decurtatum eft, ut αὐτῶν ἐκ δρυόχων fcripferit Polybius. Quidquid fit, fatis utique fuerat ἐκ δρυόχων, abfque artic. τῶν, ut apud Platonem, cujus verba protulit Ruhnkenius ad Timæi Lexicon Platonicum; & ut apud Suidam in Fragm. incerti auctoris, στόλου δ' ἐκ δρυόχων ναυπηγουμένου. Ceterum quod δρυόχους Grammatici, quos nominavi, exponunt τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νεὼς, id paullo apertius Scholiaftes Homeri ad Odyff. T' 574. his verbis declaravit: Δρυόχους κυρίως τοὺς πασσάλους, ἐφ' ὧν τὴν τρόπιν ἱστᾶσι τῶν καινουργουμένων νεῶν. Et

Etymo-

Vers. 5. Etymologus: Δρυόχους· ξύλα ὀρθὰ, ἐφ' ὧν ἡ τρόπις ἐρείδεται τῆς πηγνυμένης νεὼς, ἤγουν στηρίγματα. Id est, δρύοχοι sunt *statumina, pali, ligna erecta, quibus fulcitur carina navis quæ recens construitur.* Consentit Scholiastes Apollonii, I. 723. & Eustach. ad Odyss. l. c. p. 715 edit. Basil. Quod autem h. l. ἐκ δρυόχων ναυπηγεῖν dicit Polybius, idem ἐκ καταβολῆς ναυπηγεῖν dixerat cap. 36, 8.

Vers. 6. *Vers.* 6. Αὖλος Ἀτίλιος. Αὖλος cum Reg. B. C. correxit Casaub. Mendose veteres libri & ed. 1. 2. σαῦλος, litera σ ex præcedenti verbo repetita, quæ tamen in Bav. erasa est.

Vers. 7. *Vers.* 7. πλεύσαντες διὰ πορθμοῦ (vel potius διὰ τοῦ πορθμοῦ, quod malim cum Reiskio) *trajecto freto* vertit Casaubonus: commodius, *postquam per fretum navigassent* consules, nempe ut Messanam adpellerent, naves ex naufragio reliquas ibi adsumturi; quo facto, per idem fretum regressi, juxta latus Siciliæ illud, quod Italiæ obvertitur, cum universa classe cursum sunt persecuti, ita, ut insulam a læva haberent. Aliud est διὰ τοῦ π ο ρ θ μ ο ῦ πλεῖν, *per f r e t u m navigare;* aliud διὰ τοῦ πορθμοῦ περαιοῦσθαι, I. 49, 3. *fretum trajicere;* aliud διὰ π ό ρ ο υ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, de qua phrasi vide ad I. 39, 6. *Ibid.* ναυαγίας. Perperam ναυμαχίας ed. 1. 2. ex Bav.

Ibid. εἰς Πάνορμον τῆς Σικελίας. Verba τῆς Σικελίας, quæ otiosa videri possunt, adjecit græcorum lectorum gratia, quia sunt aliæ urbes & portus ejusdem nominis, & in his *Panormus* Peloponnesi, cujus meminit ipse lib. V. 102. Apud Stephanum Byzantinum quæ leguntur de Panormo, mutila esse recte monuerunt editores. Fortasse autem sic scripserat ille Grammaticus: Πάνορμος· πόλις Σικελίας καὶ λιμὴν, ὡς Πολύβιος. Καὶ λιμὴν τῆς Κυζίκου, ὡς Ἀπολλώνιος. Καὶ ἄλλος Πελοποννήσου καταντικρὺ τῆς τῶν Ναυπακτίων πόλεως, ὡς αὖθις Πολύβιος. Οἱ κατοικοῦντες &c.

Ibid. βαρυτάτη. βραχυτάτη Aug. Reg. A. male. Vide Lexic. Polyb. in βαρύς. Vicissim iidem codices IV. 48, 2. βαρεῖαν perperam ponunt pro βραχεῖαν. *Ibid.* τῆς τῶν

Καρχηδ.

Καρχηδ. τῆς abest a msstis, adjectum a Casaub. τῆς Καρχηδονίων ἐπαρχίας, omisso artic. τῶν, suaserat Vrsinus, non male.

Vers. 8. κατὰ διττοὺς τόπους. conf. III. 18, 4. V. 4, 6. Sæpe autem librariis τόπος & τρόπος permiscentur. Vers. 8.

Vers. 10. Post verba γενόμενοι δ' ἐγκρατεῖς excidisse suspicatus est Reiskius hæc, αὐτῆς οἱ στρατηγοὶ puto, ut ad οἱ στρατηγοὶ referretur id quod sequitur, οὗτοι μέν. Sed, quinam sint hi οὗτοι μὲν, facile intelligitur ex eo, quod continuo sequitur de sequentis anni Consulibus. Vers. 10.

CAPVT XXXIX.

Cap. XXXIX.

Vers. 1. Γναῖος Σερουΐλιος. Γάϊος edit. 1. 2. ex Bav. Ceteri omnes recte Γναῖος vel Γναΐος. Sed ἐρουΐλιος & ἐμπρώνιος vett. codices, litera initiali truncatis nominibus. Vers. 1.

Vers. 2. Μήνιγξ. Sic recte adnotatum in ora Reg. B. & errorem librariorum (de quo conf. ad cap. 45, 13.) merito correxit Gronovius. Obliquum casum Μήνιγγι habemus lib. XXXIV. 3, 12. Vers. 2.

Vers. 3. προσπεσόντες. Nolim h. l. cum Reiskio προπεσόντες corrigere. προσπεσεῖν εἰς βράχεα est *incidere in brevia.* Sic Diodorus III. 4. ταῖς πέτραις προσπεσοῦσαι ναυαγοῦσι. Vers. 3.

Vers. 6. ποιούμενοι παραβόλως καὶ διὰ πόρου τὸν πλοῦν εἰς τὴν Ῥώμην. Minus recte Casaubonus, notatus etiam hoc nomine a GRONOVIO in Notis msstis, verba διὰ πόρου *per fretum* interpretatus est, phrasin hanc cum illa διὰ πορθμοῦ, quam habuimus cap. 38, 7. confundens. *Trajectum*, sive per apertum mare, sive per fretum, sive per fluvium, ὁ πόρος denotat; non ipsum fretum. Et de freto Siculo ne cogitari quidem h. l. potest, ubi de cursu Panormo Romam instituto agitur. διὰ πόρου ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν est *brevissimo trajectu per mare uti; per medium mare, recta & brevissima via cursum dirigere.* conf. II. 9, 2. Sic I. 37. 1. διάραντες τὸν πόρον recte Casaub. *medium mare emensi.* Eodem modo Plutarchus in Arato p. 1032. de Arato, Sicyone Vers. 6.

Verſ. 6. cyone in Aegyptum proficiſcente, ait, 'ἀνήχθη ἀπὸ Μεθώνης ὑπὲρ Μαλέας, ὡς τῷ διὰ πόρου δρόμῳ χρησόμενος, *ut breviſſimo curſu medium mare trajiceret.* Recte igitur Obſopœus h. l. διὰ πόρου edidit, cum mendoſe διαπόρου eſſet in exemplari Bavarico. Ceteri codices, in aliam partem aberrantes, δι' ἀπόρου habent, iniquo loco diviſis vocibus. Reiſkius quid ſpectarit, cum διαπείρως ſcribendum ſuſpicatus eſt, neſcio. Quod autem *temerario auſu* a Romanis factum Polybius ait, ut medium mare trajicientes Romam petierint, ratio eſt, quod cum aliâs nonnimis exercitati nautæ Romani oram potius, quoad fieri poterat, legere debebant, quo receptum haberent, ubi tempus poſtularet, tum præſertim navibus nupero caſu adflictis.

Ibid. εἰς τὴν Ῥώμην. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. ſed in hoc ſubducta linea notatur vocab. Ῥώμην, & in ſequenti voce πάλιν ſuper α ſuperſcripta eſt litera ο.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Γάϊον Φούριον. Γάϊον cum Reg. B. C. correxit Caſaub. Sic & Aretinus & Perottus. Sed quod Perottus *C. Curium* habet pro Furio, proprius hujus error eſt. L. Cæcilius Metellus, C. Furius Pacilus, Conſules hujus anni DIII. in quo nunc verſatur hiſtoria.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. διασπάσαι & διαφθείραι. Sic corrigendum putavi; quod & Scaligero video placuiſſe. διασπάσαι cum accentu acuto dederunt etiam Aug. & Reg. A. B. ſed in διαφθεῖραι cum circumflexo conſentiunt vulgo omnes. Præferendus autem utique optativus infinitivo. Conf. notata ad cap. 31, 7. & ad cap. 4, 1.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. παρατατλόμενοι τοῖς πολεμίοις ἐν ἓξ καὶ πέντε σταδίοις. Sic ſuſpicatum fuiſſe Caſaubonum, ex ora Baſil. refert Mericus filius. Sic I. 17, 8. στρατοπεδεύσαντες ἐν ὀκτὼ σταδίοις ἀπὸ τῆς πόλεως. & I. 56, 11. παραστρατοπεδευσάντων αὐτῷ ἐν ἴσως πέντε σταδίοις. Contra, I. 19, 5. ἐπεστρατοπέδευσαν τοῖς Ῥωμαίοις, ὡς δέκα σταδίους ἀπέχοντες τῶν πολεμίων. & I. 67, 13. κατεστρατοπέδευσαν ἀπέχοντες ὡς ἂν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια τῆς Καρχηδόνος. Verbum παρατάτλεσθαι τοῖς πολέμιοις plerum-

plerumque quidem recte exponitur *acie confligere*, II. 19, 5. 20, 4. III. 48, 6. sed id ex metonymia antecedentis pro consequente; nam proprie est *aciem instruere adversus hostem*. Quod adtinet ad phrasin ἓξ καὶ πέντε, notat ea, *sex vel quinque stadia abfuisse Romanos ab hostibus*. Sic τρεῖς καὶ τέτταρας, III. 43, 4. τέτταρα καὶ πέντε προϊέμενοι τάλαντα. V. 90, 6. &c. *Ibid.* ἐθάῤῥησαν. ἐθάρσησαν Flor. Vers. 12.

Vers. 13. Θέρμην ex Bav. editum est. Θέρμαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Rectius fuerit Θερμὰ (conf. Steph. Byz. & ibi Berkel.) aut Θέρμας, vel potius Θερμὰς, ut apud Diodor. XXIII. 14. & apud Polyb. I. 24, 4. quamquam non satis adparet, Himerenses-ne Thermae, (ut I. 24, 4.) an Selinuntiae h. l. sint intelligendae. Vers. 13.

Ibid. καὶ Λίπαραν. Sic accentum vulgo ponunt cum Bav. Reg. A. B. puto & Vat. & Flor. Λιπάραν penacute Aug. & Scaliger; rectius utique, si modo ceteroquin proba scriptura. Λίπαρον Reg. C. casu (puto) potius, quam consilio. Mihi vero de toto nomine (quamvis cum Polybio consentire videatur Diodorus, in cujus Excerptis quidem loc. cit. p. 506 ed. Wessel. legimus, τὰς Θερμὰς καὶ τὴν Λιπάραν Ῥωμαῖοι παρέλαβον ἄμφω) gravis orta est suspicio. Qui enim quaeso Romani nunc, ubi mari prorsus cesserunt Poenis, Liparam expugnaverint, in insula sitam? &, quod etiam gravius est, quo pacto intelligemus dicere potuisse Polybium, *Liparam* expugnasse Romanos, *montanis atque inaccessis locis inhaerentes?* Videndum igitur, ne alterius nescio cujus oppidi Siculi nomen hic scripserit Polybius.

Vers. 15. καταστήσαντες στρατηγόν. Sicut non praefracte abjiciam Gronovii emendationem στρατηγούς, sic adsentior Reiskio, non necessariam eam existimanti. *Ibid.* Μάλλιον. Conf. ad cap. 26, 11. Consules anni DIV. C. Atilius Regulus II. L. Manlius Vulso Longus II. Vers. 15.

CAPUT

Cap. XL.

CAPVT XL.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῆς στρατιᾶς. Reftitui fcripturam librorum, quibus refragantibus vulgo edebatur στρατείας, quod quidem ferri poterat, fi darent libri. conf. ad I. 9, 3. Vnus Reg. C. cum editis h. l. facit, Reg. B. ad partes veterum codicum tranfiit. In Reg. A. tamen eft στρατειᾶς, utraque fcriptura in unam confufa.

Ibid. βουλόμενον ἐφεδρεῦσαι. Iure ita correxiffe Cafaubonum, intelligitur ex eo, quod mox legimus, Afdrubalem in agrum Panormitanum irrupiffe, fruges corrupturum. Panormitanos autem *focios* vocat Romanorum, more recepto apud Romanos, qui populos five armis fibi fubjectos, five qui fponte fefe tradidiffent, *focios* adpellare, non *fubditos*, confueverant.

Verf. 3. *Verf.* 3. Ὁ δὲ Καικίλιος &c. Habet Suidas in Ἐκκαλεῖται, ubi verbum ἐκκαλεῖσθαι exponit per προκαλεῖσθαι, pro σπουδάζων autem βουλόμενος fcripfit.

Verf. 6. *Verf.* 6. τοτηνικαῦτο δέ. Abundat particula δὲ initio apodofeos, ut in Latinorum fermone *tum vero.* Vide Adnot. ad I. 29, 6.

Verf. 7. *Verf.* 7. πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου παρέβαλε, *pro mœnibus atque foffa locavit.* παρενέβαλε fufpicatus erat Cafaubonus, itemque Erneftus; quod verbum proprie de militibus, in acie collocatis, frequentat Polybius. Nec tamen neceffarium hoc quidem loco videtur difcedere a fcriptura, in quam libri omnes confentiunt. Eodem verbo utitur VI. 27, 3. *de ratione, qua in caftris collocantur legionum tentoria,*

Verf. 8. *Verf.* 8. ὅταν δ᾽ ἐκπιέζωνται. ἐκπιέζονται temere propagatum erat ex edit. Cafaub. in quam errore operarum irrepferat. — *Ibid.* εἰς τὰ προσπίπτ. Abeft εἰς ab Aug. & erafum eft in Reg. A. perperam. Mendofius Vat. εἶτα προσπίπτ.

Verf. 9. *Verf.* 9. τοῖς δ᾽ ἐκ τῆς ἀγορᾶς &c. Citat Suidas in Βαναύσοις.

Verf.

Verſ. 12. ἐνεργοῖς καὶ πυκνοῖς. Perperam omiſſa in edit. 2. copula, quam agnoſcunt ſcripti libri omnes: & hujus erroris contagium ſequentes invaſit editiones. Verſ. 12.

Verſ. 13. συμβελῆ. Sic recte editum ex Bav. συμβελὴς, *telis obrutus*, vocabulum, nuſquam aliâs (quod ſciam) occurrens; ejuſdem formæ quoad terminationem cum ἐμβελὴς, & quoad compoſitionem ejuſdem fere formæ cum σύσκιος, *umbra tectus*, σύμφυτος, *arboribus conſitus*, & aliis hujuſmodi. σὺν βέλη Aug. & Reg. A. corruptum ex συνβελῆ, quod eſt in Flor. Atque eodem modo συνβελῆ (quamquam adnotare neglexit Spallettus noſter,) haud dubie eſt in Vat. in quo plerumque ſervatur litera ν, ubi vulgo ante γ vel κ in γ, & ante β vel π in μ ſolet mutari. In Flor. autem vox illa συνβελῆ, ita exarata, ut ob nexum paulo intricatiorem literarum υν facile legere poſſis σκυβελῆ, quod ipſum ineſt in altero codice Florentino, Bibliothecæ Laurentianæ, qui ex illo deſcriptus eſt. Eamdemque pravam ſcripturam σκυβελῆ ſequuntur codices Reg. B. C. de quorum conſenſu cum Flor. eis locis, ubi ab exemplo Obſopœi diſcedunt, dixi in Præf. Tom. I. p. LIV. coll. LVI. Verſ. 13.

Ibid. ἐφέρετο. Perperam ἔφερε Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τὰς δὲ τάξεις. Sic conſulto, ut puto, & merito correxit primus editor Obſopœus, a quo & ceteræ editiones & codices Reg. B. C. acceperunt. Sane poſt τοὺς μὲν, quod præceſſit, τάς τε ferri non potuit.

Verſ. 14. ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας. Sufficere poterat alterutrum; nam & ἐκ πλαγίου & κατὰ κέρας συμπεσεῖν τοῖς πολεμίοις, pariter eſt *a latere adgredi hoſtem*. Sed amat copiam verborum Polybius, nec aſpernatur pleonaſmos. *Ibid.* Quod τεταγμένοις habet edit. 1. pro τεταραγμένοις, id invitis factum eſt omnibus codicibus. Verſ. 14.

Verſ. 15. Ἰνδοῖς. *Indos*, non gentili notione, ſed velut adpellativo nomine, *rectores Elephantorum* vocat, ut 1. Maccab. 6, 37. traducto nimirum nomine a rectoribus elephantorum, quibus Syriæ reges uti conſueverant. Verſ. 15.

CAPUT XLI.

Cap. XLI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἠλαττῶσθαι &c. In Bav. & edit. 1. eſt ἐλαττῶσθαι, ὡς τῶν θηρίων ἐστερημένους. & abſunt verba ſequentia ὡς ἐπὶ uſque κεκρατηκότας. Hæc autem verba non ſolum habent Vat. Flor. Aug. Reg. A. ſed & Reg. B. C. & Aretinus atque Perottus; neque video, cur ea manum alienam prodere viſa ſint Reiſkio.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. διὰ ταῦτα. Quamquam in his verbis, præcedente διὸ, pleonaſmus quidam ineſt, non abhorret tamen, ut paullo ante monui, a talibus ſtylus Polybianus.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τεσσαρεσκαίδεκα. τετ]αρεσκ. Aug. Reg. A.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. κρατήσαντες ταύτης. Forſan adjecerat Polybius τῆς πόλεως. conf. v. 6. Sed poterunt etiam facile intelligi illa verba, quamquam præceſſit τὸ Διλύβαιον, quod & promontorii & urbis nomen eſt. conf. cap. 42, 6 ſq.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. σχεδὸν δὲ περί γε τούτου. Prætuli hanc ſeriem verborum, quam habet edit. 1. & Reg. B. C. ex Bav. cum quo conſentit Flor. puto & Vat. quamquam ex hoc nil notatum. In edit. 2. & ſqq. eſt σχεδὸν δέ γε περὶ ex Aug. cum quo facit Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. μηδεμίαν ἀφορμήν. Poterat ἀφορμὴ intelligi, ut aliâs, *opportunitas, præſidium rei gerendæ;* ut hoc dicat Polybius, nullam aliam opportunitatem reliquam habuiſſe Pœnos obtinendæ Siciliæ, aut quidquam in ea inſula tentandi, niſi ope Lilybæi & Drepanorum, quæ oppida ſola adhuc in eorum erant poteſtate. Sed iſta quidem notione vix aliter, puto, quam in plurali numero reperitur illud vocabulum ἀφορμαί. Percommode vero h. l. Caſaubonus ἀφορμὴν *arcem belli* interpretatus eſt, eadem notione, quam habet vulgo vocab. ὁρμητήριον. Eodem prorſus modo apud Thucydidem I. 90. legimus, τὴν Πελοπόννησον πᾶσιν ἔφασαν ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμὴν ἱκανὴν εἶναι. ubi ad vocab. ἀφορμὴν notavit Scholiaſtes, οἷον, ἐξ ἧς ὁρμώμενός τις σώζεται. nec erat cur Henr. Stephanus, hujus loci mentionem faciens in Theſauro græcæ linguæ, malle ſe diceret latine *perfugium*, quam cum Valla *tutamen*

men reddere; nam quid dicat ἀφορμὴν Thucydides, ipſe ſatis declaravit verbis proxime præcedentibus: ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου οὐκ ἂν ἔχοντος, ἀπὸ ἰχυροῦ ποθὲν, ὥσπερ νῦν ἐκ τῶν Θηβῶν, ὁρμᾶσθαι. Verſ. 6.

Ibid. Δρεπάνων. Correxi accentum. Vulgo male h. l. editi cum msstis omnibus Δρεπανῶν. Vide infra ad I. 46, 1.

CAPVT XLII. Cap. XLII.

Verſ. 1. οὖν σύμπασαν. οὖν πᾶσαν Aug. Reg. A. prima ſyllaba abſorpta a præcedenti particula οὖν. Verſ. 1.

Verſ. 2. τούτῳ δ' αὐτῷ, *hoc uno.* Non erat, cur τούτῳ δ' αὐτὰς repoſitum voluerit Reiſkius. *Ibid.* νῆσός ἐστιν *&c.* Denuo expendens hunc locum, neceſſaria utique puto quatuor iſta verba, a Caſaubono ſuppleta, quæ quidem ignorant codices noſtri omnes. — *Ibid.* Χερσόνησος. Tenui hanc ſcripturam, quam præferebat editio Erneſti, cum qua conſentiunt codd. Vat. Aug. Reg. A. (ſed Vat. quidem ante etiam Πελοπονήσου cum ſimplici ν habet.) Antea Χερσόννησος cum duplici ν h. l. edebatur. Verſ. 2.

Verſ. 5. δυοκαίδεκα. Ceteri, ut vulgo edebatur, δεκαδύω, quod minus probum videtur, & ex ſignis numeralibus ιβ'. imperite expreſſum; quamquam ſimili ratione I. 36, 11. & IV. 56, 2. eſt δέκατέσσαρες pro τεσσαρεσκαίδεκα, & in nonnullis codicibus δεκαπέντε III. 56, 3. pro πεντεκαίδεκα. conf. I. 59, 1.

Verſ. 6. προκειμένοις reſtitui ex msstis, contra quorum fidem (neſcio quo, ſive caſu, ſive conſilio,) προειρημένοις edidit Hervag. quod tenuerunt ſequentes editores. Verſ. 6.

Verſ. 7. τείχεσι δὲ διαφερόντως ἠσφαλισμένην. — „Lege τε. Aut aliàs, ſervato δὲ, neceſſe eſt, ut ἠσφαλισμένη legatur, idque conjungatur cum ταύτῃ δὲ, quæ eſt iteratio connexionis gratia, ut lector a filo orationis ne aberraret." REISKIVS. Verſ. 7.

Verſ. 8. προσστρατοπεδεύσαντες. Perperam vulgo, & invitis msstis, inde ab Hervagio editum erat προστρατοπεδ. ſimplici litera σ. *Ibid.* τὸν ἔγγιστα κειμ. τῆς θαλ. πύργον. Verſ. 8.

Verſ. 8. γον. Præztuli hanc ſeriem verborum, quæ eſt ſtylo Polybiano convenientior: eamdemque cum edit. 1. & codice Bav. præferunt Vat. Flor. Reg. A. B. C. Vulgo ex uno Aug. inde ab Hervag. edebatur τὸν ἐγſ. τῆς θαλ. κειμ. πύργον. In Reg. A. primum fuerat τὸν κειμ. ἐγſ. τῆς θαλ. πυργ. ſed ſuperſcriptis notis numeralibus indicavit dein librarius eum verborum ordinem, quem ſecutus ſum.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. προσκατασκευάζοντες (perperam προκατασκ. Aug. Reg. A.) δ' ἀεὶ τοῖς ὑποκειμένοις, *dumque prioribus ſemper aliquid adſtruunt.* — „Certe *deeſt* τὶ, [ut ex ora Baſil. adnotavit Mericus Caſaub.] ſed nullo modo patiendum, ut id contextui adjiciatur: nam & in hujus particulæ defectu Polybium agnoſco. VIII. 12. [nobis VIII. 17, 7.] Σωσίβιος ἅμα μὲν προσεδίδου τῶν χρημάτων εἰς τὸ μηδὲν ἐλλείπειν. Eod. 20. [VIII. 27, 8.] εἰσέφερε τῶν θηρίων. IX. 32. [IX. 38, 2.] ἀπώσαντες ἐς τὸ Φρέαρ τὸν παραγεγονότα, καὶ προσεπιβάλλοντας τῆς γῆς, κελεύειν ἀπαγſεῖλαι. X. 10, [5.] Carthaginem novam ait cingi ἀπὸ τῶν δύσεων λίμνῃ, προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους. Legat. 114. [nobis lib. XXXI. cap. 22.] Φάσκων αὐτῷ προσπεπτωκέναι παρὰ τοῦ βασιλέως, διὸ δέον ἐστὶν αὐτὸν μένειν, *novi aliquid a rege ſe accepiſſe.* Recte ſic interpres." GRONOVIVS.

Ibid. συνεχεῖς τῷ προειρημένῳ. Sic perſpecte ex ingenio correxit Caſaub. Editiones veteres cum msstis τῶν προειρημένων. *Ibid.* Quatuor verba κατέβαλον· τοὺς δὲ λοιποὺς deſiderantur in Aug. & Reg. A. & aberant primum a Vat. adjecta ab alia manu.

Ibid. πάντας ἅμα κριοκοπεῖν ἐνεχείρησαν. ἐπεχείρησαν Suidas in Κριοκοπεῖν. In verſione autem latina, particula ἅμα perperam cum Caſaubono a nobis omiſſa eſt; ſcribe, *jam reliquas omnes ſimul eodem tempore arietibus quatere inſtituerunt.*

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἐνεργοῦ revocavi ex edit. 1. cum qua conſentiunt Bav. Vat. Flor. Reg. B. C. ἐνεργοὺς ex Aug. expreſſit Hervag. cum quo facit Reg. A. Conf. adnot. ad I. 1, 2.

Ibid

Ibid. τῶν ἔργων ἐπιβαινόντων ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐντὸς τῆς πόλεως. *quum opera magis magisque intra urbem penetrarent.* Nempe aggeres cum vineis & arietibus, dejectis nonnullis muri partibus, jam quodammodo intra urbem erant acti; sed (ut mox docet Polybius) hostes pro dejecto muro alium intra urbem exstruxerant. Vers. 10.

Vers. 12. Ἰμίλκων. Sic, cum spiritu leni, constanter dant libri nostri. *Ibid.* παρέλειτε. παρέλιπε Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vtramque scripturam conjunxit Bav. *Ibid.* τὰ δ' ἀντιμεταλλεύων, cum Casaub. exposui *cuniculos cuniculis eludens.* Sed Romani quidem, aperta arietum vi summa undique urgentes oppugnationem, non videntur simul tectam cuniculorum fraudem adhibuisse. Solis Pœnis cuniculis opus erat, ad subfodiendos aggeres hostium, quibus machinæ erant impositæ. Commodius igitur puto exponemus: *partim novum murum intus ex adverso exstruens,* (cf. ad vers. 10.) *partim cuniculos agens adversus opera hostium.* Vers. 12.

CAPVT XLIII. Cap. XLIII.

Vers. 1. διελέγοντο τῷ. Quod in edit. Casaub. est διέλεγον τῷ, errorem corrigere jussit ipse Casaubonus. Vers. 1.

Vers. 3. καταλειπομένους. καταλιπομ. Aug. Reg. A. Nil refert. *Ibid.* ἐμμείνωσι recepi ex Flor. Puto sic & dare Vat. Sic & debuerunt Aug. & Reg. A. in quibus corrupte scribitur ἐκμείνωσι. — *Ibid.* ἐπιβουλῆς. Sic omnes. Suspicari utique licet ἐπιβολῆς, a quo vocab. frequenter aberrarunt librarii nostri. Vers. 3.

Vers. 4. τὸν υἱὸν τοῦ Ἀννίβου. τὸν υἱὸν τὸν Ἀννίβου Flor. minus bene hoc quidem loco. Vers. 4.

Vers. 6. τῶν ἐκπηδησάντων. Laboranti loco succurri posse Scaliger putavit, αὐτῶν pro τῶν legendo. Supplendum verbum παραγενομένων, ἐπανελθόντων, aut προσμιγνύντων suspicatus est REISKIVS. Forsan ad ἐκπηδησάντων exciderunt etiam verba πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, aut εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον, unde etiam, ex mox recur- Vers. 6.

Verf. 6. rente eadem præpofitione πρὸς vel εἰς, adparet omiffionis ratio. *Ibid.* πρὸς τὰ τείχη revocavi ex edit. 1. cum qua faciunt Bav. Vat. Flor. εἰς τὰ τείχη ex Aug. expreffit Hervag. & feqq. edd. Sic & Reg. A. *Ibid.* ἀκούειν recte editum ex Bav. ἀκούσειν Vat. Aug. Reg. A. & Suidas in Οὐχ οἷον. Sed in Aug. fubfcripto puncto ut fufpecta notatur litera σ.

Verf. 8. *Verf.* 8. Ἀκραγαντίνοις correxi cum Bav. Vat. Flor. & Vrfino. Vulgo Ἀκραγαντίνους edebatur cum Aug. & Reg. A. B. C. nam & ita (cafu-ne nefcio, an confilio,) in edit. 1. erat.

Cap. XLIV.

CAPVT XLIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως. τῇ πράξει voluerunt Vrfinus & Scaliger. ταῖς πράξεσι Voffius. Ac fane cum dativo cafu aliâs, aut cum πρὸς, fequente accufativo, conftruitur illud participium. At nil tamen magnopere impedit, quo minus (quemadmodum cognatæ fignificationis nomina, velut ἄξιος & alia fimilia) cum genitivo etiam conftruatur. Itaque cum h. l. τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις in dativo cafu fit pofitum, nomen rectum ab ἁρμόζουσι ponitur in genitivo, variationis caufa, & ne oriatur conftructionis confufio. Sic, cum verbum ὑπακούω plerumque quidem genitivum regat, fed poffit tamen etiam dativum regere, conftruitur cum hoc tertio cafu apud. Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 16. μηδὲ θᾶττον μηδεὶς σοῦ τούτῳ ὑπακουέτω, ad vitandum concurfum genitivorum, ut perfpecte ibi monuit Zeunius.

Ibid. τριήραρχος δὲ καὶ Φίλος Ἀτάρβου πρῶτος. Satis-ne fana hæc fint, dubitare licet. *Adherbalis* nulla adhuc facta mentio eft; quem Drepanis præfectum fuiffe, infra docet Polybius, cap. 46. Tum Φίλος πρῶτος fufpectum eft: quafi vero adeo memorabilis vir effet Adherbal, ut adtineat fcire, *principem* vel *primum* ejus *amicum* fuiffe Hannibalem hunc. Quod autem præcedit τριήραρχος, haud fatis adparet, utrum per fe ftet, ut dicatur fuiffe *trierarchus*

Punicæ

Punicæ classis, (quemadmodum Casaub. interpretatus est, *triremium præfectum*, *Adherbalisque amicum præcipuum, qui classi huic præerat;*) an simul cum vocab. φίλος ad Ἀτάρβου sit referendum, sicut nos exposuimus, ut intelligatur *trierarchum Adherbalis* fuisse, id est, huic adjunctum & imperio ejus subordinatum. Pro πρῶτος autem videndum puto, ne πρῶτον sit legendum, ut *primum hunc Hannibalem* dicat *missum a Pœnis Lilybæum;* deinde vero, & sæpius quidem, alium Hannibalem, cognomine Rhodium; de quo vide cap. 46. Vers. 1.

Ibid. καταμελῆσαι. Sic h. l. editi & scripti libri omnes. At, quamquam probum per se verbum est καταμελεῖν, *negligere;* (conf. Sophocl. Ajac. 45. & 912. edit. Brunck. & Henr. Steph. Thes. hoc verbo;) tamen vix dubito, quin καταμελλῆσαι, *cunctari*, & hoc loco & alibi passim apud Polybium pro isto verbo sit reponendum. Frequentissime literas simplices pro duplicibus, & præcipue λ pro λλ, ponere librarios nostros, jam sæpius monui. Tum vero I. 49, 10. ubi rursus vulgo omnes scribunt καταμελήσωσι, & ubi pariter verbum istud opponitur verbo τολμήσωσι, quemadmodum h. l. μὴ καταμελῆσαι opponitur phrasi χρήσασθαι σὺν καιρῷ τῇ τόλμῃ, ibi idem verbum mox versu sequenti exponitur per μὴ μέλλειν, ut intelligendum videatur, καταμελλήσωσι utique fuisse scribendum. Sic autem IV. 76, 8. μὴ καταμέλλειν recte dant omnes. Et V. 7. 4. μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, μηδὲ καταμέλλειν. Rursus IV. 30, 2. ubi edit. 1. & 2. ex Bav. dederant καταμέλουσι, merito Casaubonus καταμέλλουσι correxit, quod ipsum præferunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. ὑπερτιθεμένοις καὶ καταμέλλουσι, καὶ καθόλου δεδιόσι τὸν πόλεμον. Sic rursus, consentientibus libris, XXI. 10, 1. παριεὶς τοὺς καιροὺς καὶ καταμέλλων. Atque eodem modo I. 60, 8. ubi vulgo legitur, ἐὰν δὲ τηρῶν εὐδίαν καὶ καταμελῶν &c. utique (monente pariter Ernestio in Lexico Polyb.) καταμέλλων fuerit rescribendum: *si cœli serenitatem exspectando cunctandoque committeret, ut trajicerent hostes* &c. Atque

Verſ. 1. que, ſicut in his peccatum eſt, ſic & pro ſimplici verbo μέλλειν dat perperam μέλειν codex Bav. III. 60, 13. & pro ἀμελλήτως, quod emendationi debetur Caſauboni, IV. 71, 10. mendoſe codices ἀμελήτως dabant. Viciſſim III. 44, 12. perperam libri omnes ὡς αὐτῷ μελλόντων, pro μελόντων, quod ex certa conjectura reſtituit Caſaubonis. Aliorum auctorum quod adtinet loca, ubi neſcio an eadem verba, καταμέλλω & καταμελέω, inter ſe confuſa ſint, (v. c. apud Diodorum in Excerpt. Valeſ. T. II. p. 574. edit. Weſſel. τὰς δυνάμεις ὑστερούσας, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καταμελοῦντας καὶ προφάσεις ἀεὶ ποριζομένους) de his alii viderint.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐν ταῖς καλουμέναις Αἰγούσαις. Sic poſt Hervagium cum Aug. & Reg. A. B. vulgo editur. Αἰγούσσαις edit. 1. Bav. Vat. Flor. Reg. C. Infra, cap. 60, 4. ἔπλευσεν πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον, τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου. Conf. Steph. Byz. hac voce. *Aeguſa* vel *Aeguſſa*, una ex tribus *Aegatibus*, quas vocant Latini ſcriptores. Ab hac, quæ notior eſt ceteris, omnes conjunctim Αἰγούσας h. l. vocat Polybius; eadem fere ratione, qua (ſecundum quidem vulgatam & conſentientem codicum lectionem) Aeolias inſulas ab earum præcipua τὰς Λιπαραίας νήσους dixit I. 25, 4. & τὰς Λιπάρας XXXIV. 11, 19.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. λαβὼν δ' οὔριον &c. Laudat Suidas in Οὔριος. *Ibid.* κατουρώσας. κατουρίσας Suid. quod perinde eſt, quamquam Tragicorum proprium hoc verbum dicit Euſtathius, ut monuit Henr. Stephanus in Theſ. Linguæ Græcæ.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὸν εἴσπλουν tenui, editum ex Bav. & ſic notatur in ora Vat. Idem vocab. in contextu habet Flor. ἐπίπλουν Vat. in contextu, Aug. Reg. A.

Cap. XLV.

CAPUT XLV.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀκεραίοις perſpecte correxit Gronovius, ſicco tamen pede hunc locum in Notis tranſiens. Id in ἀκεραίαις perperam mutavit Erneſtus, non cogitans, generis communis eſſe hoc nomen cum aliis polyſyllabis & compoſitis, in ος deſinentibus. conf. III. 70, 9. *Ibid.* ἐπίθεσιν

τοῖς

τοῖς ἔργοις. Subſtantivum regens caſum verbi, unde derivatum eſt. conf. ad I. 11, 1.

Verſ. 3. τοῖς κατ' ἰδίαν ἀνδραγαθήσασι. Bene habet indefinitum primum, ubi conditionalis eſt ſermo: *ſi qui fortiter pugnaviſſent.* conf. III. 71, 10. X. 11, 6. Verſ. 3.

Verſ. 5. τοὺς ἁρμόζοντας πρὸς τὴν ἐπίθεσιν ἑκάστοις τόπους. Perperam τόποις invexerat Hervag. ex Aug. cum quo facit Reg. A. quod neſcio quo modo probare potuerit Caſaub. Veram ſcripturam revocavi ex edit. 1. & Bav. Vat. Flor. monente etiam Gronovio in Notis msstis, qui provocavit ad V. 4, 6. & ad XVIII. 3, 2. Verſ. 5.

Verſ. 8. πάντων δ' ἐν βραχεῖ. Conjunctionem, vulgo omiſſam errore operarum Obſopœi, reſtitui ex msstis. Verſ. 8.

Verſ. 9. ὅσῳ, intellige μᾶλλον, *quo magis*, vel ſimpliciter, *quandoquidem.* cf. II. 30, 3. Plura exempla collegit Dukerus ad Thucyd. VI. 89. — *Ibid.* ὡς ἂν ἐκ τοσούτου *&c.* Recitavit iſta verba Suidas in Κατὰ ζυγόν. & interpretationem addit hanc: ζυγὸς γὰρ τὸ ἐκ παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος, id eſt, ζυγὸς dicitur *ſeries militum, quorum alter juxta alterum ſtat.* Verſ. 9.

Verſ. 11. ἐπὶ τῷ τρέψασθαι, & ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι. Vtrobique ἐπὶ τὸ dat Aug. Nil refert. Sed idem tamen cum reliquis paulo ante conſentit in ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρ' ἀμφ. ταχθέντες. Apud Xenoph. Cyrop. I. 4, 24. eſt οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες. *Ibid.* εἶξαι τούτοις τολμῶντες. — „Aut poſt τολμῶντες, aut poſt προθυμίαν, deeſt ὥστε.“ REISKIVS. Verſ. 11.

Verſ. 12. δᾷδα, *tædam, tædas ex picea arbore.* Collectivum nomen eſt δᾴς, de quo dixi ad Appiani Hiſt. Punic. cap. 125. Sic apud Xenoph. Cyrop. VII. 5, 23. ἡμεῖς δ' αὖ πολλὴν μὲν δᾷδα ἔχομεν. Eodem modo latinum *tæda.* Cæſar Civ. II. 11. *cupas tæda ac pice refertas accendunt. Ibid.* στυππεῖον recte editum a Caſaub. Sic Bav. & Reg. C. στυπεῖον ed. 1. 2. Aug. Reg. A. B. *Ibid.* ἐνέβαλλον. ἐνέβαλον Flor. Verſ. 12.

Verf. 13. *Verf.* 13. σαλπισταῖς. Sic primus edidit Hervag. ex Aug. cum quo facit Reg. A. puto etiam Vat. & Flor. e quibus nulla varietas enotata. Ac patitur quidem fortaffe eam vocabuli formam analogia; fed utique σαλπιγκταῖς prætulerim. σαλπικταῖς h. l. edit. 1. & Reg. B. C. cum Bav. qua forma vocabuli & apud alios fcriptores paffim ufos librarios memini, five ex incuria, five ex prava dialecto, omiffa litera γ ante κ. Sic ante ξ eamdem literam omiferunt in Μήνιγξ, cap. 39, 2.

Cap. XLVI.

CAPVT XLVI.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὰ Δρέπανα. Sic conftanter Vat. Flor. Aug. Reg. A. Nec aliam formam agnofcit Stephanus Byz. Contra, τὸ Δρέπανον h. l. & fæpius deinde Bav. & hinc editi & Reg. B. C. Sed iidem rurfus haud raro in plurali numero efferunt id nomen. conf. fupra, cap. 41, 6. Itaque pluralem femper tenendum cenfui. Ceterum de hujus oppidi nomine vide Cluverum Sicil. Antiq. p. 235 fqq. Illud adjiciam, apud veteres Polybii interpretes, *Aretinum* & *Perottum*, conftanter *Drepanum* fingulari numero ufurpari. Apud Diodorum Siculum varia eft fcriptura: uno loco τὸ Δρέπανον, in Excerpt. ex lib. XXIII. cap. 9. p. 503. edit. Weffel. deinde vero τὰ Δρέπανα ibid. cap. 14. p. 505. & Excerpt. ex lib. XXIV. cap. 2. p. 509. Sed, fuperiori illo loco non tam ipfum oppidum, quam regionem, nempe peninfulam illam, in qua conditum oppidum eft, τὸ Δρέπανον adpellari, perfpecte monuit Cluverus l. c. pag. 236. Atque ita forte intelligendus Ptolemæus fuerit, cum ibi locorum Δρέπανον notavit. Vide tamen Polyb. I. 59, 10.

Ibid. Ἀτάρβαν. Ἀτάρβανον edit. 1. & Reg. B. C. contra veterum codicum omnium confenfum. conf. cap. 44, 1. 49, 4. 50, 6. &c. *Ibid.* τὸν Καρχηδονίων στρατηγόν. Sic cum Hervagio ediderunt omnes, poftquam mendofe in ed. 1. fuerat τὸ τῶν Καρχηδ. Reftitutum velim ex veterum codicum confenfu τὸν τῶν Καρχ. στρατ.

Verf.

Verſ. 2. Quod in edit. Erneſt. abeſt articulus τὴν ad εὐκαιρίαν, id proprius illi editioni error eſt, operarum culpæ tribuendus. *Ibid.* μεγάλην ἐποιοῦντο σπουδήν. Articulum τὴν ad σπουδὴν invexerat Hervag. ex Aug. cum Reg. A. Delevi cum Bav. Vat. Flor. Verſ. 2.

Verſ. 4. Verbum παραφυλάτεσθαι non videtur ſolicitandum. Cavendum erat Romanis, ne intraret quiſquam; nam ipſorum res agebatur. Atqui παραφυλάττεσθαι, in medio genere, *cavere* denotat. *Ibid.* Ἀννίβας ἐπικαλούμενος Ῥόδιος. Caſaubonus: *vir, cui nomen Hannibali erat, genere Rhodius.* Immo, *Hannibal, cognomine Rhodius;* ut perſpecte monuerunt Gronov. & Reiſkius. Sicut Magonem aliquem *Samnitem* cognominatum legimus IX. 25, 4. & alium *Bruttium* XXXVI. 3, 1. ſic Hannibal hic cognomen *Rhodii* habuit, ſive, quod Rhodi natus fuerit, ut ſuſpicatus eſt Reiſkius, patre puta Pœno; ſive, quod diu in ea inſula fuiſſet verſatus, aut multum ei cum Rhodiis commercium intercederet. Poterat interſeri articulus ὁ, ſed & abeſſe poteſt: ſic XVII. 10, 8. Ἄππιον Κλαύδιον ἐπικαλούμενον Νέρωνα. Verſ. 4.

Verſ. 6. τετάρτην ὥραν. Mendoſe τετάρτην ἡμέραν Aug. Vat. Reg. A. ſed in duobus poſterioribus ſuperſcriptum ὥραν. Vtrumque ſuſpicari poſſis pravæ librariorum ſedulitati deberi. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἐγένετο Aug. Reg. A. ſed in hoc ſuperſcriptum ἐγίνετο, quod vulgo editum erat ex Bav. Verſ. 7.

Verſ. 9. *Delenda* eſt *diſtinctio* poſt δυνατὸν, quæ ſententiam turbat, & neſcio quo modo huc irrepſit. *Ibid.* ἐπτερωκυῖαι. Intellige ἑαυτὰς, cum Reiſkio, aut τοὺς ταρσούς. Sane paſſiva aut reciproca quadam notione h. l. intelligendum illud participium: νῆες ἐπτερωκυῖαι, *naves, quæ remis ſublatis in procinctu ſunt*, ut ait Erneſtus in Lexico Polyb. Mox (verſ. 11.) active πτερώσας τὴν ναῦν. Quo pertinet (ut monuit idem ERNESTVS ibid.) gloſſa Heſychii πτεροῖ· ἐξαίρει. „Nempe πτεροῦν (ait) ſcil. τὴν ναῦν dicitur dux, cum jubet adtollere remos, h. e. cum vult Verſ. 9.

naves

Verſ. 9. naves πλεῖν, idque Græcis eſt ἐξαίρειν." — Luculentus eſt in eamdem ſententiam Plutarchi locus, in vita Antonii, Tom. V. p. 210. edit. Reiſk.) τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πτερώσας. Scilicet πτερὰ ſunt *remi* apud Poëtam, Odyſſ. Λ'. 124. Ψ'. 272, vel *palmæ remorum*, οἱ ταρσοὶ τῶν κωπῶν, ut exponit Pollux in Onomaſt. I. 90.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τὴν ἀναγωγήν. τὴν ἀγωγὴν ed. 1.2. Reg. B. C. invitis vetuſtis codicibus. Verum reſtituit Caſaub. & adnotaverat jam Scaliger. Verba autem iſta Hervagius cum Aug. poſuit ante ἐκ τοῦ προφανοῦς, & ſic ſeqq. editiones. Prætuli ſtructuram verborum, in quam cum edit. 1. conſentiunt Bav. Vat. Flor. Reg. A. B. C. — *Ibid.* κατανέστη. κατενέστη edit. 1. 2. Reg. B. C. contra veterum codicum fidem. Eſt autem κατανίσταϑαί τινος, ut monuit Reiſkius, idem quod ἀνίσταϑαι κατά τινος. conf. v. 12,

Verſ. 11. *Verſ.* 11. προπλεύσας recepi ex Vat. Aug. Reg. A. Mendoſe προσπλεύσας edit. 1. 2. & Reg. B. ex Bav. περιπλεύσας Flor. ſed ſuper περὶ ſcriptum προ. Hinc περιπροπλεύσας Reg. C. (& ſic videtur eſſe in altero Flor. qui eſt in Biblioth. Laurent.) quod neſcio quo pacto adoptare potuerit Caſaub. quem ſecuti ſunt ceteri editores. *Ibid.* πτερώσας τὴν ναῦν. Vide ad verſ. 9.

Cap. XLVII.

CAPVT XLVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. συνεβάλλετο. συνεβάλετο Flor. *Ibid.* πρὸς τὴν τόλμαν αὐτῷ. Sic Aug. Reg. A. quod probavit Gronovius in Notis msstis & Reiſkius: & ſic etiam notatum in ora libri Voſſiani. conf. III. 2, 6. II. 13, 1. Vulgo αὐτοῦ ex Bav.

Ibid. διὰ τῶν βραχέων. διὰ τῶν πρὸ βραχέων edit. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod probavit GRONOVIVS in Notis editis, dicens: Conſtrue, διὰ βραχέων τῶν πρὸ, quod eſt προκειμένων, ex ratione Græcorum articulo cum præpoſitione conjuncto. Sic οἱ νῦν opponuntur παλαιοῖς." — Præpoſitionem delevit Caſaubonus cum Reg. B. C. monente etiam Vrſino. Acute REISKIVS ſuſpicatus

catus eſt, iniquo loco poſitam præpoſitionem non plane expungendam fuiſſe, ſed tranſlocandam, & cum verbo σεσημειῶσθαι conjungendam, ut legeretur προσεσημειῶσθαι, *ſibi ante notaſſe.*

Verſ. 2. ὑπεράρας. Mendoſe ὑπάρας edit. 1. *Ibid.* ἐπειδάν. — „In ἐπειδὰν eſt vitium, aut locus non eſt integer." REISKIVS. — Nempe non ſolum cum indicativo ἐλάμβανε nullo modo conſtrui poteſt particula ἐπειδὰν, verum etiam, ſi poſſet, deſideraretur apodoſis. Leviſſima certiſſimaque emendandi ratio videtur, quam Scaliger adhibuit, ἔπειτα ſcribens. Verſ. 2.

Ibid. ἐπιπροσθεῖν ἅπασι. Sic corrigendum putavi. Quod ex Bav. vulgo edebatur, ἐπίπροσθεν εἶναι πᾶσι, (quod & repræſentant recentiores Regii codd. B.C.) planam quidem & commodam rationem habet, quod ad duo priora verba adtinet; ſed dativus caſus πᾶσι cum ἐπίπροσθεν ſtare non poſſe videtur. Quacumque notione uſurpetur iſta præpoſitio, conſtanter cum genitivo caſu jungitur, ut XXIII. 8, 7. XXVIII. 7, 12. & in exemplis, quæ ex aliis ſcriptoribus protulit Henr. Stephanus in Theſ. Sed in dativum h. l. conſentiunt libri omnes: in præcedenti vero verbo manifeſte corrupti ſunt reliqui codices, ita tamen, ut veri veſtigium haud obſcurum ſuperſit. Aug. & Reg. A. dant ἐπιπρόσθεσιν ἅπασι, & ignorant prorſus verbum εἶναι, quæ ſcriptura Bœclerum jam in ſuſpicionem adduxit, ſcribi debuiſſe ἐπιπροσθεῖν ἅπασι. Ex Vaticano codice ſic refert Spallettus: ἐπιπρόσθεσι (εἶναι) πᾶσι, aitque: „In codice τὸ εἶναι corruptum, & ſuperadditum viſitur." Puto corruptæ terminationi θεσι ſuperſcriptum eſſe veram terminationem εῖν, & deinde adjectam literam α ad ſequens vocabulum πᾶσι referendam. Similiterque ſcriptum fuiſſe videtur in exemplari, quo uſus eſt librarius codicis Bavarici, unde ille ex ingenio ἐπίπροσθεν εἶναι πᾶσι exſculpſit. Ex Flor. nihil adnotavit Gronovius, ſive, quod in illo codice eodem modo legitur, ut in Bav. ſive, quod hic locus Gronovii effugerit dili-

Verf. 2. diligentiam. Verbum ἐπιπροσθεῖν, quamquam librariis fortaſſe non ſatis notum, tamen & per ſe probatum eſt, & aptiſſimum huic loco, & cum dativo caſu ſemper jungi ſolitum, ut adparet ex complurium ſcriptorum locis, quæ ab H. Steph. in Theſ. congeſta ſunt, quibus alia nonnulla Reiſkius adjecit. Verbum ἐπιπροσθεῖ commode Suidas interpretatur ἐπισκιάζει, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὑπερανέχει, id eſt, *obſcurat, a parte anteriore obſtat.* Ab eodem derivatur nomen ἐπιπρόσθησις, quo utitur noſter III. 71, 3. His demum ſcriptis, in unum locum incidi, quem etiam Reiſkius citavit, ubi pronomen ἐπίπροσθεν videri poteſt cum dativo caſu conſtructum, ſcil. apud Clementem Alexandr. Stromatum lib. V. p. m. 427. (Sylburg. Lugd. Batav. 1616.) γνόφος δὲ ὡς ἀληθῶς, ἡ τῶν πολλῶν ἀπιστία τε καὶ ἄγνοια τῇ αὐγῇ τῆς ἀληθείας ἐπίπροσθε φέρεται, id eſt, *caligo autem revera, nempe multorum incredulitas & ignoratio objicitur ſplendori veritatis.* Sed, verum ſi quærimus, fortaſſe dativum illum caſum non tam ab ipſa per ſe præpoſitione ἐπίπροσθε, quam a tota phraſi & veluti a verbo compoſito, ἐπίπροσθε φέρεται, rectum videbimus.

Ibid. Verbum πλέουσι, quod ad complendam ſententiam neceſſarium videtur, præter codicem Bav. agnovit etiam Vrſini liber. Ad οὐρίας notum eſt intelligi nomen πνοῆς.

Verf. 3. *Verſ.* 3. *Delenda* eſt *diſtinctio* poſt πλείους, quoniam cohæret hoc nomen cum ſequenti τῶν εἰδότων.

Verf. 4. *Verſ.* 4. μηθέν. μηδὲν Flor. Sed in alteram illam formam ſæpe conſentiunt codices, a qua haud raro temere diſceſſerunt editores. *Ibid.* ῥιπτούμενον. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et ſic omnes cap. 48, 8. & ſæpe aliâs. Vulgo h. l. ῥιπτόμενον ex Bav.

Verf. 6. *Verſ.* 6. πληρώματι καταρτίσας ἐπιλέκτῳ. Citavit hæc Suidas in Πληρώματα.

Verf. 7. *Verſ.* 7. θεωρῶν δ' ἐκ καταβολῆς αὐτῷ τὴν τετρήρη συνεξορμήσασαν. De formula ἐκ καταβολῆς, poſt ea, quæ in Emendationibus & Obſervv. in Suidam pag. 67. ſeqq. ſcripſe-

fcripferam, fupra dixi ad I. 36, 8. Quænam autem hoc loco ejufdem dictionis vis fit, aut quæ omnino totius hujus loci fententia, mihi non liquere, ultro profiteor. CASAVBONVS: *Qui, animadverfo quadriremem ad omnes motus fuæ navis fubinde pariter fe moviffe, nave agnita perturbatus eft.* Qua interpretatione quid fpectarit aut quid fecutus fit vir doctus, non magis equidem video, quam Reifkius fe videre profeffus eft. GRONOVIVS ad oram exempli fuæ editionis hanc interpretationem adfcripfit: *videns autem ex navis ftructura, (vel inferiori parte, f. carina) quadriremem eam fecum iter feciffe, nempe ex Carthagine.* Quid fpectarit, fatis adparet ex eis, quæ dicta funt ad I. 36, 8. fed nemini facile hæc ratio probabitur. Fuit, quum ad eamdem vocabuli καταβολὴ notionem refpiciens, talem hujus loci fententiam effe fufpicarer: *quum videret quadriremem illam, quæ fimul cum ipfo primum e ftatuminibus exierat;* id eft, quæ una cum ipfius navi ædificata fuerat, & una cum ipfo primum Carthagine erat profecta. REISKIVS, monens, ἐκ καταβολῆς Græcis dici pro *ftatim ab initio, inde ab ipfa origne, ab ipfo fundamento, de integro:* „*Videtur*, ait, hæc fententia effe: *videns Hannibal ille, Rhodius cognominatus, illam navem fe in curfum dediffe tum primum, cum fe vidiffet e portu Lilybetano egredientem, cum antea immota ftaret.*" — Adfinis quodammodo huic, fed diverfa nonnihil notio animo meo obverfabatur, cum verfionem latinam græcis, de quibus quærimus, fubjicerem, & verba ἐκ καταβολῆς per adverbium *rurfus* exprimere tentarem, hoc modo: *confpicatus quadriremem illam, quæ fimul cum ipfo rurfus excurrerat;* fcil. poftquam in brevibus hæferat, aut poftquam jam diu Romani ne tentaverant quidem amplius ipfum perfequi, quoniam de eo attingendo defperaverant. Erneftus, in Lexico Polybiano, ἐκ καταβολῆς h. l. *a principio* interpretatus eft; nihil ceteroquin explicandæ fententiæ, aut confirmandæ illius interpretationis cauffa adjiciens, nifi quod cum h. l. contulit illum XXVI. 1, 9. quem fupra ad I. 36, 8. com- Verf. 7.

Verf. 7. commemoravi, cujus tamen diverfa effe ratio videtur. Denique videndum, an ἐκ καταβολῆς poffit h. l. exponi *inopinato impetu, fubito;* de qua fignificatione dixi in Emendd. & Obfervv. in Suidam p. 61-63. Optet doctior acutiorque Lector, aut meliora proferat. Mihi, omnibus circumfpectis, oborta fufpicio eft, hoc loco pariter, ut in illis duobus apud Suidam Fragmentis, de quibus ad I. 36, 8. dixi, pro ἐκ καταβολῆς fortaffe ἐκ μεταβολῆς effe refcribendum; five hoc ad verba fequentia referas, ut dicat Polybius, *quadriremem Romanorum, fimul ac Hannibal portum effet egreffus, in eum effe converfam, eumque perfecutam;* five ad ipfum Hannibalem referre malis, hac fententia: *quum vero, converfa navi, confpexiffet quadriremem, quæ fimul cum ipfo* (ad eum perfequendum) *erat profecta.* Familiariffima Polybio eft formula ἐκ μεταβολῆς, *converfione facta,* & peræque de agmine, de ordinibus pugnantium, de claffe, de fingulis hominibus, de fingulis navibus ufurpatur: vide I. 19, 4. III. 69, 13. XI. 18, 4. I. 50, 3. I. 51, 6. &c. Et facere hoc confueverat Hannibal ifte, ut, poftquam aliquantum effet e portu progreffus, non folum *inhiberet curfum,* ἐπέστη, fed etiam *provocaret hoftes,* προκαλούμενος τοὺς πολεμίους, & *una navi univerfæ claffi hoftium fefe opponeret,* καταναστὰς μιᾷ νηῒ παντὸς τοῦ τῶν ἐναντίων στόλου, I. 46, 11 fq. quo fatis fignificatur, *converfa navi* infultare folitum hoftibus. Ea ratione interpretandi hujus loci, in quo hæremus, ufum video GVIL. XYLANDRVM, in germanica Polybii verfione, his verbis: *Als er fich nun umwendet, und fahe, daß gemeldtes Schiff zugleich mit ihm heraus führ, und er das Schiff kennet, ift er erfchrocken.*

Verf. 8. *Verf.* 8. τὸ μὲν οὖν πρῶτον &c. Citavit Suidas in Καταχήσων. *Ibid.* τῇ δὲ τοῦ πληρώματος κατασκευῇ καταλαμβανόμενος. Ad hunc locum hæc monuit GRONOVIVS in Notis msstis: „Perottus, *præftantia militum.* Ms. Auguft. παρασκευῇ. Sed neutrum dico ufpiam ad res animatas adjungi, & vel poffe locum habere, licet vir

fummus

summus [Casaubonus] vertat *præstantia remigii.* Scribo igitur τοῦ πτερώματος. Retineo versionem, sed τὸ *remigium* non pro remigibus, sed pro instrumentis, ad remigandum necessariis, accipio. Paulo ante habuimus αἱ νῆες ἐπτερωκυῖαι πρὸς τὴν ἐμβολήν. Hæc emendatio vitio quoque πολυλογίας Polybium absolvit: quam enim inepte vulgo sequitur de epibatis & ἐκλογῇ ἀνδρῶν!" — Ista Gronovii conjectura, aut omnino ulla pars hujus adnotationis, jam ipse non video quo pacto probari olim mihi potuerit. Dixerat paulo ante Polybius, πληρώματι ἐπιλέκτῳ, *selectis sociis navalibus instructam a Romanis fuisse hanc navem.* Iam hujus πληρώματος κατασκευῇ deprehenditur Hannibal. Non est autem unus hic locus, ubi vocab. κατασκευὴ (quod hic editum ex Bav.) de hominibus usurpatum apud Polybium legitur; denotatque proprie *instructionem, institutionem, præparationem,* &, per metonymiam, *habitum vel peritiam, quam quis ex institutione, usu, exercitatione adquisivit.* vide XI. 8, 1. XXIV. 7. 5. Eodemque fere modo vocabulum παρασκευή, quod h. l. habent alii codices, sæpe usurpatum ab Epicteto legimus, in Dissertationibus, ab Arriano conservatis, lib. I. c. 2. p. 18. edit. Vptoni, I. 6. p. 38. 39. III. 1. p. 550. IV. 8. p. 643. &c. pro *vi, solertia, habitu, vel modo, quo quis sive a natura, sive ab usu atque arte instructus & præparatus est ad aliquid faciendum.* Est igitur apud Polybium h. l. ἡ τοῦ πληρώματος κατασκευὴ vel παρασκευὴ idem quod ἡ τοῦ πληρώματος ἕξις, I. 51, 4. Et hoc dicit scriptor, *remigum vi, arte & peritia* deprehensam esse navem Hannibalis: nam πλήρωμα generatim quidem omne genus *sociorum navalium* significat, sigillatim vero *remiges;* conf. I. 49. vers. 1. 2 & 5. I. 51, 4. XVI. 7, 5. Itaque nulla prorsus adparet ratio, cur sollicitetur hoc nomen: ut taceam, ne per se quidem satis commodum vocab. πτέρωμα h. l. videri. Neque vero πολυλογίαν, quam dicit Gronovius, (a qua quidem ceteroquin non nimis alienus Polybius est) ullam equidem hic Vers. 8.

video. Nam deprehenſum eſſe Hannibalem ait *dexteritate remigum*, pugna autem victum *militis claſſiarii virtute*.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *καταπροτερούμενος τοῖς ἐπιβατικοῖς*, *cum inferior eſſet quod ad propugnatores adtinet.* Sic XVI. 19, 1. phalangem dicit *καταπροτερουμένην ταῖς εὐχερείαις* vel *εὐχειρίαις*, *agilitate inferiorem hoſtibus.* Diodorus XVII. 33. *καταπροτερῆσαι τῶν Περσῶν*, *ſuperare*, *vincere Perſas.* Τὰ *ἐπιβατικὰ* (conf. 1. 61. 4.) idem ſonat, quod *οἱ ἐπιβάται*, ſicut *τὰ πεζικὰ* idem quod *οἱ πεζοί*. Sunt autem *ἐπιβάται νεὼς*, *propugnatores navis*, *claſſiarii milites. Ibid. καὶ διὰ τὴν ἐκλογήν.* Aberat h. l. vulgo præpoſitio, quam inſerui cum Vat. & Flor.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *εἰς τὸ Λιλύβαιον.* Deſideratur artic. *τὸ* in edit. 1. & Reg. B. C. invitis antiquis msstis.

Cap. XLVIII. CAPVT XLVIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *γίγνεταί τις ἀνέμου στάσις* &c. Duobus modis *στάσιν ἀνέμου* dici reperimus. Vno modo, quo *στάσις* opponitur *κινήσει*, adeoque *quietem* denotat; eodem modo, quo Latinorum *ſtatus* opponitur *quieti*. Ita fit, ut *στάσις ἀνέμου* ſit *tranquilitas aëris, ceſſatio venti:* quam in ſententiam plura exempla Henr. Stephanus in Theſ. collegit. Altero modo, quo *στάσις*, *ſtatus*, idem eſt ac *conſtitutio*, *poſitio*, *conditio.* Sic *ἀέρος στάσις* eſt *aëris conſtitutio ac temperies*, ut ex Hippocrate idem Stephanus docet. Eodemque modo *ἀνέμου στάσις*, *venti conſtitutio*, *venti ſtatio* vel *poſitio* ſive *directio.* Sic in proverbio erat, ut ait Polybius IX. 25, 3. *οἱ ἐπιχώριοι τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις κάλλιστα γιγνώσκουσι*, *indigenæ ventorum ſtationes optime noſcunt.* Pari ratione V. 5, 3. legimus, *τῶν ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων*, *quum jam eteſiæ ſuam ſtationem cepiſſent*, id eſt, *quum jam flarent eteſiæ.* Iam vero hoc loco, in quo nunc verſamur, Henr. Stephanus, Suidam ſecutus, (qui, citans iſta Polybii verba in vocab. Στάσιν, uſurpari nunc nomen ait *ἐπὶ πνοῆς βιαίου ἀνέμου*, *de vehementis venti flatu,*) tertia quadam notione, a duabus ſuperioribus diver-

diversa, *στάσιν ἀνέμου* dici suspicatus est, scil. ea notione, Vers. 2.
qua *στάσις* vulgo *seditionem* significat. Quod tamen nihil opus est statuere: nam, quum disertis verbis adjiciat Polybius, istam *ἀνέμου στάσιν magnam habuisse violentiam atque impetum*, non necesse est, ut violentiæ & impetus notionem ipsi vocabulo *στάσις* per se etiam inesse dicamus. Sed erit hoc pariter loco *ἀνέμου στάσις*, per se, generatim intelligenda *venti statio ac positio*, *venti directio*, scilicet ventus flans ab urbe versus machinas & munimenta Romanorum.

Ibid. *τὰς τῶν μηχανημάτων προσαγωγὰς machinarum fulcra quibus agebantur* interpretatus est CASAUBONUS. In eamdemque sententiam ERNESTUS in Lexico Polybiano: „*προσαγωγαὶ τῶν μηχανημάτων*, ait, sunt *βάσεις*, ut post dicuntur, in turribus, *rotæ subjectæ*, unde modus loquendi maxime ductus est." — Mihi non satis liquet: ac pæne videtur, *εἰς αὐτὰς τὰς τῶν μηχανημάτων προσαγωγὰς* idem fere esse, ac *εἰς αὐτὰ τὰ μηχανήματα προσαγόμενα*, ut dicat, *magna violentia atque impetu ventum irruisse in ipsas machinas, quæ admovebantur; recte ex adverso in eam ipsam partem incubuisse ventum, a qua machinæ admovebantur.*

Ibid. *ὥστε καὶ τὰς στοὰς διασαλεύειν, καὶ τοὺς προκειμένους τούτων πύργους βαστάζειν.* Post hæc verba ponendum erat *majoris distinctionis signum*, pro quo perperam operæ nostræ minimum posuere incisum. *στοὰς porticus* interpretatus est Casaubonus, non male; scilicet eadem notione, qua a Cæsare Bell. Civ. II. 2. quas statim *vineas* dixerat, mox *porticus* nominatas videmus. Nempe in operibus, ad oppugnationem urbium pertinentibus, *στοαί*, sive *porticus*, dicitur longior series vinearum, unum in ordinem juncta, quemadmodum Lipsius monuit, (Poliorcet. lib. I. Dial. 7.] Cæsaris verba modo laudata cum eis conferens, quæ Vegetius habet de Re Milit. lib. IV. cap. 15. Confer Polyb. IX. 41. & XXII. 11. ubi, quam *στοὰν* Polybius dixit, Livius XXXVIII. 7. *opus vineis contectum* dicit.

Vers. 2. Adde Fragm. grammat. CII. Quod autem hoc loco turres dicuntur *ante porticus stare*, nil impedit, quo minus alibi (ut XXII. 11.) porticus vel vineæ anteriores sunt turribus: utræque mobiles erant, turres & vineæ; ni *προσκειμένους*, *adjacentes* scribendum suspicemur. Pro *διασαλεύειν* est simplex *σαλεύειν* apud Suidam in Στάσις. Pro *βαστάζειν* Bav. in textu *βασχνίζειν* habet, ex glossa, quæ nullo modo hujus erat loci: sed vera lectio in margine adscripta ab eadem manu. Hinc utramque lectionem eodem modo exhibent edit. 1. & 2.

Vers. 3. *Vers.* 3. Quod pro *ἐπιτηδειότητα* est *ἐπιτηδειοτάτην* in edit. 1. id factum ex perperam accepto scripturæ compendio in fine vocis, in quo sæpius erravit Obsopœus. *Ibid.* *διαφθοράν*. *διαφοράν* mendose edit. 1. 2. & Aug. Reg. A. Verum restituit Casaub. in quod consentiunt ceteri codices. conf. vers. 8.

Vers. 5. *Vers.* 5. *φυσώσης* correxi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo *φυσσώσης* edebatur ex Bav. Eodem modo vers. 8. pro vulgato *ἐξεφυσσᾶτο* restitui *ἐξεφυσᾶτο* ex eisdem codicibus. *Ibid.* *καὶ αὐτῶν τῶν*. Forsan *καὶ αὐτὰς τὰς - - βάσεις*, ut supra vers. 2. *αὐτὰς τὰς προσαγωγάς*. *Ibid.* Tria verba *διασαλευούσης τὰς βάσεις*, in Vat. intra lineas adscripta, in Aug. & Reg. A. prorsus desiderantur. *βάσεις* & h. l. & vers. 9. non tam *rotas*, maxime turrium & machinarum cum Ernesto, (conf. ad vers. 2.) quam omnino *bases* & *fundamenta* exposuerim. *ἐσχάρια* vocat. IX. 41, 4.

Vers. 6. *Vers.* 6. *τοῖς βοηθοῦσι*. Quod *πτοηθοῦσι* habet editio Casaub. id operarum errori debetur, quem corrigere jussit ipse Casaub. & correxerunt posteriores editores. *Ibid.* *ἔτι δὲ τῆς πολυπλ.* Sic ed. 1. & codd. omnes, pariterque Suidas, qui locum hunc laudavit in Φεψάλυξ. Particulam *δὲ*, per errorem in edit. 2. omissam, præterierunt etiam sequentes editores. Casaubonus quidem post *πολυπληθίας* insuerat *δὲ*, sed delere rursus jussit in Corrigendis, & delevit Gronovius; nos suo loco restituimus.

Vers.

Verf. 7. πλείων εὐχρηστία recte edidit Cafaub. ex marg. edit. 2. cum Aug. & Reg. A. πλείων εὐχρηστίας Vat. & Bav. Si placet genitivus, oportebat πλεῖον. ἀχρηστιάς, duplici mendo, edit. 1. & edit. 2. in textu. Nexum fcripturae, quo indicatur diphthongus εὐ, fimilem fere literae α, paffim cum hac vocali confudit Obfopoeus. Verf. 7.

Verf. 8. προσκοτοῦν καὶ βλάπτειν δυνάμενον. In Vat. ante haec verba exiguum fpatium vacuum eft. In Aug. (& hinc in edit. 2.) & in Reg. A. eft ἢ προσκοτοῦν, quod pofcebat deinde rurfus ἢ pro copula καὶ, quam tamen illi retinent cum ceteris codicibus. Particulam ἢ delevit Cafaub. cum Bav. Vat. & Flor. *Ibid.* ἐξεφυσᾶτο. vide ad verf. 5. *Ibid.* π ρ ο ω θ ε ῖ τ ο. Sic fcribere juffit Cafaub. in Corrigendis, & obfecuti funt pofteriores editores. Teneri tamen poterat debebatque fortaffe π ρ ο σ ω θ ε ῖ τ ο, quod eft in edit. 1. 2. 3. confentientibus omnibus codicibus. Verf. 8.

Ibid. ἐπεγίγνετο. Vulgo ἐπεγίνετο. Literam γ inferui cum Aug. conf. ad I. 3, 4. ἐπεγένετο Reg. B. C. invitis vetuftis codd. Verbum compofitum vim fimplicis habere, monuit Cafaub. in ora Bafil. Et fimplex verbum repofitum voluit Scaliger. Nec tamen otiofa prorfus videtur praepofitio; & amat ceteroquin, fi quis alius, compofita verba Polybius. *Ibid.* πρακτικόν. πρακτέον edit. 1. 2. invitis msstis, ex non intellecto fcripturae nexu.

Verf. 9. τὰ τ ύ π η τῶν κριῶν. Scaligeri emendationem, τὰ σ τ ύ π η, in contextum utique receptam velim. Vetus quidem mendum eft, quod Polybianos codices jam olim invafit, ita quidem, ut apud Suidam etiam in Τύπη eodem modo, ut vulgo, locus hic legatur. At nomen hoc, τὸ τύπος, prorfus ignorat graecus fermo: & ex mera conjectura τὰ τύπη *acumina* interpretatus eft Cafaubonus; neque ullius veteris fcriptoris auctoritate nititur ERNESTVS, cum in Lexico Polyb. in eamdem fententiam ait: τὸ τύπος, *acumen*, ut arietis, roftri, quo fcil. fit percuffio." Contra probatum ufitatumque nomen τὸ σ τ ύ π ο ς, *caudex, truncus, ftipes, arbor;* de quo poft Hefychium & Verf. 9.

 Etymo-

Verf. 9. Etymologum diligenter commentatus eft Henr. Stephanus in Thefauro. Apud Apollonium Rhodium I. 1117. & 1197. & IV. 1401. 1428. τὸ στύπος exponitur τὸ πρέμνον, τὸ στέλεχος. Et ad Lycophronis locum, quem laudat Etymologus, monet idem Grammaticus, στύπος dici πᾶν δένδρον σκληρὸν καὶ στερεόν. Nec poëtis folum in ufu eft id nomen, fed & profaicis fcriptoribus. Scriptor anonymus (quem Polybium effe haud temere fufpicatus eft Cafaubonus) apud Suidam in Στύπη· Πηγνύντες εἰς τὴν γῆν ὀρθὰ τὰ στύπη κ. τ. λ. *defigentes in terra palos rectos* &c. vide fupra, Fragm. Polyb. Grammat. XVIII. Sic & στύπη δρύϊνα, *ftipites quernos*, habemus apud eumdem Polybium noftrum XXII. 10, 4. Sunt ergo στύπη h. l. *ftipites* illi, five *trabes* prælongæ, ferreo acumine præfixæ, quæ pars præcipua machinæ arietariæ erant. Conferat, cui volupe eft, arietis defcriptionem, quam ex Iofepho de Bello Iudaico III, 7, (al. 6,) 19. repetiit illuftravitque Lipfius Poliorcet. IV. 1.

Verf. 10. *Verf.* 10. τῆς ἰδίας στρατοπεδείας τεῖχος προβαλλόμενοι. Sic reponendum utique fuit, non περιβαλλ. quod dativum cafum pofcebat. In latina autem verfione, pro *circumdediffent*, fcribendum *cum caftris murum prætendiffent*, vel *caftra muniiffent*, fcil. *urbem verfus*. Antea (ut docet Polyb. cap. 42, 8.) fpatium, quod inter bina caftra intererat, muro erat munitum, ipfa caftra nonnifi vallo & foffa; nunc, undique circumvallata urbe, totum caftrorum latus, urbi oppofitum, muro munitur.

Cap. XLIX.

CAPVT XLIX.

Verf. 2. *Verf.* 2. κατέγραφον ναύτας. κατέγραφον αὐτοὺς Bav. & Reg. C. κατέγραφεν αὐτοὺς edit. 1. 2. & Reg. B. κατέγραφον αὔτοὺς editio Cafaub. & feqq. quod exponunt, *magno ardore militiæ nomina dabant.* κατέγραφον αὐτὰς Vat. Flor. Aug. Reg. A. veram autem lectionem, quæ in hac fcriptura haud obfcure latebat, clarius etiam indicavit idem Reg. A. initio vocis αὐτὰς fuperfcripta litera ν ab eadem manu.

manu. Et *γκύτας* esse corrigendum, cognita ex Bœcleri Lectionibus Polybianis scriptura codicis Augustani, jam perspecte monuit GRONOVIUS in Notis msstis ad hunc locum, observans etiam, optime hoc convenire cum eo, quod paulo ante dixerat Polybius, maximam partem *τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου πληρωμάτων* (conf. vers. 5. & Adnot. ad I. 47, 8.) in oppugnatione urbis periisse. Cum hoc loco conferre idem Gronovius opportune jussit I. 59, 12. X. 17, 12. & X. 35, 5. In versione latina *vers.* 1. delendum nomen *militumque*, temere a Casaubono insertum. Vers. 2.

Vers. 3. *πλεῖν ἐπὶ τὰ Δρέπανα.* Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. (vide ad I. 46, 1.) *τὸ Δρέπανον* edit. 1. & Reg. B. C. ex Bav. quod cum in edit. 2. in *τὸν Δρέπανον* esset corruptum, temere Casaubonus *τῶν Δρεπάνων* substituit, quamquam vera lectio *τὰ Δρέπανα* ex Aug. in ejusdem edit. 2. adnotata esset. conf. vers. 7. Vers. 3.

Vers. 4. *στρατ. τῶν Καρχ. τῶν Καρχ. στρατηγὸν* edit. 1. & Reg. B. C. invitis vetustis codicibus. *Ibid.* *Ἀτάρβαν.* Vulgo editi omnes *τὸν Ἀτάρβαν.* Delevi articulum, quem ignorant veteres mssti. *Ibid.* *ἐπ' αὐτῶν.* Mendose *ἐπ' αὐτὸν* Aug. Reg. A. *Ibid.* *τὸν αὐτῶν στόλον. τὸν αὐτὸν στόλον* Flor. *Ibid.* *διὰ τὴν γεγενημ. διὰ τὴν προγεγενημένην* Flor. Ex Vat. autem nulla enotata varietas. Vers. 4.

Vers. 5. *ἐνεβίβαζε.* Sic, edit. 1. 2. cum Bav. Vat. & Flor. Mendose *ἀνεβίβαζε* Aug. Reg. A. *ἐνεβίβασε* editio Casaub. & seqq. invitis msstis. *Ibid.* *ἐπιβάτας. ἐπιβάντας* edit. 1. ex Bav. *Ibid.* *ἐθελοντάς.* Sic vulgo editum ex Bav. Nec enotata est h. l. varietas ex Vat. & Flor. Sed *ἐθελοντὶ* Aug. Reg. A. & *ἐθελοντὴν* Suidas, hac ipsa voce. Neutrum male; ac fortasse alterutrum horum rectius, quam vulgatum. Conf. Lexic. Polyb. Vers. 5.

Vers. 7. *ἐπὶ τὰ Δρέπανα.* Rursus h. l. omnia eadem obtinent, quæ ad vers. 3. monuimus, nisi quod in edit. 2. lectio *τὰ Δρέπανα* non est ad marg. notata. *Ibid.* *Ἀτάρβας. Ἄταρβος* h. l. Aug. & Reg. A. Vers. 7.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐν αὐτῷ γενομ. Sic Aug. & Reg. A. puto & Vat. & Flor. cum editis, quamquam id in primam editionem caſu fuit receptum; nam in Bav. quidem eſt ἐν αὑτῷ cum ſpiritu aſpero. Parum refert. Conf. ad I. 18, 3. & ad I. 21, 7.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τῆς τε νικᾷν ἐλπ. Error editionis Erneſtinæ, in noſtram propagatus. Scribe cum ſuperioribus editionibus & msstis omnibus τῆς τε τοῦ νικᾷν ἐλπίδος. *Ibid.* καταμελήσωσι. Sic quidem h. l. omnes; ſed corrigendum utique videtur καταμελλήσωσι. conf. ad I. 44, 2. *Ibid.* προϊδόμενοι τὸν κίνδυνον, *caventes, metuentes periculum.* Sic XI. 16, 5. προϊδόμενος τὴν τάφρον, *cavens foſſam.* conf. Adnot. ad Appian. lib. III. p. 52, 19. Eamdem vim habet verbum προορᾶσθαι.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. καὶ δεξάμενος τὴν ὁρμήν. Sic correxit Caſaub. ex Reg. B. C. qui in hoc conſentiunt cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perperam καὶ ἀρξάμενος edit. 1. 2. ex Bav.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. τοῦ τῶν πολεμίων εἴσπλου. Sic Caſaub. conſentientibus msstis. Cum in ed. 1. operarum errore & ante & poſt εἴσπλου punctum eſſet interſertum, vocabulum hoc aſteriſco notavit editor Hervagianus, & in ora adſcripſit εἴσπλουν, neſcio quid ſpectans. Nec vero erat, cur Reiſkius πρὸ τοῦ τῶν πολεμ. εἴσπλου maluerit: genitivus recte pendet a nomine θατέρου. A ſiniſtra, a Lilybæo, advenerant Romani; a dextra parte portus naves ſuas educit Adherbal.

Cap. I.

CAPVT L.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὁ τῶν Ῥωμ. Articulum ὁ, per errorem omiſſum in editis, reſtitui ex msstis. *Ibid.* πρὸς τῷ ναυμαχεῖν. Vide ad I, 26, 3. & I. 29, 3.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Verba τῶν δὲ σφετ. uſque οὔσας, abſunt ab Aug. Reg. A. In ora Aug. ab alia manu adſcripta. Mox verba τὰς δὲ ἐν αὐτῷ τῷ στόματι deſiderantur in Flor. *Ibid.* ἀνασρέφειν. Perperam ἀνατρέφειν Aug. Reg. A. Ferri poſſet ἀνατρέχειν, ut verſ. 8. ſed nil opus. Frequen-

quentissime confunduntur στρέφειν & τρέφειν a librariis. Iidem codd. rursus vers. 5. ἐπιτρέψας habent pro ἐπιστρέψας.

Vers. 4. ἀντιπρώρους. ἀντιπρώῤῥους Aug. Reg. A. Vers. 4.

Vers. 5. Πόπλιος αὐτὸς ἐπέπλει μέν. Sic Vat. Flor. & Vrsin. Πόπλιος αὐτὸς μὲν ἐπέπλει Aug. Reg. A. Πόπλ. ἐπέπλ. μὲν αὐτὸς Bav. ed. 1. Reg. B. C. & edit. Casaub. & seqq. Πόπλ. μὲν αὐτὸς ἐπέπλει edit. 2. *Ibid.* πρὸς τὸ πέλαγος. Artic. in ed. 1. errore operarum omissus. Vers. 5.

Vers. 6. ναῦς ἐπίπλους, *naves, ad impetum faciendum in hostes comparatas*, id est, *rostratas*. conf. ad I. 27, 5. *Ibid.* ὑπεράρας. ὑπάρας ed. 1. invitis msstis. *Ibid.* τῶν πολεμίων νεῶν. Sic suasit GRONOVIVS in Notis msstis. Sic I. 51. 9. διὰ τῶν πολεμίων νεῶν. Ferri certe non poterat vulgatum τῶν πολεμίων Ῥωμαίων, sed fortasse simpliciter delendum erat posterius nomen, ut scholion praecedentis. Vers. 6.

Vers. 7. προσεπιταττομένοις ταὐτὸ ποιεῖν παρήγγειλε, idem est, ac παρήγγειλε αὐτοῖς προσεπιτάττεσθαι, καὶ ταὐτὸ ποιεῖν, scil. καὶ ἀντιπρώρους τὰς ναῦς ὑποστῆσαι τοῖς πολεμίοις, *ut quaequae ex insequentibus navibus propius accedebat, imperavit per ministros, ut juxta priores locum in acie capesseret, & idem faceret*, nempe, *ut pariter proram in hostem converteret.* Viderat hoc jam REISKIVS, probaveratque codicis Augustani scripturam. ταὐτὸ dant veteres libri omnes. Perperam τοῦτο edit. 1. 2. Reg. B. C. Vers. 7.

Vers. 9. ἐλαττωθῆναι. ἐλαττωθῆναι mendose ed. Casaub. & Gronov. Vers. 9.

CAPVT LI. Cap. LI.

Vers. 1. ἐπειδὴ δὲ restitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et sic etiam dare debuit Bav. in quo corrupte legitur ἐπεὶ δεὶ δέ. Hinc ἐπεὶ δὲ edidit Obsopoeus, quod tenuerunt posteriores editores; non male per se, sed contra librorum fidem. *Ibid.* συνέβαλλον. Praetuli hoc tempus, quo in narrationibus fere constanter uti solet Polybius. Vers. 1.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἀμφοτέρων ex ingenio correxit Cafaub. præeunte Scaligero. Ac fane ferendum non erat ἀμφοτέροις, editum ex Bav. cum quo faciunt Vat. & Flor. Rectius ἀμφοτέροιν Aug. & Reg. A. quod teneri poterat, quamquam aliâs non memini dualem numerum in hoc nomine ufurpatum Polybio.

Verf. 6. *Verf.* 6. τοῖς προπίπτουσι recte editum inde ab Hervagio, refragantibus licet codicibus omnibus, excepto fortaffe Vat. e quo quidem nullam difcrepantiam enotatam video. Sæpe in hoc verbo peccarunt librarii, de quo confule Lexic. Polyb. *Ibid.* πλάγιοι. Perperam πελάγιοι Flor. & Aug. Alibi viciffim πλάγιος pro πελάγιος perperam pofitum vidimus.

Verf. 7. *Verf.* 7. καὶ τὸ πέλαγος. — „Forfan καὶ κατὰ τὸ πέλαγος. Præceffit enim παρὰ, quod hic non poteft fubaudiri; fed κατὰ neceffario adfcifcendum eft.“ REISKIVS. — Imo fatis fuerit κατὰ τὸ πέλαγος, abfque copula; ut κατὰ in καὶ per errorem mutatum intelligamus; cujus permutationis exempla paffim offerunt codices noftri. Vide I. 72, 6. V. 33, 8. &c.

Verf. 8. *Verf.* 8. τοῖς τε γὰρ πιεζομένοις. Huic τε refpondet deinde οὐδὲ μὴν verfu 10. *Ibid.* πρὸς τὴν γῆν φερόμενον. — „Malim ἐκφερόμενον. Differt enim τὸ φέρεσθαι πρὸς γῆν τοῦ ἐκφέρεσθαι πρὸς γῆν. Paulo poft [verf. 11.] ἐκπίπτοντα σκάφη appellat.“ REISK. *Ibid.* ἐπώκελλε. ἐπώκειλε Aug.

Verf. 11. *Verf.* 11. δυσχρηστίας. δυσχερείας Aug. Recte habet vulgata, in quam ceteri confentiunt codices. conf. c. 53, 13. *Ibid.* βράχεσι. βραχέσι Aug. Reg. A. *Ibid.* πρὸς φυγὴν reftitui ex msstis, contra quorum fidem πρὸς τὴν φυγὴν erat editum. *Ibid.* περὶ τριάκοντα νῆας. νῆες ed. 1. Bav. & Flor. puto & Vat. a pr. manu; certe, νῆας correctum effe in Vat. ait Spallettus nofter. Intelligi poffet feries fermonis hujufmodi, νῆες περὶ τριάκοντα.

Verf. 12. *Verf.* 12. ἐνενήκοντα. Sic Bav. Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. conf. IV. 16, 6. Vulgo ἐννενήκοντα. *Ibid.* εἰς τὴν

γῆν

γῆν. εἰς γῆν edit. 1. Reg. B. C. cum Bav. *Ibid.* ἐκβαλόντες. ἐκβάλλοντες Aug. Reg. A.

CAPVT LII. Cap. LII.

Verſ. 1. παρὰ τοῖς Καρχ. Perperam περὶ τοῖς Καρχ. edit. 2. cum Aug. Reg. A. *Ibid.* κατωρθωκώς. κατωρθωκόσι ſuſpicatus erat Scaliger. Verſ. 1.

Verſ. 2. Πόπλιος - - ὡς εἰκῇ καὶ ἀλογίστως τοῖς πράγμασι κεχρημένος κ. τ. λ. *Publius Claudius Coſ. accuſatus, quod temeritate ſua & imprudentia male rem geſſiſſet, &c.* Damnatus in hoc homine præſertim inſolens auſpiciorum contemtus, de quo Cicero de Nat. Deor. II. 3. Livius Epit. lib. XIX. Valer. Max. I. 4, 3. alii. Verſ. 2.

Verſ. 4. ἀπέλειπον. ἀπέλιπον Aug. Reg. A. Vtramque ſcripturam præfert Bav. *Ibid.* εἴχοντο. Sic omnes, ſed in ora Vat. ab eadem manu eſt ἔσχοντο. Verſ. 4.

Verſ. 5. συνάψαντος τοῦ κατὰ τὰς ἀρχαιρεσίας χρόνου - - Λεύκιον Ἰούνιον. *L. Iunium* diſerte ait *in annum ſequentem poſt Claudium creatum eſſe conſulem.* Ad quæ verba recte REISKIVS monuit: „Atqui L. Iunius Pullus una cum Claudio Pulchro conſul fuerat anno ſuperiori. Turbat hic Polybius Chronologiam. Claudii & Iunii res ſiniſtræ in unum annum V. C. 504. [505.] inciderunt. vid. Simſon. ad A. M. 3756.“ — Certe in hoc & Faſti & ſcriptores omnes romani conſentiunt, collegam P. Claudii fuiſſe L. Iunium, non ſucceſſorem. Quo magis miror, a nemine Chronographorum hunc Polybii ab aliis omnibus auctoribus diſceſſum notatum me reperiſſe, quum præſertim nullus ex veteribus ſcriptoribus ſuperſit, qui uberiori ratione res, his temporibus geſtas, expoſuerit, quam idem Polybius. Fortaſſe hoc dixerant veteres Annales, e quibus ſua Polybius hauſit, incidiſſe cladem P. Claudii in id tempus, quo collega ejus L. Iunius Romam ad habenda comitia erat profectus; &, perlato in urbem nuncio calamitatis, peractis comitiis protinus in Siciliam rediiſſe Iunium cum navibus & copiis commeatibuſque qui pro Verſ. 5.

tempore

Verſ. 5. tempore cogi potuerant. Poſſis etiam ſuſpicari, L. Iunium ſuffectum fortaſſe fuiſſe Conſulem & collegam P. Claudii in locum alterius, in imperio mortui.

Ibid. σιταρχίας. Recte ſic ſcripti omnes & editi. σιταρκίας voluerat Scaliger, fruſtra. Conf. ad I. 66, 6. *Ibid.* παραπομπούς. παραπόμπους Aug. Reg. A. Ὀξυτόνως recte ſcribi hoc nomen, monuit Henr. Stephanus in Theſauro.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Μεσσήνην. Sic Aug. Reg. A. Vulgo ex Bav. Μεσήνην h. l. edebatur, ut paſſim aliâs: ſic rurſus verſ. 8. Μεσήνης erat: utrimque tamen Erneſtus cum duplici σσ jam ante nos edidit hoc nomen. Vide ad I. 7, 2. *Ibid.* τὰ συνηντηκότα τῶν πλοίων, *naves obviam ei miſſas;* aut ſimpliciter, *quæ ad eum convenerant.* conf. III. 93, 9. Nolim ſolicitari iſtam ſcripturam: ſolummodo monendum, in Vat. intra lineas ſcriptum eſſe συγκατηρκότα, id eſt, *quæ ſimul cum eo adpulerant in portum.* Eamdem ſcripturam (neſcio in ora, an in contextu) habet Flor.

Verſ. 7. 8. *Verſ.* 7. καί τινα τῶν μακρῶν πλοίων &c. Citat Suidas in Σπουδάζω. *Verſ.* 8. τούς τε κατὰ πλοῦν. Sic & Suidas in Ἀναδέξασθαι, ubi profert hunc locum.

Cap. LIII.

CAPVT LIII.

Verſ. 1. 3. 5. *Verſ.* 1. νῆας. ναῦς Aug. Reg. A. *Verſ.* 3. ἐμβαλεῖν. συμβαλεῖν Aug. in contextu, & Reg. A. intra lineas. *Verſ.* 5. ὑποφαινούσης. ὑποφανούσης edit. 1. 2. Reg. B. C. invitis vett. codd.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. αὐτοῖς περιστάντος. Vtrumque recte dicitur, αὐτοῖς & αὐτούς. conf. I. 77, 7. III. 75, 8. &c. *Ibid.* μικράν. Mendoſe μακρὰν Flor. Reg. C.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. προπλεῖν recte editum ex Bav. conf. I. 54, 1. προσπλεῖν Vat. Flor. Reg. A. πρὸς τὸ πλεῖν Aug.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. καθώρμισαν. — „Subaudi ἑαυτοὺς vel τὸν στόλον.“ REISKIVS.

Ibid. προβολάς. Sic editum ex Bav. ſuffragantibus (ni fallor) Vat. & Flor. e quibus nulla notatur varietas. προσβολὰς Aug. Reg. A. & veteres editiones Suidæ in Σάλος, id

id est, *adpulsiones, loca, quibus adpelli potest:* cui scripturae species aliqua veri videri potest inesse; sed curatius pensitata locum non habere intelligitur. Adquiescendum utique in προβολὰς, quod etiam apud Suidam restituit Küsterus, non declarans tamen, utrum ex msstis, an ex Polybii editionibus. Est autem προβολὴ non solum *prominentia*, quemadmodum XXVII. 9, 2. usurpatur pro *prominenti ferro in hasta*, seu *ferro hastae praefixo;* & XVIII. 12, 3. pro *tota parte anteriore hastae*, quae, ubi praetenditur hasta, ante manus prominet versus hostem; & III. 46, 4. pro *ponte* quodam, *a ripa fluvii versus medium flumen porrecto vel prominente:* sed notat simul ejusmodi *prominentiam vel projectionem, qua quis munitus, qua tutus est;* quemadmodum exempla prolata a Guil. Budaeo in Comment. Graec. Ling. p. 456. & 462. (edit. Roberti Steph.) & repetita ab Henr. Stephano in Thesauro satis demonstrant. Sic nempe *supercilia & palpebrae, veluti suggrundae oculum tegentes tuentesque*, προβολαὶ τῶν ὀμμάτων vocantur apud Aristotelem: & apud Xenophontem *montes, qui veluti propugnacula praetenti sunt Atticae*, προβολαὶ τῆς χώρας dicuntur. προβολὴ τοῦ ἡλίου apud Theophrastum est *quidquid praetenditur, ut ab ardore solis tuti praestemur.* Eodem modo προβολαὶ ἐκ τῆς γῆς περικλείουσαι sunt *prominentes in mare montes, loca, e terra in mare prominentia, quibus spatium aliquod, in quo tutae stare naves possunt, includitur.* προβολὴ τοῦ θυρεοῦ est *projectio* seu *praetensio clypei* apud Polyb. I. 22, 10. conf. Lexic. Polyb. in προβάλλεσθαι. Vers. 10.

Ibid. Pro περικλειούσας perperam est περικλυούσας in Flor. REISKIUS aut περικλειούσας τὰ ἐκ τῆς γῆς legendum censuit, aut παρατεινούσας ἐκ τῆς γῆς. Mihi neutrum videtur; sed verba ἐκ γῆς, ut dixi, refero ad προβολάς.

Vers. 11. προσεδόκων restitui ex Vat. & Flor. Corrupte vulgo edd. omnes προσεδόκου cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Conf. II. 27, 8. & 28, 3. Vers. 11.

CAPUT

Cap. LIV.

CAPVT LIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὰ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀπετέλεσε. ἐπετέλεσε malim cum Gronov. in Notis msstis ad I. 59, 12. Conf. quæ notamus ad II. 58, 7. Adde Lexic. Polyb. in Ἐπιτελεῖν. *Ibid.* προπλέοντας. προσπλέοντας Aug. Reg. A.

Verf. 2. *Verf.* 2. ναύαρχος. στρατηγὸς Reg. A. Aug. & hinc ora edit. 2.

Verf. 3. *Verf.* 3. τὸν στόλον τὸν τῶν Καρχ. Repetitum artic. τὸν, qui aberat vulgo, adfcivi ex Bav. Vat. Flor. *Ibid.* οὔτ' ἐκφυγεῖν. οὔτε φυγεῖν Aug. *Ibid.* εἰς τόπους τραχεῖς &c. Totum Siciliæ latus, quod Africæ obverfum eft, importuofum effe & afperum, vidimus jam I. 37. ubi conf. Adnot. ad verf. 4.

Verf. 4. *Verf.* 4. ὅ τι δέοι bene habet, nec opus eft ut folicitetur.

Verf. 5. *Verf.* 5. τὸ περὶ τούτου γεγονός. περὶ τοῦτον ex ing. corrigere juffit Vrfinus. Pariter Scaliger. Itidemque Reifkius aut περὶ τοῦτον fcribendum cenfuit, id eft, circa Iunium, aut περὶ τούτους, fcil. Romanos, aut παρὰ τούτου. At locum tamen tueri poffe vulgata fcriptura videtur. Sic certe VIII. 10, 5. οὐ μόνον περὶ Μεσσηνίους - - ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων παραπλησίως, ubi quidem περὶ τοὺς ἄλλους voluit idem Reifkius. Et IV. 56, 9. τὰ περὶ Σινώπης ἐν τούτοις ἦν, ubi quidem rurfus Σινώπην ille voluit, & poffis etiam Σινωπεῖς fufpicari.

Verf. 8. *Verf.* 8. μηδὲ τῶν ναυαγ. μήτε Suidas in Χρήσιμον. μηδενὶ Reg. A. Aug. & hinc ora ed. 2. *Ibid.* γενέσθαι. γίνεσθαι Suid. *Ibid.* ἀλλ' ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἄρδην καὶ παραλόγως ἀχρειωθῆναι. In αὐτοὺς confentiunt omnes; quod tamen fenfu prorfus carere, nec ullo modo tenendum videtur. αὐτοῖς Scaligerum quoque voluiffe video.

Cap. LV.

CAPVT LV.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἐκ μὲν τῆς θαλάττ. Operarum errore caret μὲν ed. 1. & hinc Reg. B. C. *Ibid.* ἐπεκράτουν ex edit. 1. revoca-

revocavi, cum qua consentiunt scripti libri omnes præter Aug. ex quo inde ab Hervagio vulgo legebatur ἐκράτουν.

Vers. 3. ἐπὶ μὲν τοῖς ὅλοις. μὲν ἐπὶ τοῖς ὅλοις Casaub. cum Reg. B. C. invitis vett. edd. & msstis. *Ibid.* οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ. — Declarat nunc seorsim, quinam sint illi πάντες, quos modo dixerat: sunt scil. οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὰ περὶ τὸ Λιλύβ. στρατ. *Romani, tam in urbe, quam qui Lilybæum obsidebant.*" REISKIVS. — Et, hoc ita dici, planius etiam intelligitur ex eis, quæ sequuntur, οἱ μὲν (scil. ἐν τῇ Ῥώμῃ) ἐχορήγουν· οἱ δὲ, scil. illi in castris. Imprudentem librarium, ex cujus exemplo ista particula δὲ, pro τε, libros omnes invasit, deceperat præcedens particula μὲν, ad quam nunc referendam hanc δὲ censuit: sed satis adparet, ad ἐπὶ μὲν τοῖς ὅλοις inferri deinde τῆς γε μὴν προθέσεως: quare ante hæc verba minus punctum inferendum, loco majoris, quod per errorem posuit typographus noster. Vers. 3.

Vers. 5. ἐγένετο πρὸς τὸ καινοτ. πρὸς τῷ Scaliger, pro suo more. conf. ad I. 26, 3. & 29, 3. *Vers.* 6. παραπεσούσης. Perperam περιπεσούσης Aug. Reg. A. Vers. 5.

Vers. 7. ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένῃ πλευρᾷ. πρὸς τὴν Ἰταλίαν voluit Reiskius. Non magnopere repugno; nec tamen opus videtur. παρὰ commode accipi poterit in significatione *juxta, secundum,* ita quidem, ut simul intelligatur *ex adverso;* sicut apud Diodorum I. 31. ταινία παρ' ὅλην σχεδὸν τὴν Αἴγυπτον παρήκει, *dorsum (arenosum in mari) secundum Aegyptum fere totam* (scil. *ex adverso*) *extenditur;* & apud Cassium Dionem XXXIX. 50. ἡ Βρεττανία παρήκει παρὰ τὴν Γαλατίαν, *Britania Galliæ (opposita est &) secundum eam porrigitur.* Vers. 7.

Ibid. Δρεπάνων. Sic h. l. libri omnes, scripti & impressi. Sed mox pro τὰ Δρέπανα, quod ex edit. 2. accepit Casaubonus, rursus (ut aliàs) τὸ Δρέπανον habet edit. 1. cum Bav. At in τὰ Δρέπανα cum Aug. (e quo adoptavit Hervag.) consentiunt Vat. Flor. Reg. A. B. C.

Ibid.

Verf. 7. *Ibid.* *μᾶλλον δ' ὅμορον καὶ συνάπτον.* Quum vulgo omnes *μᾶλλον δ' ὀχυρὸν* darent, fentiens iftius fcripturæ difficultatem Cafaubonus, a verbis receffit, vertitque, *qua Drepana contingit, magis inacceffus.* Id autem græce effet, *μᾶλλον δ' ὀχυρὸν, ᾗ ἐστιν συνάπτον,* quemadmodum fcribere juffit idem Cafaub. in ora Bafileenfi. Ac fane, fi tenendum omnino vocab. *ὀχυρὸν,* corrigenda ifto modo græca fuerint, aut cum Reifkio fcribendum *κατὰ τὸ συνάπτον,* aut fimpliciter *ὀχυρὸν τὸ συνάπτον.* Sed, aut vitiofum effe illud *ὀχυρὸν,* aut loco non fuo ftare," REISKIVS etiam vidit, monens „de fitu hic agi, non de firmitate munitionis & difficultate acceffus." Imo vero, fi pæne inacceffus fuiffet mons, qua Drepana contingit, non ita exquifita cura & folicitudine cuftodiendus L. Iunio vifus fuiffet aditus, ut mox fub finem capitis ait Polybius. Igitur mihi quidem adhuc expeditior nulla certiorque occurrit medendi defperato loco ratio, quam quæ eft a GRONOVIO in Notis msstis propofita, & a nobis in contextum recepta. Dixerat Polybius, inter Drepana & Panormum effe illum montem Erycem; nunc, veluti parum adcurate hoc dixiffet, corrigit fefe quodammodo, & preffius fitum definit, ne putes fere in medio duarum urbium fuiffe: *μᾶλλον δ' ὅμορον καὶ συναπτ.* *fed potius* (id eft, *fed rectius* vel *planius ut dicam*) *conterminus & contiguus eft Drepanis.*

Ibid. *πλὴν τῆς Αἴτνης.* Nefcio quid fit, quod Vat. & Flor. *ἕκτης* dant, Aug. & Reg. A. *ἕκτης.* An *Εἱρκτῆς* vel *Ἑρκτῆς* voluerunt? de quo vide cap. 56, 3 fq. At fane non videtur ignotum hunc montem, *omnium Siciliæ montium maximum*, dicturus fuiffe Polybius. In Bav. fic: *πλὴν τῆς   τῆς,* fpatio aliquot literarum vauco relicto ante tres ultimas literas. Sed in ora Bav. itemque in ora Aug. & Reg. A. fcriptum *Αἴτνης,* quod verum utique videtur. Sic etiam Aretinus & Perottus, *præter unum Aetnam.*

Verf.

Verſ. 10. *ἐπί τε δὴ τὴν κορυφήν.* — „Malim *ταύτην.* Verſ. 10.
[pro *τε.*] Videntur librarii compendium ſcripturæ non aſſecuti.“ REISK. — Equidem nullam hic video mutandi quidquam neceſſitatem. Illi particulæ *τε* reſpondet mox *ὁμοίως δὲ καί.*

Ibid. καὶ τὴν ἐπὶ Δρεπάνων πρόσβασιν. Ferenda hæc lectio viſa eſt REISKIO. „Poſt *καὶ* (ait) tacite repeti debet a communi *ἐπὶ*, ac ſi ſic eſſet ſcriptum: *ὁμοίως δὲ καὶ φυλακὴν ἐπιστήσας ἐπὶ τὴν πρόσβασιν τὴν φέρουσαν ἐπὶ Δρεπάνων.*“ At non tam dicturus fuiſſe videtur Polybius, *aditum ad Drepana* cuſtodiviſſe Romanos, quam *aditum a Drepanis.* Præterea, quod hoc loco *προσβολὴ* dicitur, pro eo mox *ἀναβολὴν*, id eſt *adſcenſum,* ſcribit; & ipſum vocabulum *προσβολὴ* etiam aliâs ſigillatim de *adſcenſu montis* uſurpatum legimus, veluti V. 70, 6. Quo magis fit probabile, ac pæne certum, *ἀπὸ Δρεπάνων*, non *ἐπὶ Δρεπάνων* ſcriptum oportuiſſe. De præpoſitione *ἐπὶ*, ante *τὴν ἀπὸ Δρεπάνων* intelligenda, perinde fuerit, ſive diſerte adjectam malueris, ſive ſatis eſſe ſtatuas, ſi in mente retineatur. Ceterum in eamdem ſententiam Aretinus, *ab ea parte, qua aditus a Drepano eſt;* pariterque Perottus, qui (ut jam aliâs monui) Aretinum fere in hac parte hiſtoriæ preſſo ſatis pede eſt ſecutus. Ad hunc ipſum autem locum reſpexit Polybius, cum cap. 58, 2. ait, *τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων ἐπί τε τῆς κορυφῆς καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, ὡς εἴπομεν.*

Ibid. καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸν τῆς ἀναβολῆς ἐτρέπετο καιρόν. Verba hæc callide prætermiſerunt veteres illi, quos paulo ante nominavi, interpretes. Caſaubonus: *ad vim differendam potius inclinans.* Quid ſecutus ſit, facile adparet: & poteſt quidem *ἀναβολὴ dilationem* vel *moram* denotare; ſed, ea notio an hujus loci ſit, etiam atque etiam dubitare licebit. Fuit tempus, quo idem Caſaubonus (ut ex ora Baſil. intelligo) perſuaſum habuerat, pertinere huc, lucemque verbis Polybii adfundere poſſe ea, quæ Athenæus habet lib. IX. p. 394. cum dicit: *τῆς Σικελίας*

Verſ. 10. *κελίας ἐν Ἔρυκι καιρός τις ἐστὶν, ὃν καλοῦσιν ἀναγωγὰς, ἐν ᾧ φασι τὴν θεὸν εἰς Λιβύην ἀνάγεσθαι.* At, quid iſti *ἀναγωγῇ* vel iſtis *ἀναγωγαῖς* cummune ſit cum hac *ἀναβολῇ*, difficile fuerit dictu. Miror, intactum prorſus a Gronovio Reiſkioque relictum fuiſſe hunc locum; apud quos nihil prorſus invenio, niſi quod Gronovius ad oram ſui exempli hanc interpretationem ſcripſit, *& maxime quidem intentus fuit commoditati aſcenſionis.* Quibus verbis recte *ἀναβολὴν adſcenſum* expoſuit vir doctus, ſicut *ἀναβολὴ τῶν Ἄλπεων* vel *εἰς τὰς Ἄλπεις* eſt *Alpium adſcenſus*, III. 39, 9. III. 50, 3. &c. Sed non placet *καιρὸς ἀναβολῆς*, nec totum hoc *ἐτρέπετο ἐπὶ τὸν τῆς ἀναβ. καιρόν.* At adquieſcendum tamen foret in illa Gronovii interpretatione, niſi hoc ipſum, quod duo poſtrema verba abſunt a probatis codicibus, ſuſpicionem interpolationis moveret. Certe, abjectis his verbis, & *ἐπὶ* in *ἔτι* mutato, peropportunam habemus ſcripturam eam, quam ſub contextu propoſui, *καὶ μᾶλλον ἔτι τὸν τῆς ἀναβολῆς*, id eſt, *ſed magis etiam* (ſcil. quam alterum,) vel, *ſed maxime quidem cuſtodivit eum locum, quo in montem adſcenditur,* nempe *a Drepanis.* Particulæ autem *ἐπὶ* & *ἔτι* adeo crebro confuſæ a noſtris librariis ſunt, (vide Adnot. ad V. 42, 1. V. 46, 12. VIII. 7. 4. IX. 7, 7. XVIII, 8, 5.) ut, flagitante ſententia, dubitare non debeamus, eodem modo hic quoque fuiſſe peccatum. Poſtquam ex vetuſtiori exemplari mendum illud, *ἐπὶ* pro *ἔτι*, codices omnes invaſerat, criticus aliquis, corruptum locum videns, ſed ſedem rationemque erroris non perſpiciens, verba quædam ad complendam ſententiam excidiſſe ratus, ex ingenio ea, quæ deſiderari ei videbantur, ſupplevit.

Cap. LVI.

CAPVT LVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῶν.* Pronomen *αὐτῶν* cum cod. Bav. ignorat edit. 1. & Reg. B. C. probante Reiſkio.

Verſ.

Verſ. 3. τὴν Βρεττιανὴν χώραν. Vide Stephanum Byzant. in Βρεττία, & quæ ibi monuere interpretes. Adde Etymologum in Βρεττανοὶ & Βρεττία. Verſ. 3.

Ibid. ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς. Editi vulgo omnes τῆς Εἰρκτῆς, cum leni ſpiritu; ſed τῆς Εἱρκτῆς eſt in Bav. Mendoſe τοῖς Εἱρκτοῖς Aug. & Reg. A. pariterque Vat. ſed in hoc quidem intra lineas ſcriptum τῆς & ῆς. Mons hic inter Erycem, ut ait Polybius, & Panormum erat ſitus; ſed proxime Panormum, ut ſatis indicat verſ. 11. Apud Diodorum lib. XXII. ecloga 14. p. 498. edit. Weſſel. αἱ Ἑρκταὶ, & apud eumdem lib. XXIII. ecl. 14. p. 506. ἡ Ἑρκτὴ vocatur. Nomen iſtud Caſaubonus *ſupra Carcerem* vertit. Confer poſtremam Adnot. ad cap. 55, 7.

Ibid. χρονισμόν. — „Alius dixiſſet ἐγχρονισμὸν, & neſcio an Polybius ſic dixerit.“ REISKIVS.

Verſ. 4. εὔβατος. — „Lege εὔβοτος, & ſic Caſaubonum quoque legiſſe patet e latinis, [*ſpatium pecori alendo aptum.*] & Mericus quoque ex ejus ſchedis annotavit.“ REISKIVS. — Nec vero ſatis cauſſæ video, cur vulgatam ſolicitemus ſcripturam. Omnia fere montana εὔβοτα ſunt, ſed non omnia εὔβατα, conf. X. 29, 4. XI. 18, 4. plerumque ſunt δυσδιάβατα, I. 39, 13. Verſ. 4.

Ibid. πρὸς μὲν τὰς πελαγίους πνοιὰς εὐφυῶς κείμενος, *adverſus marinos fluctus egregie comparatus locus.* Ambigue hoc dictum videri poteſt; uno modo, ut tutum locum a flatibus marinis dicat. Sic accepit Vir doctus, qui ante hos duodecim annos in germanicum ſermonem tranſtulit Polybium: *gegen die Seewinde durch ſeine glückliche Lage geſchützt.* At de portu quidem commode hoc dictum foret; de monte qui dici poſſit, non ſatis video. Rectius, ut mihi videtur, intelligetur de *aëre, in calida regione flatibus marinis temperato:* quocum etiam opportune convenit quod addit, *nullas ibi peſtiferas animantes morari.* Eamdem in ſententiam Perottus, *maritimis auris præclare expoſitum,* interpretatus eſt. Pro πνοιὰς in ſolo Flor. eſt ἀντιπνοίας. πνοὰς edit. 1. Reg. B. C. ex Bav. quod malle

Verf. 4. fe Reifkius profeffus eft, ut profaicis fcriptoribus ufitatius.

Ibid. θανασίμων. Sic libri omnes, præter Vat. & Vrfini codicem, in quibus θηρασίμων eft: fed in ora Vat. hæc nota adjicitur: οὕτως θανασίμων. Cum vulgata, quæ vera utique videtur, confentit Perottus, *mortiferarum.*

Verf. 5. 7. 8. *Verf.* 5. περιέχεται. Mendofe περιέρχεται Aug. Reg. A. *Ibid.* τὴν μεσόγαιαν. τὴν μεσόγαιον voluit Scaliger. Nil refert; utrumque recte dicitur. *Verf.* 7. ἀπὸ Δρεπάνων. Rurfus vulgo ἀπὸ Δρεπάνου, ex Bav. *Verf.* 8. προσόδους Perperam προόδους Flor.

Verf. 9. *Verf.* 9. Ῥωμαίοις ἀγῶνας καὶ κινδύνους. ἀγῶνας Ῥωμαίοις Bav. Reg. B. C. & mendofe ἀγῶνας Ῥωμαίους edit. 1. Abfunt autem ab his verba καὶ κινδύνους, adjecta ab Hervag. ex Aug. cum Vat. Flor. Reg. A.

Verf. 11. *Verf.* 11. παραστρατοπεδευσάντων αὐτῷ Ῥωμαίων. Sic cum Reg. B. correxit Cafaub. παραστρατοπεδεύσας τῶν αὐτῶν Ῥωμαίων Bav. & hinc edit. 1. 2. Eodem modo Aug. & Reg. A. nifi quod verbum fimplex στρατοπεδεύσας habent. Ex Flor. Gronovius notavit παραστρατοπεδεύσας τῶν αὐτῷ Ῥωμαίων. Ex Vat. quem cum edit. 2. contulit Spallettus nofter, nihil adnotatum video. παραστρατοπεδευσάντων αὐτῶν Ῥωμαίων Reg. C.

Ibid. ἐν ἴσως πέντε. Et hoc cum Reg. B. C. correxit idem Cafaub. Ante eum impreffi & veteres mssti ἐν ἴσῳ. De litera figma, in fine vocum cum jota fubfcribendo confufa, jam fæpius dixi. Vide Adnot. ad I. 15, 10. & loca ibi citata.

Ibid. τὸν κατὰ μέρος ἀποδοῦναι λόγον. Sic Aug. Reg. A. & Flor. Nefcio an & Vat. e quo tamen nulla enotata varietas eft, cum vulgo τῶν κατὰ μέρος editum effet ex Bav. τὸν etiam ex ingenio correxit Scaliger. Pariter REISKIVS, ignorans quidem codicis Auguftani fcripturam, quam præterierat Bœclerus in Lectionibus Polybianis: „Malim τὸν, ait. Nam dicitur ὁ κατὰ μέρος λόγος, *ratio,*

ratio, recensio rerum secundum quamque partem, ubi pars quæque seorsim enumeratur." — Vide III. 37, 11. IV. 2, 1. X. 11, 5.

CAPVT LVII. Cap. LVII.

Verſ. 1. *διαφερόντων πυκτῶν καὶ ταῖς γενναιότησι καὶ ταῖς εὐεξίαις. εὐεξία dexteritas & peritia* apud Polybium exponitur III. 6, 12. I. 60, 10. quam notionem hoc etiam loco in verſ. expreſſi. Nec tamen ſpernam Caſauboni interpretationem, *in pugilibus animi corporiſque robore præſtantibus.* Sic *εὐεξία* ſigillatim de *robuſta & valida corporis conſtitutione athletarum* ſæpe cum apud alios auctores, tum apud Lucianum in Anacharſi, ſive de Gymnaſiis & alibi paſſim, uſurpatur. Verſ. 1.

Ibid. καιρὸν i. q. *κίνδυνον, periculum,* ut III. 63, 3. II. 32, 8. &c. *Ibid. πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες.* — „Videtur dictio palæſtrica eſſe *τιθέναι πληγὴν*, unde Latinorum *vulnus imponere* etiam ductum videtur. Aliàs *ἐπιτιθέντες* eſſet uſitatius: ſed artes ſua habent propria vocabula, non omnibus nota, neque ad vulgares linguarum regulas exigenda." REISK.

Ibid. θεωμένοις. — „*θεωρουμένοις* eſt prava lectio, e duabus bonis conflata: alii libri dabant *θεωροῦσι*, alii *θεωμένοις*, quorum alterutrum eſt optandum. vide ad p. 1090, 20. [VII. 4, 8.] ubi idem error eſt iteratus." REISK. — Scilicet VII. 4, 8. pro *συνθεωρούμενοι* pariter aut *συνθεωροῦντες* aut *συνθεώμενοι* legere juſſit idem vir doctus: cujus voluntati obſecutus, *θεωμένοις* hoc loco ſcripſi. Quod vereor, ne nimis propere ac temere factum videatur. Certe, quum & hoc loco, & eo, quem modo citavi, libri omnes in formam paſſivam vel mediam pro activa conſentiant, teneri vulgata lectio in contextu debuerat; præſertim cum per ſe nihil impediat, quo minus, ſicut *ὁρᾶσθαι* perinde ac *ὁρᾶν* dictum invenimus, ſic & *θεωρεῖσθαι* pro *θεωρεῖν* dici poſſit. Nec tamen auſim ad codicis Aug. auctoritatem provocare, qui etiam V. 101, 6.

θεωρουμένου notione activa habet; nam ibi quidem ceterorum omnium codicum consensus refragatur isti scripturæ.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐστὶ καὶ τῆς ἐμπειρίας &c. Correxit Casaubonus. Præferenda autem utique videtur altera emendandi ratio, quæ REISKIO placuit, ut, tenendo particulam ἔτι, adjiciatur δέ. „Nam illud ἐστὶ, ait, quod hic sententia postulat, jam habetur paulo ante in illis δυνατόν ἐστι, quod ipsum hic etiam repeti tacite debet, ut constructio verborum sit ad hunc modum: ἐκ τῆς καθόλου ἐνεργίας τῶν ἀνδρῶν δυνατόν ἐστι ἱκανὴν ἔννοιαν λαβεῖν καὶ τῆς αὐτῶν φιλοτιμίας, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐμπειρίας καὶ δυνάμεως, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῆς εὐψυχίας. *Ex universa eorum contentione licet satis bene æstimare atque intelligere, quantum in ipsis fuerit laudis studium, quantus usus & peritia artis, quanta denique animi excellentia atque nobilitas.*" —

Ibid. οὕτω δέ. Ferri utique potest conjunctio δὲ in apodosi, de qua dixi ad I. 20, 9. At placet tamen οὕτω δὴ, quod dant Aug. & Reg. A.

Ibid. περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν. — „Quinam illi? Lege στρατῶν vel στρατευμάτων." GRONOV. in Notis msstis. — Possis & στρατοπέδων suspicari, quemadmodum vice versa II. 27, 3. pro στρατηγῶν Aug. mendose στρατοπέδων habet. Imperatores, quos ante nominaverat Polybius, sunt Amilcar & L. Iunius. Iam Amilcar quidem per plures continuos annos in imperio mansit; (vide I. 56, 11. & 58, 2. sqq.) sed L. Iunio Consuli (quem captum a Carthalone Zonaras VIII. 15. scribit, Cicero vero de Nat. Deor. II. 3. & Valerius Max. I. 4, 3. damnationis ignominiam, quod & ipse, ut M. Claudius, auspicia neglexisset, voluntaria morte prævenisse prodiderunt) varii atque varii consules imperatoresque romani ad bellum in Sicilia administrandum successores missi sunt, quod disertissimis verbis Zonaras VIII. 16. docet. Nisi in hoc etiam ab aliis auctoribus discessisse Polybium in L. Iunii rebus statuamus, ut Iunio per complures annos proroga-

tum

tum in Sicilia imperium dixerit; quod tamen nusquam apud hunc scriptorem legimus. Ceterum vocabulorum στρατὸς & στρατηγὸς, perperam a librariis inter se permutatorum, plura exempla adnotavi ad Appiani Histor. Syriacam cap. 23.

Vers. 3. ἐπιθέσεις. — „ἐπιθέσεις sunt *repentinæ oppressiones ex occulto;* sed προσβολαὶ sunt *manifestæ aggressiones*, quum non dolo & insidiis, sed manu & vi aperta res agitur." REISKIVS. Vers. 3.

Vers. 5. τὰ ἐξ ἱστορίας στρατηγήματα sunt *astutiæ militares, quæ percunctando pernoscuntur*, sive auctores mortuos, h. e. libros scriptos, sive viros, homines, rerum peritos, interrogas, & sive legendo, sive audiendo discis. Ea enim omnia complectitur voc. ἱστορία, quod significat *studium indagandi & cognoscendi res obscuras, quoquo modo.*" REISKIVS. — Præclare huc facit, quod IX. 14, 1. legimus: Τῶν δὲ προειρημένων (τῶν συμβαινόντων περὶ τὰς πολεμικὰς ἐπιβολὰς) τὰ μὲν ἐκ τριβῆς, *alia ex usu & experientia*, τὰ δ' ἐξ ἱστορίας, *alia ex historia & percunctatione*, τὰ δὲ κατ' ἐμπειρίαν μεθοδικὴν θεωρεῖται, *alia justa disciplina & præceptis artis cognoscuntur.* Vers. 5.

Ibid. παράβολον. Mendose παραβολὴν Aug. Reg. A. quod imperite adoptavit editor Basileensis.

Vers. 6. τά τε κατὰ τοὺς χάρακας. Perperam abest ab edit. 1. & Bav. præpositio κατὰ, quam agnoscunt Reg. B. C. cum ceteris codicibus. *Ibid.* ὀχυρότητα recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Prorsus mendose ἐχυρότατον edit. 1. & ed. 2. in contextu, errore primi editoris, compendium scripturæ perperam interpretantis. Vers. 6.

Vers. 8. τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ περιπεσόντας. Monuit me Vir doctus, cujus plurimum apud me valere auctoritas debet, defendi posse sibi videri verbum περιπεσόντας ex cap. 58, 8. hac sententia, *iidem semper pugnando congressi atterebantur*. Nempe διαφθείρεσθαι, ait, non est *perire*, sed *ærumnas tolerare*. At vero (ut taceam, nullum fortasse exemplum facile inveniri, quo verbum διαφθείρεσθαι ea, quam vult Vir doctus, notione usurpetur) Vers. 8.

Vers. 8. tota series orationis flagitare omnino videtur, ut verbum hoc usitatissima & Polybio & aliis scriptoribus notione, *perire, interfici*, capiatur. vide I. 34, 5 sq. 69, 5 & 11. &c. Et, cum dixisset Polybius, non nisi *minora prælia incidisse quotidie, nihil gestum, quod ad cernendam rei summam pertineret*, signate adjicit ista verba, τούτους γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ συνέβαινε διαφθείρεσθαι, id est, *nam hi soli* (non ait, *hi iidem;* quod esset τοὺς αὐτοὺς) *semper peribant*, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ περιπεσόντας, *qui in ipsa pugna cadebant:* nempe, non id accidit, quod fit in majoribus præliis, quibus summa rei cernitur, ut plures fere in fuga, quam in prælio, interimantur, cæsi a persequentibus victoribus, aut ut fuga prorsus dispergatur hostium exercitus; quicumque ex his, qui ad Panormum militabant, ex prælio pedem recepissent, protinus in tuto & extra periculum erant. ἐν χειρῶν νόμῳ πίπτειν, idem est, ac ἐν αὐτῷ τῷ κινδύνῳ πίπτειν, quemadmodum exponitur IV. 58, 9. id est, *in ipsa pugna cadere, cadere pugnantem, manu conserta cadere.* Sic ἐν χειρῶν νόμῳ διαφθείρεσθαι I. 34, 5. I. 82, 2. μεταλλάξαι vel καταστρέφειν τὸν βίον ἐν χειρῶν νόμῳ III. 63, 5. III. 116, 9. XI. 2, 1. (In qua phrasi vocabulum νόμος, judice REISKIO ad I. 82, 2. idem est atque ἡ νόμησις, vel potius νώμησις, τῶν χειρῶν, *huc illuc agitatio, jactatio, versatio manuum*, breviter *pugna.)* Iam vero περιπίπτειν ἐν χειρῶν νόμῳ, si modo usitata usquam hæc phrasis fuit, possit quidem fortasse denotare *ad manus venire, pugnam conserere;* sed in hunc quidem locum non convenit hæc notio; non enim sane omnes semper perierunt, quicumque pugnam conseruissent. Itaque, nisi περιπίπτειν pro verbo simplici πίπτειν, *cadere*, usurpatum h. l. statuamus, quod vix & ne vix quidem pati usum græci sermonis putaverim; necessario compositum illud περιπεσόντας cum simplici πεσόντας fuerit commutandum, quod etiam Reiskius vidit, uno verbo id monere contentus. Quod autem προπεσόντας etiam fortasse scribendum suspicatus eram, respiciens ad verbum προπεσεῖν

σεῖν

τεῖν I. 58, 8. id non admodum urgere ausim, quandoquidem paulo diversa hujus verbi ratio esse videtur. Vers. 8.

Ibid. *οἱ δ' ἅπαξ ἐγκλίναντες* &c. Seriem orationis restitui ex edit. 1. & codd. omnibus, contra quorum fidem ex uno Aug. inde ab ed. 2. editum erat *οἱ δ' ἅπαξ εὐθέως ἐγκλίναντες, ἐκτὸς τοῦ δεινοῦ πάντες ἦσαν.*

CAPVT LVIII. Cap. LVIII.

Vers. 1. *ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς* &c. Significat nescio quem morem præsidum judicumque ludorum gymnicorum, pugilibus, qui diu paribus viribus & neutram in partem vergente victoria pugnassent, periculosius aliud pugnæ genus adsignandi, in quo fieri non facile poterat, quin haud dubie alter victoriam reportaret, alter victum se fateri cogeretur. conf. Lucian. in Anacharsi s. de Gymnasiis cap. 29. Tom. II. edit. Amstel. p. 910 sq. Vers. 1.

Ibid. Verbum *συνέκλεισεν* e ludis pariter translatum esse Casaubonus monuit. conf. III. 63, 3.

Vers. 2. *καθάπερ εἴπομεν.* vide I. 55, 10. *Ibid.* *πρὸς τῇ ῥίζῃ.* Sic recte editum ex Bav. consentiente Vat. *πρὸς τῆς ῥίζης* Aug. Reg. A. jota subscribendo in σ mutato, ut docui ad I. 15, 10. *πρὸ τῆς ῥίζης* ex Flor. citat Gronov. Vers. 2.

Vers. 4. *πάσης δ' ἐπιθέσεως.* Quod conjunctio abest ab ed. 1. & Reg. B. C. id invito exemplari Bav. factum. Vers. 4.

Vers. 5. *ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον.* Hunc Polybii locum cum illis Senecæ verbis Epist. 83. *quod raro cursoribus evenit, hieram fecimus,* conferens LIPSIVS: „Vincentes, ait, coronam reportabant: ambigua victoria, diis illa consecrabatur, adeoque *hiera* illa evadebat; quam proinde *faciebant*, non reportabant." In eamdem sententiam CASAVBONVS noster disputat in Commentar. in Persium p. 15. provocans simul ad illa A. Gellii verba, Noct. Att. XVIII. 2. *Quæstio soluta corona & præmio donabatur. - - Si nemo dissolvebat quæstionis nodum, præmium ipsum & corona Deo, cujus id festum erat,* (de Saturnalibus agitur) *dicabatur.* Vers. 5.

Verf. 6. *Verf.* 6. *πρότερον γὰρ ἐκείνους ἀλλήλων ἐπικρατῆσαι.* πρὸ τοῦ, loco *πρότερον*, voluit Vrfinus. In vulgatum confentiunt libri. *Ibid.* *δύο ἔτη πάλιν.* Per triennium jam ad Panormum hæferant. vide cap. 56, 11. & conf. 59, 1.

Verf. 7. *Verf.* 7. *παραπλήσια τοῖς ψυχομαχοῦσι τῶν εὐγενῶν ὀρνίθων.* De gallorum gallinaceorum certaminibus vide Aeliani Var. Hift. II. 28. & auctores quos ad Aelianum laudaverunt interpretes. Nec pigebit legiffe quod de ifto more Lucianus habet in Anacharf. cap. 37. Hunc ipfum autem Polybii locum in mente habuiffe videtur Philo in libro Quod omnis Probus liber, p. 885. edit. Francf. 1691. cum, Οἱ γοῦν ἀλεκτρυόνες, ait, οὕτως εἰώθασι φιλοκινδύνως ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ὑπὲρ τοῦ μὴ εἶξαι καὶ παραχωρῆσαι, κἂν ἡττῶνται ταῖς δυνάμεσιν, οὐχ ἡττῶνται ταῖς εὐτολμίαις· ἄχρι γὰρ θανάτου παραμένουσιν. Ibidemque gallos gallinaceos plus femel τοὺς ὄρνιθας vocat. Philonis verba Gronovius ad oram fui libri adfcripferat.

Verf. 8. *Verf.* 8. *ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας*, *poftquam ufum alarum amiferunt.* If. Cafaubonus: *alis multati;* & in eamdem fententiam Reifkius, *amiffis plumis alarum.* Monuit vero ad h. l. MERIC. CASAVBONVS: „Cum τὸ πτεροῦν & ἀναπτεροῦν (*alas addere*) vulgare fit apud Græcos pro *animos addere*, *inftigare*, verbum; quod inde fumtum dicunt, quod πτερύσσεσθαι, five latera fua alis expanfis verberare folent aves iftæ ante pugnam; poffumus etiam τὸ ἀπολωλεκέναι τὰς πτέρυγας ut proverbialiter dictum accipere, ut *alas fuas* illi dicantur *amififfe*, qui præfidia fua, quibus antea five ad pugnam, five aliam quamvis rem aggrediendam, nitebantur, amiferunt." — GRONOVIVS in Notis msstis: „Ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας quum dicit; addens διὰ τὴν ἀδυναμίαν, oftendit fatis quid velit. Nam hæc *alarum amiffio* eft ipfa ἀδυναμία & debilitas, ὅταν αὐτοῖς κάμνει τὸ πτερὸν, ut loquitur Aelianus Var. Hift. I. 14. Ex impotentia amiferunt alarum ufum, quæ ipfos folent elevare, ut fic a fuperioribus partibus roftro, ab latere utroque calcaribus configant caput hoftis. Sic Lati-

nis

nis quoque *amittere* non eſt omnino *carere*, ſed *non amplius habere uſum rei, licet res adſit.* Petronius: *quum ſolutus mero, amiſiſſem ebrias manus.* Terentius: *ſcapulas perdidi.*" — Dictum fuerit *alas amittere* eodem modo, quo germanico idiomate dicimus, *die Flügel ſincken laſſen.* Verſ. 8.

Ibid. ἐκβάλλουσι τὰς πληγὰς κ. τ. λ. *omittunt aliquantiſper plagas, &c.* Quid ſpectarit Caſaubonus noſter, verbum ἐμβάλλουσι invehens, & in verſ. lat. ponens *plagas inferunt*, difficile dictu fuerit. MERICVS CASAVBONVS, ex Polybii ſcopo & ipſis verbis colligens, de *intermiſſione pugnæ* agi, ἀναβάλλουσι τὰς πληγὰς ſcribendum ſuſpicatus eſt. Sed eamdem notionem, *intermittendi, in aliud tempus differendi*, verbo ἐκβάλλουσι ſubjectam eſſe, quod libri omnes præferunt, GRONOVIVS (in Notis ineditis) & REISKIVS exiſtimarunt; quorum ille ad ſimillimum uſum latini verbi *rejicere*, hic etiam ad Polyb. I. 68, 10. & XXIX. 9, 5. provocavit. Quorum interpretum rationem, quamquam de duobus locis, a Reiſkio adlatis, video quid reſponderi contra poſſit, tamen, cum certius nihil haberem, & codicum conſentiret ſcriptura, ſecutus ſum. Sed quum *intermiſſio* illa duobus modis, ut jam monuit Meric. Caſaubonus, intelligi poſſit, ſive de duobus diverſis congreſſibus gallorum, ſive de unico, ſed longiori congreſſu. Merico viſa eſt particula ποτὲ, quæ mox ſequitur, requirere, ut priori modo capiamus: atque ita Reiſkius expoſuit, *plagas rejiciunt in aliud tempus, dimicationem alii tempori reſervant.* Ego vero, cum Gronovio, de uno eodemque congreſſu, nonniſi aliquantiſper intermiſſo, accipiendum putavi. Ac ſane verba ἕως ἂν ποτε, id eſt, *donec tandem*, utramque interpretationem admittunt, Sed rurſus difficultate & ambiguitate quadam laborat vox αὐτομάτως, quam *ſponte ſua* interpretatus eſt Iſ. Caſaubonus; cui ſuffragatum eſſe Henr. Valeſium, intelligentem, *non opus eſſe, ut a ſpectatoribus incitentur*, in ora libri ſui monuit Gronovius; qui, cum Pariſiis verſaretur, de multis

Polybii

Verſ. 8. Polybii locis, difficultatem aliquam habentibus, Valeſium conſuluit. Ego, cum Merico Caſaub. & Reiſkio, eam notionem prætuli, quam habet idem vocabulum I. 63, 9. *caſu quodam, fortuito.* Nec tamen mordacius hanc verſionem defendam; &, dubium me quodammodo inter utramque hærere, fateor. Illud mihi videor in fortuitis vulgaribuſque gallorum gallinaceorum conflictibus obſervaſſe, fieri interdum, ut, poſtquam pertinaci pugna defatigatus prorſus uterque per aliquod tempus velut immotus ſtetiſſet, neque amplius quidquam tentare velle viſus eſſet, ſubito rurſus, nulla adparente cauſa, quæ extrinſecus eos denuo incitarit aut novas vires alterutri addiderit, adeoque & ſponte ſua, & veluti fortuito cæcoque impetu, in ſe invicem irruant, ac, veluti ab ipſa intermiſſione ferociores, acriori contentione renovent pugnam. Sed, ut pauliſper ad verbum ἐκβάλλειν redeam, non eſt prætereunda alia MERICI CASAVBONI conjectura, qui, ſi quis de uno, ſed diuturniore congreſſu hæc dicta putet, non valde ſe improbaturum ait; ſed tum quidem „nihil prius videtur, inquit, quam ut pro ἐκβάλλουσι legamus εἰκῆ βάλλουσι, *temere & ὡς ἔτυχεν, propter ἀδυναμίαν ſcil. & defectum alarum;* pro quo alibi idem Polybius, ut a Suida notatum, [vide Fragm. Polyb. Gramm. num. XLIII.] uno verbo dixit εἰκοβολεῖν." —

Ibid. *περιπεσόντες αὐτοῖς.* αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς, & hoc pro ἀλλήλοις. Sic I. 51, 1. *σύνεγγυς αὐτῶν*, i. q. ἀλλήλων, & ſæpe aliâs.

Ibid. *καὶ ῥᾳδίως ἀλλήλων διαδράξωνται.* Verbum διαδράττεσθαι, ignotum Lexicographis, ac neſcio an ἅπαξ λεγόμενον, Iſaacus Caſaubonus *vellicare* interpretatus eſt; eodemque modo Reiſkius, *facile ſeſe inter ſe pervellunt:* & Erneſtus in Lexic. Polyb. *lacerare ſe invicem.* Ego vero, quum frequentiſſime Polybium compoſitis verbis, & præſertim eis, quæ præpoſitionem διὰ præfixam habent, eadem notione uſum viderem, quæ ſimplicibus ſubjecta eſt, adquieſcendum duxi in uſitata verbi δράττεσθαι notione, *prehen-*

prehendendi, corripiendi, quæ non aliena ab hoc loco mihi visa est. Vers. 8.

Ibid. *συμβῇ τὸν ἕτερον αὐτῶν προπεσεῖν.* Potest hoc verbum *προπεσεῖν* haud incommode pro simplici *πεσεῖν* usurpatum videri; qua ratione etiam cap. præc. vers. 8. *προπεσόντας* fortasse pro mendoso *περιπεσόντας* legendum conjeceram. Sed non admodum repugnem Gronovio Reiskioque, præpositionis *πρὸ* rationem habentibus, in hanc sententiam, *atque ita fit tandem, ut alter ante alterum collapsus concidat.*

CAPVT LIX.

Cap. LIX.

Vers. 1. *Ὁμοίως δέ.* *Ὅμως δὲ* corrigere jussit Casaub. in ora Basil. idque in latina vers. expressit. Eamdem conjecturam probavit Reiskius; qui, cum ad manum non haberet editionem Basileensen, putavit, quæ ex ora Basil. retulit Mericus Casaubonus, ea in exemplis omnibus editionis illius ad marginem esse impressa, cum nonnisi Notulas dixerit Mericus, quas pater Isaacus sua manu ad oram sui exempli editionis Basil. adscripserat. (vide Præf. nostram huic Tomo I. præfixam, pag. XXXIII.) Et speciem quidem utique habet h. l. *ὅμως*, *tamen, nihilo minus:* sed, quod si necessario requireretur particula aliqua, vim hujusmodi habens, defendi tamen fortasse vel hoc ipso etiam nomine tenerique vulgata scriptura, in qua nihil mutant libri, poterat. Nam & aliâs passim *ὁμοίως* eadem fere notione ac *ὅμως* usurpatum videmus; veluti apud Demosthenem pro Corona, in epistola Philippi, p. 239, l. 6. edit. Reiskii; ubi *ὁμοίως*, quod dant libri, contra Marklandum, *ὅμως* reponere suadentem, Reiskius defendit; (conf. eumdem Demosth. ibid. p. 263. l. 17 sq. & Orat. contra Stephanum, p. 1119. l. 13.) & apud ipsum Polybium nostrum IV. 19. 4. pro *ὅμως*, quod ex aliis codicibus recepi, teneri fortasse poterat *ὁμοίως*, quod vulgo ex Bav. erat editum. Sed hoc quidem loco adverbium *ὁμοίως* nativa sua & maxime consueta notione, pro *similiter*, *pariter*, Vers. 1.

fuerit

Verf. 1. fuerit accipiendum, referendumque ad alteram partem inſtitutæ comparationis. Scilicet, quemadmodum galli gallinacei, poſtquam longo atque acri conflictu fatigati remittere per aliquod tempus viſi ſunt iram & contentionem, tandem ſubito rurſus novum impetum capiunt, & novo ſtudio, nova contentione alter in alterum irruit; pari ratione, poſtquam diuturno bello fatigati Romani Pœnique remiſſius per aliquod tempus egerant, ad extremum ſubito veluti impetu correpti primum Romani nova contentione claſſem bellumque inſtaurarunt, tum & Pœni, (cap. 60.) pari ſtudio incenſi, in bellum acriter perſequendum denuo incubuerunt.

Ibid. ἔτη σχεδὸν ἤδη πέντε. In edit. 1. & 2. cum Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. expreſſis verbis eſt σχεδὸν ἢ δεκαπέντε. Apud Suidam in Ψυχομαχοῦντες notis numeralibus ſcribitur σχεδὸν ἢ ιέ. ἔτη. Codex Reg. B. σχεδὸν δεκαπέντε, omiſſa partic. ἤ. Et Perottus *quindecim* habet. Quod vero Vrſinus σχεδὸν πέντε tamquam ex vetere libro profert, error haud dubie eſt, ſive ab ipſo Vrſino, ſive ab operis typographicis profectus, ut jam monui in Præfat. Tomo I. præfixa, p. XLIX. (conf Adnot. ad I. 19, 7.) Nuſquam enim aliàs Vrſini codicem a communi omnium librorum noſtrorum labe immunem obſervavi. Quod autem ad ipſum numerum adtinet, fieri non poteſt, ut tantum aberraverit a vero Polybius, quantum vulgata ſcriptura præfert. Annos, quos dicit, numerat a L. Iunii conſulatu (hoc cap. verſ. 4. coll. cum cap. 55, 2.) uſque ad annum ante Caium Lutatium conſulem; id eſt, ab A. V. 505. quo P. Claudius Coſ. prælio navali ad Drepana claſſem amiſit, vel ab A. V. 506, quo, ex Polybii quidem ratione, (de qua vide I. 52, 5. & ibi Adnot.) L. Iunius cum CXX navium longarum claſſe in Siciliam fuit ſubmiſſus, uſque ad A. V. 511. quo anno C. Lutatius in ſequentem annum 512. conſul creatus eſt, Iam inter annum 505 vel 506. & annum 511. interceſſerunt quatuor vel quinque anni. Quo calculo commendatur ea, quam propoſui, emen-

emendatio, *ἔτη σχεδὸν ἤδη δ'. καὶ πέντε, jam annos fere quatuor, vel quinque;* ut, quemadmodum III. 71, 8. δέκα in δέ καὶ eſt corruptum, ſic h. l. δ'. καὶ in δέκα tranſformatum a librariis, particulam ἤδη vero in ἢ decurtatam ſtatuamus, & conjunctionem καὶ ea notione accipiamus, de qua dixi ad I. 39, 12. Sed fortaſſe expeditior etiam probatiorque videri illa debebit conjectura, quam priori loco ſub Contextu adpoſui, ἔτη σχεδὸν ἤδη καὶ πέντε, ut particula καὶ pleonaſtica illa ratione, vel potius cum vi quadam intenſiva uſurpata intelligatur, de qua dixi ad I. 20, 6. Et de numero quinquenario convenit, quod Polybius dixit I. 56, 11. *per tres annos ad Panormum hæſiſſe Romanos, & rurſus per biennium* (cap. 58, 6.) *ad Erycem.* Ceterum, formam nominis numeralis δεκαπέντε, quæ vulgo hic legitur, per ſe etiam non ſatis probam videri, monui ad I. 42, 5. Verſ. 1.

Ibid. δι' αὐτὸ τὸ πεπεῖσθαι, *propter hoc ipſum, quod perſuaſum habebant.* Nil cauſæ video, cur deletum Reiſkius pronomen αὐτὸ voluerit. *Ibid.* δι' αὐτῶν τῶν πεζ. δυν. *per ipſas,* id eſt, *per ſolas terreſtres copias, nulla etiam claſſe inſtructi.*

Verſ. 3. ἐπιβολῆς. Mendoſe, ut ſæpe, ἐπιβουλῆς Aug. Reg. A. Et ſic mox rurſus iidem verſ. 6. *Ibid.* οὕτως πέρας. οὕτω Aug. Reg. A. Flor. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὰ Δρέπανα. Vulgo τὸ Δρέπανον ex Bav. Sic rurſus verſ. 9. Verſ. 4.

Verſ. 6. Ἦν δὲ τῆς ἐπιβολῆς. Suidas in Ψυχομαχ. Ἦν δὲ καὶ τῆς ὕστερον ἐπιβολῆς. *Ibid.* τὸ πλεῖον. Sic Suidas l. c. cum Vat. Flor. & Bav. τὸ πλεῖστον Aug. Reg. A. quod neſcio quo caſu vel conſilio edidit etiam Obſopœus, a quo acceperunt reliqui editores. Conf. ad I. 13. 11. *Ibid.* τὴν τῶν προεστότων. Articulum τῶν, perperam omiſſum in impreſſis & Reg. B. C. adjeci ex veterum omnium librorum conſenſu. Verſ. 6.

Ibid. προσευρέθη ἡ πρὸς συντέλειαν. Sic ed. 1 & 2. cum msstis omnibus, excepto Reg. B. in quo omiſſus eſt articu-

Verſ. 6. articulus ἡ. Reiſkius aut ἱκανῇ pro ἡ, aut ἡ ἱκανῇ ſcribendum cenſuit. Caſaubonus, quem ſecuti ſunt poſteriores editores, ex ingenio ᾗ pro ἡ edidit; qua conjectura quid ſpectarit vir doctus, difficile dictu foret, niſi ex adjecta verſione latina intelligeretur, quæ ſic habet, ***ut amplius etiam, quam opus eſſet, pecuniæ adinveniretur.*** Apertius vero etiam in ora Baſil. docet, pro προσευρέθη ſcribendum ſibi viſum eſſe πλέον εὑρέθη. Gronovius, quamquam in contextu ᾗ retinuit, in Notis tamen editis ſcripturam msstorum & veterum editionum defendit, monens, ex ſuperioribus facile intelligi nomen χορηγία.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τῷ δὲ τοιούτῳ τρόπῳ ταχέως ἑτοιμασθέντων διακοσίων πλοίων. Cum τάξεως vulgo omnes darent, monuerat REISKIVS: „Hic loci τάξις idem valet atque σύνταξις, συμμορία, συντέλεια, quorum vocabulorum creber eſt uſus apud Demoſthenem.“ In eamdem ſententiam Caſaubonus expoſuerat, ***hoc collationis genere.*** Et Erneſtus in Lexic. Polyb. τάξεως τρόπος, ***modus deſcriptorum tributorum vel vectigalium.*** Mihi unice vera videtur emendatio ταχέως, quam Gronovio etiam in mentem veniſſe intellexi ex ora libri, quo is olim uſus erat. conf. I. 36, 9. 38, 6. 60, 10. &c. Ad numerum quod adtinet navium, cum claſſe ***trecentarum*** navium tranſvectum in Siciliam Catulum eſſe, apud Oroſ. IV. 10. p. 242. ex vett. mss. edidit Fabricius, cum & ibi antea CC editum fuiſſet. Et Eutropius quoque II. 27. trecentas naves commemorat. „Neque vero adduci poſſum, ait FABRICIVS ad Oroſ. ut credam, populum romanum præter CC illas quinqueremes, quas a privatis ædificatas ſcribit Polybius, nullas alias naves publicas habuiſſe.“

Ibid. ὧν ἐποιήσαντο τὴν ναυπηγίαν πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ Ῥοδίου ναῦν. — „Sermo eſt truncatus; deeſt λαβόντες, aut tale quid; vel ſcribendum τῆς τοῦ Ῥοδ. νεώς, vel forte reformandus eſt ſermo ad verba cap. 20. [verſ. 15.] ταύτῃ παραδείγματι χρώμενοι τότε, πρὸς ταύτην ἐποιοῦντο τὴν τοῦ παντὸς στόλου ναυπηγίαν. GRONOV. — „Locus bene

bene habet, neque deest quicquam, quod visum fuit Gronovio." REISKIVS. — Transpositam præpos. πρὸς voluerat Casaub. hoc modo: ὧν ἐποιήσαντο πρὸς τὴν ναυπηγίαν παράδειγμα τὴν τοῦ Ῥοδίου ναῦν. Vers. 8.

Ibid. Γάϊον Λυτάτιον. Sic cum Vrsino & Scaligero correxit Casaub. Ante eum mendose impressi cum msstis Αὐτάτιον. Sic rursus cap. 60, 4. Αὐτάτιος erat in ed. 2. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Οὐτάτιος in ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Denique cap. 62, 7. rursus Αὐτατίου omnes ante Casaub.

Vers. 10. περὶ τὴν ἐν τοῖς Δρεπάνοις πόλιν. Vide quæ de singulari τὸ Δρέπανον dixi ad I. 46, 1. Vers. 10.

Vers. 12. τῇ τε λοιπῇ revocavi ex msstis, contra quorum fidem editum erat τῇ δὲ λοιπῇ. *Ibid.* ἀθλητὰς ἀπετέλεσε. ἐπετέλεσε invitis ceteris libris omnibus dat Reg. C. quod temere probavit Gronov. in Notis msstis. Sed aliud est ἐπιτελεῖν τι, *perficere aliquid;* quod verbum lubens, ut dixi, restituerim Polybio I. 54, 1. pro ἀπετέλεσε, quod ibi vulgo dant omnes: aliud est ἀποτελεῖν cum duplici accusativo, *reddere* vel *efficere aliquem talem.* conf. VI. 52, 11. I. 23, 6. I. 81, 7. Vers. 12.

CAPVT LX. Cap. LX.

Vers. 1. προσπεσόντος. Perperam προσπεσόντες ed. 1. 2. cum Bav. Vers. 1.

Vers. 2. μηδὲν ἐλλείπειν τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα. — „Aut κατὰ μηδὲν legendum, aut μηδενὸς, aut τοῖς στρατοπέδοις." REISKIVS. — Et τοῖς στρατοπέδοις voluit Scaliger. Attamen & alibi eadem constructione, ἐλλείπει με τοῦτο, (ut jam monuit H. Steph. in Thes.) usus est Polybius, V. 93, 4. ὅταν ἐλλίπωσιν αἱ χορηγίαι τὰς ἑκάστων ἐπιβολάς. Quamquam & cum tertio casu construit, ut οὐδὲν ὑμῖν ἐνέλιπε τῶν ὀψωνίων, XI. 28, 4. Vers. 2.

Vers. 3. τὴν Ἱερὰν καλουμένην νῆσον. *Hieram* dicit unam ex *Aegatibus;* quam haud procul Aegusa, cum Polybio, Ptolemæus etiam posuit; *Hieronesum* Plinius vo- Vers. 3.

cat III. 8, 14. Non confundenda insula cum *Hiera Vulcania*, quae ex Aoliis est, de qua Polyb. XXXIV. 11.

Vers. 4. *Vers.* 4. τῶν περὶ τὸν Ἄννωνα. τὴν pro τῶν ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. τῶν correxit Casaub. & sic dant Vat. & Flor. In Aug. & Reg. A. desiderantur hæc verba usque ἐπίνοιαν, in Aug. ad marg. adscripta ex edit. 2. — *Ibid.* Αἴγουσαν νῆσον. Conf. ad I. 44, 2. Et hæc ex Aegatibus. Itaque *pugnam navalem*, quæ cap. seq. describitur, *ad Aegates* commissam dicunt romani scriptores.

Vers. 6. *Vers.* 6. Φορὸν ἄνεμον καταῤῥέοντα. καταπνέοντα Suidas in Φορὸς, quod probavit Gronov. cui & per se in mentem venerat ita scribendum. Vulgatam, in quam omnes consentiunt Polybiani libri, multis defendit REISKIVS, egregium & proprium contendens esse verbum ῥεῖν vel καταῤῥεῖν, *fluere*, *defluere*, de ventis usurpatum, provocansque inter alia loca ad Aelian. Hist. Anim. III. 13. Φυλάξασαι ἄνεμον οὖρον κατόπιν ῥέοντα. & ad Laërt. VII. 152. ubi conferenda, quæ Casaubonus monuit. ἄνεμον καταῤῥέοντα Ernestus interpretatus est κατόπιν ῥέοντα; *a tergo spirantem* vel *insequentem.*

Vers. 7. *Vers.* 7. προσέτι. Vtique dirimenda hæc vox: καὶ πρὸς ἔτι γέμοντα τὰ σκάφη, *& adversus naves adhuc onustas.*

Vers. 8. *Vers.* 8. καταμελῶν. Immo καταμέλλων. Vide ad I. 44, 1. *Ibid.* εὐκινήτους. Mendose ἀκινήτους ed. 1. & 2. in contextu, & Reg. B. C. invitis vett. codd.

Vers. 9. *Vers.* 9. διόπερ ἔκρινε &c. Suspensa fuerat oratio inde ab initio vers. 7. Nunc demum clauditur periodus, & sequitur verbum reliquumque membrum orationis, quod refertur ad superiorem nominativum λογιζόμενος. In oratione ita suspensa connectere Polybius sequentia cum superioribus solet interjecta particula διόπερ, de qua confer notata ad I. 82, 13. Quare haud satis commode h. l. ante hanc particulam in fine vers. 8. *punctum majus* insertum est, quod cum *minori puncto* commutatum velim.

Vers.

Verſ. 10. ἀναφερόντων τὸν κλύδωνα ταῖς εὐεξίαις, *ſtrenuitate & dexteritate ſua, bona animi corporiſque habitudine*, (conf. ad I. 57, 1.) *fluctus* ſive *æſtum maris ſuperantibus.* ἀναφέρειν τὸν κλύδωνα eodem modo dictum videtur, ut ἀναφέρειν πόνον, κινδύνους & ſimilia, *perferre, durare, ſuperare labores*, de qua phraſi dixi ad I. 36, 3. REISKIVS ita dictum putavit, quaſi ἑαυτὸν ἄνω φέρειν ὑπὲρ τὸν κλύδωνα, eniti, *eluctari ſuper æſtum.* Ceterum in re nautica paulo alia etiam ratione iſtud verbum uſurpari, idem Reiſkius (qui multus eſt h. l. in illuſtrando ejus uſu) monuit: nempe, ἀναφέρειν τὰς κώπας ἐν τῷ κλύδωνι, *remos in agitata unda attollere* vel *attrahere*, apud Thucyd. II. 84. & Arrian. in Vit. Alex. VI. 18. Poterat addere Appian. de Bell. Civil. IV. 85. Verſ. 10.

Ibid. ἐπὶ μίαν ἐκτείνας ναῦν. Vide ad I. 26, 13. Quod in edit. 1. & Reg. B. C. ἐκτείνων eſt pro ἐκτείνας, unius Obſopœi debetur errori, ad vim compendii ſcripturæ in fine verbi non ſatis adtendentis.

CAPVT LXI. Cap. XLI.

Verſ 2. τὰ Δρέπανα. Vulgo τὸ Δρέπανον, ut alibi. Verſ. 2.
Ibid. τὸ τέλος ἑ κ ά τ ε ρ ο ν. ἑκατέρων malim cum Gronovio, vel potius ἑκατέροις.

Verſ. 3. τήν τε ναυπηγίαν κ α τ ε ι λ ή φ ε σ α ν. Caſaubonus: *artem primum conſtruendi naves d i d i c e r a n t.* Quam in ſententiam in promtu quidem eſt, ut de uſu verbi καταλαμβάνειν, qui in ſcholis obtinet, cogitemus. Sed eumdem uſum ſi quis attentius conſideraverit, intellliget, nihil admodum commune habere illam Stoicorum *comprehenſionem* cum ea re, de qua hic agitur: ac vereor, ne non facile alius locus græci ſcriptoris proferri poſſit, ubi καταλαμβάνειν ſimpliciter pro μανθάνειν accipiatur. Quare etiam atque etiam de probitate iſtius ſcripturæ dubito, ſuſpicorque, μ ε τ ε ι λ ή φ ε σ α ν ſcripſiſſe Polybium. Et olim, & ante haud ita multos etiam annos in prælio ad Drepana, (I. 51, 6.) ægre circumagi naves romanæ ob Verſ. 3.

Verſ. 3. gravem molem potuerant: nunc ad exemplum agillimæ navis, quæ Hannibalis Rhodii fuerat, ædificaverant quinqueremes, (I. 59, 8.) adeoque priſtinam ſuam & incommodam *conſtruendarum navium rationem cum alia* commodiore *permutaverant:* id vero græce eſt μετειλήφεσαν τὴν ναυπηγίαν, quemadmodum IV. 74, 1. μεταλαβεῖν τὰς ἀγωγὰς τῶν βίων eſt *genus vitæ & priora inſtituta mutare.* Eodem modo μεταλαμβάνειν τὰ ἱμάτια vel τὴν ἐσθῆτα dicunt, & μεταλαμβάνειν τὸ ὄνομα, & μεταλαμβάνειν τὴν εἰρήνην ἀντὶ πολέμου vel πόλεμον ἀντὶ εἰρήνης, & id genus alia in vulgus notiſſima; quibus in phraſibus μεταλαβεῖν eſt *poſito vel relicto priore, aliud ſumere vel adſciſcere.* Præpoſitiones κατὰ & μετὰ paſſim a librariis permutantur, cujus permutationis exemplum in nominibus καταβολὴ & μεταβολὴ ſupra ad cap. 36, 8. notavimus. Scaliger, hoc loco intelligens, κατειλήφεσαν haud ſatis commodum eſſe verbum, κατειλείφεσαν ſuſpicatus eſt: voluit puto καταλελείφεσαν, *reliquerant priſtinam ædificandarum navium rationem.*

Ibid. τά τε πληρώματα συγκεκροτημένα. Poſt Dorvillium ad Charitonem p. 85 ſq. varium verbi συγκροτεῖν uſum multis illuſtravit Reiſkius ad hunc locum, quæ longiora ſunt, quam ut hic repetantur. Satis manifeſte opponuntur hic πληρώματα συγκεκροτημένα τοῖς ἀνασκήτοις, (verſ. 4.) *nautæ probe exercitati* (ut recte Caſaub. interpretatus eſt) *inexercitatis.* Atque ita de uſu & exercitatione rei bellicæ verbum hoc uſurpavit Demoſthenes Olynth. II. p. 23. l. 3. edit. Reiſk. δόξαν μὲν ἔχουσιν ὡς εἰσι θαυμαστοὶ καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. Et Herodianus VII. 2, 4. τά τε πλήθη ταῦτα τοῦ στρατοῦ ηὐξήθη ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου καὶ εἰς πολεμικὴν ἄσκησιν συνεκεκρότητο. Qua in dictione equidem vim verbi συγκροτεῖν non tam a notione *contundendi, compingendi* derivandam putem, ut συγκεκροτημένος ſit *uſu & exercitatione* veluti *compactus*, id eſt, *firmatus & induratus;* quam ab ea notione, quam in muſicis habet hoc verbum, ubi συγκροτεῖν idem valet ac πρὸς ἁρμο-

νίαν ἄγειν, quemadmodum apud Suidam exponitur, scil. *ita exercitare chorum, ut omnes ad unum ictum concinant, & ad justum tempus sibi respondeant.* Quo pertinet quod est apud Demosthenem adv. Midiam, p. 520, 11. συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν τὸν χορὸν, & apud Plutarchum (loco, ab Henr. Stephano ad hoc verbum laudato,) ὥσπερ χορὸς εἰς ἀμοιβαῖα συγκεκροτημένος. Eodem pertinent ἀκρότητα κύμβαλα, i. q. ἀσυγκρότητα, *cymbala non concinentia*, vel *non congruentia ad numeros saltationis*, apud Athenæum lib. IV. p. 164. Confer Hesych. in Ἀκρότητα, & quæ ibi a Küstero monita protulit doctus editor. Nempe sicut fere in choro musico, sic in bello caput caussæ est, ut ita exercitati sint milites, ut ad unum veluti ictum imperantis communi concentu agant omnes, quibus signum datur. Quam fere in sententiam etiam Hieron. Wolfius ad illa Demosthenis verba, ex Olynthiaca II. citata, sic monuit: „Videtur non tam *fortitudinem* & *peritiam* rei militaris, (etsi has quoque,) quam *concordiam & mutuas operas* significare." Et apud Herodian. IV. 14, 16. τὸ ὑμέτερον εὔτακτον καὶ συγκεκροτημένον bene interpres vertit, *vester ordo atque consensus.* Atque mire eadem notio convenit in nautas remigesque, de quibus hic apud Polybium agitur, quorum præcipua ars in eo versatur, ut sint συγκεκροτημένοι, id est, *eruditi institutique* πρὸς τὸ συγκροτεῖν, *ad remos uno eodemque ictu & communi veluti concentu pulsandos.* Vers. 3.

Vers. 4. τἀναντία τούτοις. τούτῳ ed. 1. 2. errrore Obsopoei. Vers. 4.

Vers. 5. τοὺς Ῥωμαίους. Abest artic. ab Aug. & Reg. A. Vers. 5.

Vers. 6. πολλὰ μέρη. Perperam vocab. μέρη abest ab ed. 1. & Reg. B. C. *Ibid.* ἐλείφθησαν correxit Casaub. cum Scaligero. Mendose ἐλήφθησαν vett. mssti omnes, & εἰλήφθησαν ed. 1. 2. Reg. B. C. Conf. cap. 62, 6. *Ibid.* κατέδυσαν recte Casaub. cum mssttis. Mendose ed. 1. 2. κατεδύθησαν. Vers. 6.

Vers. 7. ἐπαράμενον. ἐπαράμενοι ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. quod bene haberet, si responderent sequentia. Laudat Vers. 7.

Verſ. 7. hunc locum Suidas in Κατουρῶσαν. *Ibid.* ἐκ μεταβολῆς. Abeſt præpoſitio ἐκ ab edit. 1. 2. & vett. msſtis, adjecta a Caſaubono cum Scaligero & cum Reg. B. C. Adjiciendam etiam monuit Voſſius in ora ſui libri. Et ſane deſiderabatur, niſi malis corrigere εὐτυχεῖ καὶ παραδόξῳ μεταβολῇ, quod tamen minus placet.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἔλειπε editum eſt ex Bav.

Cap. LXII.

CAPVT LXII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Corrige duo ſphalmata operarum noſtrarum. Pro ἕτοιμι ſcribe ἕτοιμοι, & pro τοῖς τε pone τοῖς δέ.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐν τῇ Σικελίᾳ. Aberat articulus ab impreſſis, errore primæ editionis. *Ibid.* πολεμήσαιεν. Neſcio an teneri veterum codicum ſcriptura πολεμήσειν debuerit: infinitivus locum tueri poterit per ellipſin verbi χρὴ vel δεῖ.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. περὶ τῶν ὅλων. Articulum perperam neglexerunt Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐκ τῶν κατὰ λόγον. καταλόγον una voce Bav. καταλόγων mendoſe edit. 1. 2. & ſic Vat. ex prima ſcriptura; ſed vera ſcriptura (quam verſ. 5. agnoſcunt omnes) intra lineas. *Ibid.* παρέλειπεν. παρέλιπεν Flor. Aug. Reg. A, neſcio an & Vat. In Bav. utraque indicatur ſcriptura. *Ibid.* τὰς τοῦ νικᾶν. Carent τὰς Aug. Reg. A. Neſcio an & Flor, in quo certe τὰς deinde ante ἐλπίδας inſertum eſt. Ex Vat. nihil adnotatum in ſchedis.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ad κατέλιπε repetendus ex ſuperioribus nominativus τὰ πράγματα. κατέλιπε τῶν dederunt Flor. Aug. Reg. A, ac neſcio an Vat. κατέλειπε τῶν ed. 1. 2. Reg. B. cum Bav. in quo tamen & indicatur altera ſcriptura κατέλιπε.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐξαπέστειλε. ἐξαπέστελε Flor. *Ibid.* λείπεσθαι. In Reg. A. inter lineas λιπέσθαι.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Λυτατίου cum Vrſ. correxit Caſaub. Mendoſe rurſus Αὐτατίου edit. 1. 2. cum msſtis, ut ſupra dixi. *Ibid.* προθύμως. ὁμοίως Aug. neſcio quo caſu, quove conſilio;

filio; hinc ora edit. 2. *Ibid.* συνειδέναι correxit Ernestus; & sic dant Bav. & Flor. συνιδέναι ed. 1. 2. Aug. Reg. A. B. C. συνοιδέναι ed. Casaub. & Gronov. *Ibid.* τετρυμένοις adscivi ex Aug. monente etiam Reiskio & Scaligero. Vulgo edebatur τετρυμμένοις cum Bav. & ceteris msstis. Dixi de hoc verbo ad Appiani Annibalicam cap. 7. *Ibid.* συνέβη τέλος ἐπιθεῖναι, scil. αὐτοὺς vel τὸν Λυτάτιον, aut activum intelligendum pro passivo ἐπιτεθῆναι positum. Conf. ad I. 37, 1. & ad I. 4. 1. Vers. 7.

Vers. 8. Ἐπὶ τοῖσδε. Cum superioribus verba hæc connectunt Bav. Aug. Reg. A. Incommode; quoniam ibi jam est τοιούτων τινῶν, Cum sequentibus recte copulavit editor Basileensis & seqq. *Ibid.* ἐκχωρεῖν Σικελίας &c. Paulo uberius repetitur hujus fœderis formula lib. III. cap. 27. Adde quæ mox ipse Polybius monet cap. 63. Conf. Appian. de Rebus Siculis, Eclog. II. 2. Vers. 8.

Vers. 9. κατενεγκεῖν. — „Præpositio in hoc verbo & ejus significatu respondet latino *de* in *dependere*, & nostro [Germanorum] *abtragen*.“ REISK. Vers. 9.

CAPVT LXIII. Cap. LXIII.

Vers. 1. ἐπισκεψομ. ἐπισκεψαμ. ed. 1. 2. invitis msstis. Vers. 1.

Vers. 2. τῶν μὲν ὅλων, *eorum, quæ ad rei summam pertinebant;* scil. quæ de Siciliæ imperio, de bello non inferendo sociis, de reddendis captivis convenerat. *Ibid.* βραχέα δὲ προσεπέτειναν τοὺς Καρχηδονίους. τοῖς Καρχηδονίοις voluerunt Scal. & Reisk. Sed videtur teneri vulgata posse, ut βραχέα προσεπιτείνειν τινὰ, *paulo amplius intendere aliquem*, idem sit, ac *paulo magis intendere gravioresque reddere conditiones ei impositas.* Vers. 2.

Vers. 3. ἥμισυν. De veritate hujus emendationis, quæ haud longe a vestigiis veteris scripturæ recedit, non dubitabit, quisquis contulerit III. 27, 5. *Ibid.* χίλια τάλαντα. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. Male vulgo χίλιά τε τάλαντα ex Bav. Vers. 3.

Verf. 4. *Verf*, 4. ὧν ἡμεῖς. Perperam ὃν ἡμεῖς ed. 1. cum Bav.
Verf. 9. *Verf*. 9. τὸ προτεθὲν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς. Vide I. 3. extr.

Cap. LXIV.

CAPVT LXIV.

Verf. 1. *Verf*. 1. ἀπορήσαι. Sic recte Bav. Reg. C. & Scal. Perperam ἀπορῆσαι cum circumfl. ed. 1. & Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. Peffime ἀπορήσαιε edit. Bafil. & feqq.

Verf. 2. *Verf*. 2. ὅταν ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν τῆς πολιτείας ἔλθωμεν. Significat *Librum fextum* fuarum Hiftoriarum; in cujus Reliquis tamen non memini tractatam iftam quæftionem.

Ibid. ἀργῶς editum eft ex Bav. cum quo faciunt (ni fallor) Vat. & Flor. ὀρθῶς Reg. A. & Aug. & hinc ora edit. 2. quod ex νωθρῶς corruptum acute judicavit Scaliger; cui conjecturæ major etiam probabilitatis gradus ex præcedente litera ν in ἀκούουσιν accedit. In Reg. A. vero vulgata lectio ἀργῶς inter lineas etiam fcripta ab eadem manu.

Verf. 6. *Verf*. 6. οὐ μικρῷ, πολλῷ δέ. Familiaris Polybio pleonafmus. Sic II. 13, 1. οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ, ad quem locum plura ejufdem generis collegit Reifkius, fcil. II. 35, 7. II. 36, 2. III. 36, 3. &c.

Cap. LXV.

CAPVT LXV.

Verf. 2. *Verf*. 2. πόλεμος ἐμφύλιος. Civilia illa Syllæ & Marii, Cæfaris & Pompeii, Octaviani & Antonii bella πολέμους ἐμφυλίους vocant græci fcriptores. Hoc vero loco, ubi de bellis agitur, non inter cives ejufdem civitatis geftis, fed hinc cum vicino populo focio, illinc cum militibus mercenariis, πόλεμος ἐμφύλιος fimpliciter opponitur bello externo, (conf. I. 71, 7.) & non tam *civile bellum* erat vertendum, quam *inteftinum* vel *domefticum*. Ceterum latius patere τὸ φῦλον, quam τὸ ἔθνος, monitum jam ad vocab. ὁμόφυλος I. 10. 2.

Ibid. καλούμενος. Quod in Aug. & Reg. A. eft, ὁ πρὸς τοὺς Φαλίσκους καλούμενος, fcil. πόλεμος, fimiliter dictum

dictum videri poterit, ac cap. 70, 7. ὁ πρὸς τοὺς ξένους καὶ Λιβυκὸς προσεπικληθεὶς πόλεμος.

Verſ. 5. ἐπὶ δὲ τὸν πολ. correxit Caſaub. cum Reg. C. Mendoſe ἐπεὶ δὲ ed. 1. 2. cum msstis. In Bav. tamen præter hanc ſcripturam indicatur etiam altera ἐπί. ἐπιστῆσαι (intell. τὸν νοῦν, vel ἑαυτὸν, ut XI. 19, 2.) ἐπί τι, *animum advertere ad aliquid, conſiderare.* Verſ. 5.

Ibid. ἐπὶ κεφαλαίου, *ſummatim.* Vtrumque dicitur, ἐπὶ κεφαλαίων, ut I. 13, 8. & ἐπὶ κεφαλαίου, ut III. 5, 9. Quare non ſolicitandus erat hic locus Reiſkio, contendenti, aut ἐπὶ κεφαλαίων in gen. plur. eſſe legendum, aut uno vocab. ἐπικεφάλαιον.

Verſ. 7. ἔθεσιν. ἤθεσιν Aug. Reg. A. *Verſ.* 8. κατανοήσειε. Mendoſe κατανοήσεις ed. 1. 2. Reg. B. C. Verſ. 7. 8.

CAPVT LXVI. Cap. LXVI.

Verſ. 1. Γέσκων. Γέσχων h. l. Aug. Reg. A. Sic rurſus verſ. 4. & ibi pariter Flor. & ed. 1. cum Bav. Sed inferius deinde omnes Γέσκων. Quem *Giſgonem* vel *Giſconem* latini ſcriptores vocant, eundem promiſcue Γέσκωνα & Γίσκωνα nominant græci. Verſ. 1.

Verſ. 4. ἐχείριζε τὸ κατὰ τὴν ἐξαποστ. Sic ſcripſi, preſſius inhærens veteris ſcripturæ veſtigiis. Et commode quidem ſtare poteſt τὸ, intelligendo πρᾶγμα: ſed uſus Polybii poſtulat τὰ, quod repoſitum malim. Vide Lexic. Polyb. in Χειρίζειν & in Κατά. Poſtquam ed. 1. cum msstis ἐχειρίζετο dederat, editio 2. vero operarum errore ἐγχειρίτο, Caſaubonus, ex ingenio correcturus mendam, cum editionem primam ad manus non haberet, magis etiam corrupit, ἐνεχειρίζετο ſcribens, quod tenuere ſequentes editores. Verſ. 4.

Verſ. 5. μὲν οὐκ εὐπορούμενοι. Sic recte editum ex Bav. Verſ. 5.

Verſ. 6. τὰς σιταρχίας. ΤΑΣΣΙΤΑΡΧΙΑΣ in ΤΑΣΕΠΑΡΧΙΑΣ erat corruptum, ex quo perperam Caſaubonus τὰς ἐπαρχείας fecit, qui rurſus I. 70, 3. (ubi recte σιταρχίας Verſ. 6.

Verſ. 6. χίας editum erat ex Bav. cum Vat. & Flor.) temere σιταρκείας poſuit. Sunt σιταρχίαι idem fere quod ὀψώνια, (verſ. 7 & 11.) non ſolum *annonæ, quæ militibus diſtribuuntur*, ſed omne *ſtipendium militum*, præcipue tamen *frumentum eis demenſum*. Heſychius: Σιταρχία· τὸ εἰς ὀψώνιον διατεταγμένον δαπάνημα.

Ibid. χρυσοῦν ἕκαστον. Cum operarum errore in ed. 1. fuiſſet ἕκατον, inde ἑκατὸν fecit Reg. B. & χρυσοῦς ἑκατὸν Reg. C. temere.

Verſ. 7. 8. 9. *Verſ.* 7. τὸν πρῶτον χρόνον. Forſan τὸν πρὸ τοῦ (vel προτοῦ) χρόνον, quod maluerat Gronov. Sic cap. 72, 5. & ſæpe aliâs. *Verſ.* 8. καὶ τινὲς μέν. καὶ abeſt ab ed. 1. & Reg. B. C. commode id quidem, ſed invitis vett. codd. *Verſ.* 9. ἀπαγαγεῖν. ἐπαγαγεῖν Aug. Reg. A.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. συναναχθέντες. Placet συναχθέντες, *congregati*, quod eſt in Aug. & Reg. A. Sic cap. 67, 1. ἅμα τῷ συλλεχθῆναι. *Ibid.* Σίκκαν Corrupte Σικελίαν h. l. Flor. Aug. Reg. A. ſed in hoc vera ſcriptura inter lineas.

CAPVT LXVII.

Cap. LXVII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. συνδρομαί. Mendoſe συνδρομοὶ ed. 1. Reg. B. Ferri poſſe σύνδρομοι, monuit Reiſkius; ſed id ignorant veteres libri, in συνδρομαὶ conſentientes. cf. 1. 69, 11.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἑκάστων adſcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* περὶ τοῦ αὐτοῦ ex Aug. in ora edit. 2. erat notatum, & hinc a Caſaubono eſt receptum. περὶ ταὐτοῦ ed. 1. & 2. in contextu, cum ſcriptis libris omnibus, excepto Aug. quod quidem ſervari poterat. In Reg. A. eſt quidem etiam τοῦ αὐτοῦ, ſed punctis ſecundæ & tertiæ literæ indicatur ſcribendum ταὐτοῦ.

Ibid. λέγοντας. λέγοντος mendoſe ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. λέγοντας ex ora ed. 2. in contextum recepit Caſaub. & ſic dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed videtur utique, cum Vrſino, Scaligero & Reiſkio, λέγοντα legendum, quia præceſſit τὸν στρατηγὸν in ſing. numero.

Verſ.

Verf. 10. ὅπερ ἐπειρᾶτό γε. Conjecturæ hoc debetur Casauboni. In ed. 1. & msstis omnibus est ἐπειρᾶτό τε. μὲν pro τε vel γε voluit Reiskius. Mihi nullum dubium est, quin ἐπειρᾶτο τότε scripserit Polybius, & sic repositum velim. Verf. 10.

Verf. 11. ἀναγγέλλειν. ἀπαγγέλλειν Reg. A. sed altera lectio superscripta. *Ibid.* ἐξ ὧν ἦν. Verbum ἦν, quod omnes libri agnoscunt, temere omissum est in edit. Casaub. & seqq. *Ibid.* ἅπαντα. πάντα edd. & Reg. B. C. contra communem veterum codicum consensum. Verf. 11.

Verf. 13. ἐπὶ τῷ καλουμένῳ Τύνητι, *ad Tunetem.* Infra, cap. 73, 3. ἡ ἐν τῇ Τύνητι στρατοπεδεία, quod idem sonat. Sic III. 102, 9. τὸν ἐπὶ τῷ Γερουνίῳ χάρακα, *castra ad Gerunium*, ubi Bav. in contextu habet ἐν τῷ Γερουνίῳ, eadem sententia. Sic ἐπὶ θαλάττῃ, *ad mare.* In ora Reg. A. est ad hunc locum scholion: Τύνης μὲν ὁ νῦν καλούμενος Τοῦνις. Verf. 13.

CAPUT LXVIII.

Cap. LXVIII.

Verf. 1. τὴν αὐτῶν. τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν Bav. *Verf.* 2. τοσοῦτο πλῆθος. τοσοῦτον Aug. *Verf.* 3. εὐπειθεστέροις. εὐπειθέστερον Aug. *Verf.* 4. ἐξιλάσασθαι. ἐξιλάσκεσθαι Reg. B. invitis vett. codd. *Verf.* 5. εἰ κατὰ δύναμιν. εἰ deletum voluit Scaliger. Verf. 1-5

Verf. 8. ἐβέβαινον commode Casaub. vertit *pergere illi ulterius*, quamquam aliàs non memini ea ratione verbum hoc usurpatum. Poterit fortasse, absolute h. l. positum, eodem modo intelligi, ut apud Appianum ἐπιβαίνειν τῆς ἀφορμῆς, τῆς προφάσεως, τῷ λόγῳ, *insistere, niti occasione, arripere occasionem.* Vide Ind. Græcitat. ad Appian. Verf. 8.

Verf. 10. ἀεί τι καινόν. Cum in Bav. esset ἔν τινι καινὸν, & in fine superscriptum esset ὧν, imperite Obsopœus ἔν τινι καινῶν ὂν edidit, quod tenuit editor Basileensis. Ex corrupta ista editionis primæ scriptura effictum in Reg. B. C. est ἔν τινι καιρῷ ὂν, satis infeliciter, ἔν τινι καινῶν dant Vat. Aug. Reg. A. (nam falsus est Bœclerus, ἔν Verf. 10.

τινι

Verf. 10. τινι καινῶνι citans ex Aug.) fed Flor. ἔν τινι καινόν. Probabiliter admodum Scaliger in ἔν τινι latere ἕν τι fufpicatus eft: unde vel ἕν τι καινὸν utique cum eo legendum, vel ἕν τι τῶν καινῶν, ut XXII. 25, 2. ποιεῖν ἕν τι τῶν καθηκόντων. XVI. 28, 7. ὧν ἕν τι μοι δοκεῖ καὶ τότε γεγονέναι περὶ τὸν Φίλιππον. I. 79, 8. καινοτομήσαντές τι τῶν πρὸς ἀσέβειαν. Adde I. 80, 3. V. 98, 4. XXVI. 3, 3. Sic apud Ariftotelem Ethic. ad Nicom. VIII. 1. ἡ φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι. Sed placet fimul adverbium ἀεὶ, adjectum a Cafaubono, quod & Perottus his verbis expreffit, *quotidie novi aliquid reperiebant.* Poterit autem ἀεὶ latere in literis νι, ut adeo ponendum fit poft ἕν τι, fcribendumque ἕν τι ἀεὶ καινὸν vel ἕν τι ἀεὶ τῶν καινῶν.

Ibid. προσεξεύρισκον. Sic vett. mssti omnes; quod cum in edit. 1. corruptum effet in προσεύρισκον, retinuerunt hoc fequentes editores & Reg. B. C. Vera tamen fcriptura ex Aug. notata eft in ora ed. 2.

Ibid. εἰς ἀδύνατον ἐκβάλλοντες τὴν διάλυσιν. Tenui Cafauboni interpretationem: *per conditiones, quæ fieri non poterant, pacem impedientes.* Si per fe ftaret ἐκβάλλοντες τὴν διάλυσιν, haud dubie verbum ἐκβάλλειν exponendum foret *repudiare, refpuere*, ut I. 14, 4. XXIII. 8, 13. Sed adjecta verba εἰς ἀδύνατον paulo diverfam ejufdem verbi interpretationem fuadere videntur, ut εἰς ἀδυν. ἐκβ. τὴν διαλ. fit *prorogantes, differentes, ex uno tempore in aliud, ex una difficultate in aliam rejicientes pacem, ita, ut convenire nullo modo poffet.* Sic quidem notionem verbo ἐκβάλλειν h. l. fubjectam conferre cum I. 58, 8. & XXIX. 9, 5. juffit REISKIVS in Nota ad I. 58, 8. Nec tamen diffimulabo, mihi videri propriam vim, quæ ineft huic verbo hoc ipfo loco, in quo verfamur, propius quodammodo ad illam, quam fupra dixi, *repudiandi, refpuendi, procul a fe rejiciendi & repellendi*, (conf. XI. 10, 6.) quam ad hanc *prorogandi & differendi*, accedere. Eadem notione cap. 69, 5. διακόψαι τὰς διαλύσεις dicit. Aliam vero explicandi hujus loci rationem, non

fine

sine veri specie, inivit GRONOVIUS in Notis editis: „Sane alibi, ait, *διάλυσιν*, scil. *τῶν ὅπλων*, [poterat addere, vel *τοῦ πολέμου*] recte *conditiones pacis* intelligi fateor: hoc loco, si quid video, aliud vult Polybius, respiciens *διάλυσιν τῶν χρημάτων* & *ὀψωνίων*. Ita in sequentibus: [cap. 69, 3.] *ὥρμησε πρὸς τὸ διαλύειν τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων*. Rursus: [ibid. vers. 8.] *τὸν Γέσκωνα τὰ μὲν ὀψώνια διαλύειν*. Et, [cap. 72, 6.[*ὥστε μὴ μόνον διαλῦσαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων τοῖς μισθοφόροις*. Itaque interpretor: *extendentes solutionem in eam summam, quæ solvi non poterat*. Id namque est *ἐκβάλλειν*." — Vers. 10.

CAPUT LXIX. Cap. LXIX.

Vers. 1. *τὸν Τύνητα*. *τὴν Τύνητα* ed. 1. & Reg. B. C. perperam & invitis vett. libris. *Ibid.* *λαμβάνων τοὺς ἡγεμόνας*. *λαμβάνειν* h. l. & deinde vers. 7. idem est cum eo, quod cap. 70, 2. & sæpe aliâs *εἰς τὰς χεῖρας λαμβάνειν* dicit, *seorsim sumere*, *seducere aliquem*, *privatim cum eo convenire & colloqui*, de qua phrasi dixi in Adnot. ad I. 32, 4. De ista verbi *λαμβάνειν* notione monuit etiam Reiskius ad hunc locum. Vers. 1.

Vers. 3. *τέλος δὴ ὥρμησε*. Sic ex ingenio correxit Casaub. Mendose ante eum libri omnes edd. & scripti, *τέλος διώρμησε*. Repositum vero utique cum Reiskio malim *τέλος δὲ ὥρμησε*, vel *τέλος δ' ὥρμησε*. Vers. 3.

Vers. 4. *τοῖς πολεμικοῖς*. Perperam *τοῖς σωματικοῖς* Aug. Vers. 4.

Vers. 6. *ἅμα δὲ τούτῳ καὶ Λίβυς τις*. Ante hæc verba non debuit major distinctio poni: sufficiebant *minus punctum*, sive *superius*, quod vocant; cohærent enim hæc cum superioribus, e quibus repeti illa debent *πᾶν ἐτόλμα καὶ λέγειν καὶ πράττειν*. Vers. 6.

Ibid. *τοῖς περὶ τὸν Σπένδιον* restitui ex msstis, qui in hoc consentiunt omnes, præter Aug. in quo est *τῆς περὶ*, quod & temere dederat edit. 1. & servaverant ceteri editores. De corrigendo errore monuerant jam Scaliger & Reiskius.

Vers.

Verſ. 7. 8. *Verſ.* 7. λαμβάνων. conf. ad verſ. 1. *Verſ.* 8. λαμβανόμενοι. Sic veteres libri omnes. *Ibid.* τὰς δέ. τάς τε edit. 1. & Reg. B. perperam, & invitis vett. codicibus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. προσπορευθείη. Nihil, quod ſciam, variant h. l. codices, qui cap. 80, 8 ſq. (ubi eadem res agitur) omnes in προπορευομένων & προπορευθέντας conſentiunt, ut IV. 22, 9. VI. 21, 3. XI. 27, 7. Quare, ſi quid mutandum, malim h. l. προπορευθείη legere, quam cap. 80. cum Caſaubono προσπορ. Sed fortaſſe nihil admodum refert: nam, quemadmodum h. l. προσπορευθείη eſt *in medium progrederetur*, eodem modo mox verſ. 13. προσελθόντα eſt *progredientem*, niſi & ibi pariter προελθόντα reponendum ſtatuas.

Ibid. περιμείναντες. προσμείναντες Aug. ſed ſuperſcr. περί. *Ibid.* τοῖς περὶ τὸν Σπ. correxit Caſaub. cum Scaligero. Ante eum edd. & ſcripti mendoſe τοῖς παρὰ τὸν Σπ. *Ibid.* ἀπέκτεινον edidit Caſaub. cum Bav. & Reg. C. ἀπέκτενον ed. 1. 2. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ὥστε μὴ δύναθαι διαφυγεῖν τὸν ἅπαξ προσελθόντα. τῶν ἅπαξ προσελθόντων Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod bene habebit, ſi pro μὴ, quod præceſſit, μηδένα poſueris. Pro διαφυγεῖν eſt ſimplex φυγεῖν in uno Reg. C. De verbo προσελθόντα vide ſupra ad verſ. 10.

Cap. LXX.

CAPVT LXX.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὰς σιταρχίας. Sic ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. & Flor. Mendoſe σιταρκίας Aug. Reg. A. Temere σιταρκείας ed. Caſaub. & ſeqq. Conf. ad I. 66, 6.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. κατὰ τὴν Λιβύην. Articulum negligunt Aug. Reg. A. *Ibid.* τοὺς Ἱππακρίτας. Sic Stephanus Byzantinus: Ἵππου ἄκρα, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, Ἱππακρίτης. Apud Diodorum autem (in Excerpt. Valeſ.) Tom. II. p. 567. Ἱππακρινοὶ vocantur. De ipſa urbe *Hippone*, cui cognomen *Diarrhytus* erat, vide ſis quæ diſputata ſunt ad Appiani Hiſtoriam Punicam cap. 110.

CAPVT

CAPVT LXXI. Cap. LXXI.

Verſ. 1. τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους. In ed. 1. operarum Verſ. 1.
errore eſt κατ' ἰδίους, quod temere probavit Reiſkius, κατιδίους legens, & nomen κατίδιος fingens, nulli græco ſcriptori auditum.

Verſ. 2. ἐν μεγάλῃ δυσθυμίᾳ. Abeſt μεγάλῃ ab Aug. & Verſ. 2.
Reg. A. *Ibid.* καθεστάκασαν reſtitui ex Flor. Aug. Reg. A. Nec dubito, eodem modo eſſe in Vat. Perperam κατέστασαν edd. ex Bav. quod in κατέστησαν mutavit Reg. C.

Verſ. 3. τετρυμένοι, ut alibi, adſcivi ex Aug. Mo- Verſ. 3 ſqq.
nuerunt etiam Scaliger & Reiſkius. Vulgo τετρυμμένοι. *Verſ.* 5. κινδυνεύσειν. κινδυνεύειν Aug. Reg. A. *Verſ.* 6. βοηθησόντων. βοηθησάντων Vat. Flor. *Verſ.* 8. αὐτοὶ σφίσι ex conject. quidem ſua edidit Caſaub. Sic autem recte dant Aug. & Reg. A. αὐτοῖς σφίσι ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. Flor.

CAPVT LXXII. Cap. LXXII.

Verſ. 1. ἐπεστάτησαν. ἐπέστησαν Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. παραιρούμενοι μὲν τῶν ἄλλων πάντων τῶν καρ- Verſ. 2.
πῶν τοὺς ἡμίσεις. Deleto articulo, cohærebunt hæc inter ſe, τῶν ἄλλων πάντων καρπῶν: ſervato (uti debet) articulo, pendebit τῶν ἄλλων πάντων a verbo παραιρούμενοι, & erunt οἱ ἄλλοι πάντες *agrorum cultores*, quos diſtinguit ab habitatoribus urbium. *Ibid.* δὲ ταῖς πόλεσι, abſque præpoſitione, dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* τοῖς ἀπόροις. Mendoſe τοῖς ἀπείροις Aug. Reg. A. Flor. neſcio an & Vat.

Verſ. 3. τοὺς αὐτοῖς μέν. τοὺς αὐτοὺς μὲν Vat. Flor. Verſ. 3.
Ibid. τοῖς δὲ κατὰ τὴν χώραν πικρ. χρωμ. Cum τοὺς κατὰ τὴν χώραν *homines agreſtes & ruſticos* interpretatus eſſet Caſaubonus, recte monuit GRONOVIVS, non ad hos ſolos illud pertinere, ſed ad omnes *incolas ſubjectæ regionis.* Sic X. 36, 3. ὑπερηφάνως ἐχρῶντο τοῖς κατὰ τὴν χώραν, *ſuperbe incolis (Hiſpaniæ) dominabantur.* Conf. verſ. 1. hujus cap.

Verſ.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸν πρὸ τοῦ χρόνον. In msstis una voce προτοῦ ſcribitur & h. l. & plerumque aliâs.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. παρεσκεύασαν reſtitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A.B.C. Sic &, cum levi errore in ſede accentus, παρεσκευάσαν Bav. Hinc παραςκευάσαν edit. 1. & παρασκευάσαντες ed. 2. & ſqq. invitis msstis. *Ibid.* ἐποιήσαντο. ἐποίησαν edd. & Reg. B.C. contra veterum codicum fidem.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Poſt ἔτι δὲ μᾶλλον in edit. 2. inſertum eſt verbum ὄντες, ex verſu ſeq. (cap. 73, 1.) perperam huc ab operis typographicis rejectum. Ad iſtam trajectionem non adtendens animum Scaliger, ὄντως ſcribendum conjecerat. *Ibid.* ἀποβλέπειν ἀεί. Cum omnes h. l. darent δεῖ, Vrſinus ſuperius δεῖ delendum cenſuit. Mihi unice vera viſa eſt Reiſkii emendatio.

Cap. LXXIII. CAPVT LXXIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὰ κατὰ τὴν Ἑκατοντάπυλον. Ἑκατόμπυλον hanc vocat Diodorus IV. 18. & in Excerpt. Valeſ. ex lib. XXIV. p. 565. ed. Weſſel. Viciſſim, quam vulgo *Hecatompylon* dicunt Parthiæ, Ἑκατοντάπυλον adpellat idem XVII. 75. Nempe, ſicut ſua origine idem prorſus valet utrumque nomen, ſic utrumque promiſcue adhiberi conſuevit, ut cum Salmaſio monuit Weſſeling. ad Diod. T. II. p. 565. Fuiſſe autem hanc Hecatompylon vel Hecatontapylon Libyæ inſignis magnitudinis urbem, non nomen ſolum probat, ſed & fidem faciunt ter mille illi obſides, quos ex ea accepiſſe Hannonem idem Diodorus refert.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τοὺς πολιτικοὺς ἵππους. ἱππεῖς h. l. malim, ut cap. 75, 2. *Ibid.* τὰ περιλιπῆ. Editum vulgo erat περιλοιπῆ ex Bav. in quo tamen ſimul indicatur alia lectio, quæ neſcio utrum ſit περιλειπῆ, an περιλιπῆ. Aut περιλειπῆ aut περίλοιπα corrigere juſſit Reiſkius. Et περιλειπῆ dant Aug. & Reg. A. Sed περιλιπῆ Flor. (neſcio an & Vat.) & ſic correxit Scaliger in ora ſui libri. Eamdem ſcripturam περιλιπῆ in contextum recepit ERNESTI, & in Lexico Polybiano ait: „Sic correximus pro περιλοιπῆ, quod

quod abhorret ab analogia, debebatque esse περιλοιπα, cum illud sit bonum & Platonicum verbum." — περιλιπὴς ex Platone de Legib. jam laudaverat H. Steph. in Thes. & id eadem analogia dicitur qua ἐλλιπὴς, pro quo tamen & ἐλλειπὴς invenitur. Vers. 2.

Ibid. τῆς ἐκτὸς Λιβύης. ἐντὸς scribendum visum erat Gronovio, absque necessitate.

Vers. 4. τὸ μὲν τῇ θαλάττῃ. Nescio an verior sit codicum Aug. & Reg. A. scriptura, τὸ μέν τι θαλάττῃ. Vers. 4.

Vers. 7. παραγιγνόμενοι revocavi ex ed. 1. quæ cum Bav. dat quidem παραγινόμενοι, neglecta (ut solet fere Bav.) litera γ ante ν. παραγενόμενοι edit. 2. & seqq. ex Aug. cum Reg. A. Vat. & Flor. *Ibid.* ἐνέβαλλον. Sic Bav. Aug. Reg. A. B. nescio an Vat. & Flor. Mendose ἔμβαλον ed. 1. Hinc ἐνέβαλον ed. 2. & seqq. & Reg. C. *Ibid.* In τοὺς ἔνδον cum Bav. consentiunt Vat. & Flor. Vers. 7.

CAPUT LXXIV.

Cap. LXXIV.

Vers. 4. πρὸ τῆς πόλεως adscivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et Perottus, *ante mœnia urbis.* πρὸς τῇ πόλει στρατοπεδεύειν magis de hoste dicitur, urbem obsidente, ut I. 86, 9. Vers. 4.

Vers. 5. ὑπομεῖναι Casaubonus adoptavit ex Reg. B. C. qui illud posuerunt pro mendoso μίξαι, quod habent edit. 1. & 2. cum Bav. & Aug. & μῖξαι, quod est in Reg. A. Sed satis erat & haud dubie restituendum Polybio est simplex verbum μεῖναι, quod habent Vat. & Flor. & codex Vrsini. Vers. 5.

Vers. 6. τὸ δὲ διασωζόμενον μέρος &c. Naturalis series verborum hæc: τὸ δὲ μέρος, διασωζόμενον πρός τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ σύμφυτον, ἔμενε. Id est: *pars evasit in collem aliquem &c. ibique substitit.* ἔμενε non cum proxime præcedentibus construendum, sed per se stat, & intelligitur αὐτοῦ, *ibi*, ut monuit REISKIUS. Sic non opus est ejusdem Reiskii conjectura, ἔφυγε pro ἔμενε suadentis. Vers. 6.

Vers. 7. ἐκτοπίζοντες αὐτούς. αὐτοὺς Bav. Vers. 7.

Verf. 9. *Verf.* 9. σύντροφοι μὲν γεγονότες. Suo loco reftitui conjunctionem, temere omiffam in edit. Cafaub. & feqq.

Verf. 10. *Verf.* 10. συνιδόντες recte edidit Cafaub. & fic eft in Vat. Flor. Aug. Reg. A. συνειδότες ed. 1. ex Bav. συνειδόντες ed. 2.

Verf. 13. 14. *Verf.* 13. Verba αὐτῷ τῶν πολεμίων, ufque στρατοπεδευόντων, abfunt ab edit. 1. five editoris, five operarum errore. In Reg. B. C. ex alio codice fuppleta funt. *Ibid.* εἰς τὸ νικᾷν. πρὸς νικᾷν Bav. *Verf.* 14. ὅτε μὲν dant fcripti libri omnes. *Ibid.* παραλόγως. παραλογίστως ed. 1. 2. Reg. B. C. invitis vett. codd.

CAPVT LXXV.

Cap. LXXV.

Verf. 2. *Verf.* 2. πολιτικοὺς ἱππεῖς. πολεμικοὺς ἱππ. ed. 1. 2. Bav. Reg. A. B. C. Veram fcripturam Polybio reftituit Cafaub. partim ex ingenio, partim ex verfione Perotti, qui cum Aretino *equites peditefque urbanos* habet. Sic autem perfpicue dant Vat. & Flor. πολιτικοὺς, & fic ante Cafaubonum jam correxerat Scaliger in ora fui libri. conf. cap. 73, 2. Cafaubonus autem citra neceffitatem & invitis msstis articulum τοὺς præpofuit, quem delendum judicavimus. Complura ex pluribus fcriptoribus loca, ubi hæc vocabula πόλεων, πολεμίων, πολέμων, & horum conjugata ac derivata perperam inter fe a librariis permutata funt, congeffit Dorvillius ad Charit. p. 702 fq. Sic apud Polyb. VIII. 3, 2. πόλεμον in πόλεων erat corruptum: & viciffim apud Suidam in Ἀκρόπολις (Fragm. Polybii Grammat. IX.) πόλεων in πολεμίων erat transformatum.

Verf. 5. *Verf.* 5. τοῦ προσαγορευομένου &c. Ab his verbis incipit prima membrana, quæ a manu veteris calligraphi

Codex Vrbino-Vatic. fupereft in CODICE VRBINATE-VATICANO, qui *Excerpta Antiqua ex XVII vel XVIII prioribus Polybii libris* continet, de quo dixi in Præfat. ad Tom. I. p. XLV. ubi monui, priora nefcio quot folia vetufti hujus Codicis periiffe, temere & fublefta atque etiam mala haud dubie fide fuppleta a recentiori manu. Scilicet duo priora folia, quæ hodie

hodie compacto sunt in fronte hujus codicis, recentiori manu scripta, ipsum Exordium continent Historiarum Polybii, a cap. 1. libri primi, usque cap. 7, 11. προορᾶσθαι τὸ μέλλον. Folium tertium nihil prorsus ad Polybium pertinet, sed decerptum est ex alio vetusto codice, antiquitate exeso, in quo Plutarchi nonnulla descripta erant; & istud quidem folium continet ea quæ sunt in Plutarchi Præceptis Politicis pag. 581 sq. edit. Wechel. In fine hujus folii, & in summa ora folii quarti, quod primum est a manu calligraphi, qui reliquum codicem exaravit, scripta sunt ab ea manu, quæ duo priora folia conscripsit, nonnulla, quæ apud Polybium h. l. præcedunt versu 4. ab illis verbis Τῶν γεολόφων, usque verba πρὸς δὲ τούτοις vers. 5. post quæ sequuntur hæc τοῦ προσαγορευομένου, quæ sunt prima ex eis, quæ a manu veteris librarii supersunt. Progreditur autem abhinc hæc Ecloga usque ad finem cap. 78. omissis tamen nonnullis, scil. a cap. 76, 10-77. 5 extr. Tum sequitur alia Ecloga, vel aliud Excerptum, incipiens a verbis Οὐκ ἄν τις εἰπεῖν ὀκνήσειεν, cap. 81, 5. usque cap. 81, 11. ἃ δὴ τότε συνέβαινε. Tum rursus ex cap. 83, 2. Ὁ δὲ Ἱέρων μεγάλην μὲν ἐποιεῖτο σπουδὴν, usque vers. 4. δικαίων ἀμφισβητεῖν. Denique cap. 84, 6. Τότε γὰρ ἦν, usque vers. 10. ἀσεβεία καὶ παρανομία. Codex Vrbino-Varic. Vers. 5.

Ibid. Βακάρα. Μάκαρα Vrb. Vat. Flor. Reg. B. C. Μάκαρος Bav. Aug. Reg. A. & sic edidit Casaub. ex ora edit. 2. Μάκρος ed. 1. & ed. 2. in contextu, invitis omnibus libris. Pari modo I. 86, 9. ubi nos Βακάραν edidimus, dant Μάκαρα edd. cum Bav. cui (ni fallor) consentiunt Vrb. & Flor. e quibus nulla varietas enotata est; & Μάκαραν Vat. Aug. Reg. A. Rursus lib. XV. 2, 8. ubi τὸν Βάγραν edidimus, codices nostri omnes τὸν Μάκραν præferunt. Non est autem dubium, quin tribus hisce locis idem illud intelligatur flumen, satis in vulgus notum, quod *Bagrada* vel *Bagradas* apud latinos scriptores, Βαγράδας apud græcos, & apud Strabonem, perperam transpositis literis, Βαγάδρας vocatur; de quo vide Bochartum in

Vers. 5. Geogr. Sacr. Part. II. lib. I. cap. 24. p. 532. Cellarium in Geogr. Antiq. lib. IV. cap. 4. p. 153 sq. & Criticos ad Livii libr. XXX. cap. 25. Ac de extrema quidem syllaba *da*, vel potius *ta*, quæ in Pœnorum lingua, sicut in Chaldæorum Syrorumque, statum emphaticum (quem dicunt) indicat, & perinde abesse & adesse potest, docebit Bochartus loc. cit. Sed de initiali litera hujus nominis gravior nascitur disceptatio. Nam quum in primam literam B consentiant ceteri omnes scriptores, in promtu quidem erat, ut cum Bocharto suspicaremur, apud Polybium literam β librariorum errore cum μ esse permutatam; confusione satis obvia, quæ, ut jam aliâs monuimus, nata est ex similitudine literæ μ cum figura illa literæ β, quam a nono inde seculo passim usitatam fuisse, docet Montfaucon Palæogr. Græc. p. 335. & ostendunt exempla, quæ occurrunt in speciminibus scripturæ, ab eodem Montfauconio p. 274. exhibitis. Et, quum dubium aliquod movere posset pertinax ille codicum Polybianorum tribus diversis in locis consensus, opportune occurrebat Suidas, qui in suo codice, hoc certe loco, in quo versamur, utique per literam B scriptum id nomen invenisse videtur. Is enim, cum ad vocem Τενάγη profert Polybii verba, quæ sunt vers. 8. hujus capitis, ita scribit: Πολύβιος· Κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν τοῦ Β ο υ κ ά ρ α ποταμοῦ &c. & eadem ipsa verba eodem modo repetit in serie literæ B. ubi ait: Βουκάρας· ποταμός. Κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν τοῦ Βουκάρα ποταμοῦ. (Quo quidem loco quod α cum ου est permutatum, ne ista quidem mutatio exemplis caret in nostris codicibus Polybianis; inde nempe orta, quod literæ ο & υ nimis prope altera alteri junctæ, ita, ut sese contingant, speciem literæ α præbent.) Huc accedebat, quod apud Arabem Geographum, quem Nubiensem vocant, flumen hoc non *Magiarda*, sed *Nagiarda*, ut monuit Bochartus, vulgo legitur; mendose id quidem, at litera N non ex M orta, cum qua in Arabum scriptura nihil commune habet, sed ex litera arabica B, quæ librariorum

facili

facili errore in N mutari potuit, quia B & N in Arabum scriptura nonnisi situ puncti diacritici differunt, quod in B subjicitur, in N superscribitur, ac haud raro etiam a librariis non nimis diligentibus prorsus negligitur. His rationibus inductus, non dubitandum putaveram, quin, rejecto librariorum errore, eam scripturam revocarem, qua Polybium ipsum usum esse admodum probabile videbatur. At vero, quandoquidem ad hunc usque diem incolæ illius regionis eumdem fluvium, quem *Macara* Polybiani codices vocant, eadem litera initiali *Magierda* vel *Megierda* adpellant, quod & Danvillius docuit in Geographie Ancienne T. III. p. 77 & p. 85. edit. in 8. & nuperrime etiam celebris Africæ explorator Brucius monuit; rursus non erit dissimulandum, ex illo consensu nominis, apud ipsos locorum incolas etiamnum usitati, cum ea scriptura, quam tribus locis apud Polybium (qui diu olim in eisdem oris & ipse commoratus erat) reperimus, haud exiguam rursus veri speciem eidem scripturæ codicum Polybianorum Μακάρα vel Μάκαρα accedere; quæ adeo præpropere ac temere auctori suo a nobis ademta poterit videri. Ac sane suspicari licet, duplicem olim ejusdem nominis pronunciationem, alteram per M, alteram per B, obtinuisse; præsertim quum, sicut aliæ literæ ejusdem organi, sic sigillatim B & M, quæ sunt ambæ ex labialium numero, subinde inter se alternare vices soleant; cujus permutationis exempla nonnulla, in linguis orientalibus obvia, congesserunt Bochartus Geogr. Sacr. Part. I. lib. IV. cap. 4. p. 246. & Schultensius in Clavi Dialectorum p. 194. Quare non modo non repugnem, sed & caute & prudenter factum dicam, si quis restituendam Polybio codicum scripturam duxerit; quam ne nos quidem prorsus expulimus, sed contextui subjectam in proximo reliquimus. Vers. 5.

Ibid. πόλιν ἐπ' αὐτῆς ᾠκοδομηκότας. — „An pro ἀκρόπολιν? nam urbem quidem qui potuerunt tam cito?" CASAUB. in ora Basil. — Alibi pariter a Polybio castella

 πύργους

πύργους adpellata legimus. vide XXVI. 4, 1. Sed de hac urbe confer I. 76, 1.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διενοήθη τι τοιοῦτον. Sic recte Caſaub. cum Vrb. Vat. Flor. Reg. B. C. τὸ τοιοῦτον ed. 1. 2. cum Bav. & Aug. In Reg. A. eſt τὸ, & ſuperſcr. τι.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Habet Suidas in Τενάγη, & partim in Βουκάρας. *Ibid.* παρ' αὐτῷ τῷ στόματι. Sic editum ex Bav. Mendoſe παρ' αὐτῷ τὸ στόμα Vat. & Reg. A. Melius παρ' αὐτὸ τὸ στόμα Flor. & Aug. παρὰ τὸ στόμα Suidas. *Ibid.* εὐτρεπῆ. εὐπρεπῆ Aug. Reg. A. *Ibid.* τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον. Perperam caret τὰ ed. 1. *Ibid.* ἐπιβολὴν reſtitui ex ed. 1. 2. & msstis. Temere ἐπιβουλὴν ed. Caſaub. & ſeqq.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. δὲ poſt παραδόξου caret ed. 1. operarum errore.

Cap. LXXVI. CAPVT LXXVI.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. εἰς συνάπτον Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Dictum fere, ut εἰς ὑπήκοον συνάγειν & ſimilia apud Appianum & Xenophontem. Scriptura codicis Bav. ex librarii ingenio eſſe videtur. Neſcio tamen an rectius foret εἰς τὸ συνάπτον.

Ibid. σπουδῇ παρηγγύων ἅμα παρακαλοῦντες σφᾶς αὐτούς. Caſaubonus: *ſedulo alii aliis dare mandata, invicem ſe adhortari.* — „παρακαλοῦντες debet hic accipi pro *nominatim ſeſe inter ſe appellantes:* nam aliâs παρεγγυᾶν cum παρακαλεῖν idem ſignificat.“ REISK. — Etiam GRONOVIVS veritus erat, ne περιττολογία aliqua ineſſe Polybii verbis ſupra ſcriptis videretur; quæ ut vitaretur, verba σπουδῇ παρηγγύων vertenda cenſuit (in Notis msstis) *feſtinate appropinquabant:* & in eamdem fere ſententiam ERNESTVS in Lexico Polyb. παρεγγυᾶν h. l. exponit *impetum facere, irruere.* Sed hujuſmodi quidem ſignificationis, verbo huic ſubjectæ, nullum facile exemplum ex ullo græco ſcriptore poterit proferri: nam quod idem verbum apud Polybium noſtrum VII. 18, 4. *occurrere ad obſiſtendum* ab eodem Erneſto cum Henr. Stephano in Theſ. exponitur, ea

ea interpretatio nulla legitima auctoritate nititur. Quod autem ad περιττολογίας culpam adtinet, si vel maxime alibi passim partem ejus culpæ nonnullam contraxit Polybius, hic certe nullam habet: nam aliud est, *mandata dare* & quidem veluti *per manus tradere*, ut idem mandatum per ora omnium transeat & successive ad omnes perveniat, quod est παρεγγυᾶν; aliud, *cohortari ad mandata strenue exsequenda*, quæ est vis verbi παρακαλεῖν. Sic παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτοὺς, *sese mutuo cohortati*, I. 61, 1. & sæpe aliâs. Vers. 2.

Vers. 5. πρωτοπορείας tenui ex ed. Ernesti, & sic h. l. dedit Aug. πρωτοπορίας h. l. ed. 1. 2. 3. 4. cum ceteris msstis, qui alibi diphthongo in terminatione utuntur. *Ibid.* ἀναστρέψαντας. ἀναστρέφοντας edd. invitis omnibus scriptis libris. *Ibid.* ἐπὶ τῆς οὐραγίας. Sic ed. 1. cum msstis omnibus, præter Aug. ex quo imperite περὶ adscivit editor Basileensis, quod tenuerunt posteriores editores. Vers. 5.

Vers. 7. ἐκπλαγεῖς γιγνόμενοι &c. Habet Suidas in Ἐκπλαγεῖς. Vers. 7.

Vers. 8. In περιπίπτοντες consentiunt Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrsini codex. *Ibid.* διέφθειρον. In Aug. superscr. διέφθειραν. Vers. 8.

Vers. 10. Verba εἵπετο κατὰ πόδας, usque πόλιν, desiderantur in Flor. Vers. 10.

CAPVT LXXVII. Cap. LXXVII.

Vers. 1. Μάθως cum Scal. correxi ex cap. 69, 6. 87, 10 &c. Vulgo h. l. omnes Μάθων. *Ibid.* Αὐτάριτον. Αὐτάριχον suspicatus est REISKIVS, idem nomen esse putans, quod Odericus & Odalricus & variis modis effertur. Λυτάριον, *Lutarium*, maluerat GRONOV. in Notis msstis, quod nomen gallicum est, & occurrit apud Livium XXXVIII. 16. Et, confirmari hanc suspicionem, ait, codice Augustano, in quo deinde sæpius (cap. 78. 12 &c.) Αὐτάριος scriptum est absque τ in ultima syllaba, initio autem litera Λ in A mutata frequenti librariorum errore. Vers. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὑπωρείαις. ὑπωρίαις ed. 1. 2. Reg. B. C. & ſic rurſus verſ. 4. ed. 1. 2. 3. 4. *Ibid.* δυσχερείας, intellige τῆς ὁδοῦ vel τῶν τόπων, ni legendum δυσχωρίας, quod placuit Caſaubono (in ora Baſil.) & Reiſkio.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Αὐταρίτου. Corrupte h. l. Ἀρίστου Aug. Reg. A.

Cap. LXXVIII.

CAPVT LXXVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ναραύας, ὃς ἦν μέν. Sic ſcribere juſſit GRONOV. in ora ſui libri. Pariter REISKIVS, qui ſimul monet, orationem, parvo interjecto membro abruptam, repeti deinde partim in voce οὗτος, partim in τότε δή. Poterat autem commode etiam abeſſe ὃς, ut II. 2, 4. ubi ſimilis orationis conſtructio: quo facilius fieri potuit hoc loco, ut ὃς cum Ναραύας connectendum putarent librarii, efficerentque nomen hominis Ναραύασος, quem tamen deinde Ναραύαν, non Ναραύασον, conſtanter optimi codices & ſæpe etiam omnes adpellant. Nam mox quidem verſu 4. omnes, quod ſciam, rurſus Ναραύασος ſcribunt, errore ex hoc loco propagato: ſed deinde verſ. 9. Ναραύας, & verſ. 11. Ναραύα, non Ναραύασος & Ναραυάσου, dant Vrb. Vat. Flor. Tum vero cap. 83, 13. & 84, 4. & 86, 1. omnes veteres libri Ναράύαν & Ναραύα præferunt, ubi Caſaubonus ex ſolis recentiſſimis Reg. B. C. Ναραύασον & Ναραυάσου tenuit.

Ibid. πολεμικῆς. Sic Vrb. Vat. Flor. Reg. B. C. & Aretinus & Perottus, qui *inprimis manu promtus* interpretantur. Nihil autem cauſæ video, cur βασιλικῆς revocatum cum Gronovio & Reiſkio velimus.

Ibid. οἰκείως διέκειτο &c. Habet Suidas in Σύστασις.

Verſ. 4. 5. *Verſ.* 4. τοῦ δ' Ἁμίλκου. Conjunctionem, quæ vulgo aberat, adſcivi ex Aug. *Verſ.* 5. Verbis δ' ἀκμὴν καὶ ἀπιστ. carent edit. 1. & Reg. B. C. errore operarum Obſopœi. *Ibid.* μεθ' ἑαυτοῦ. Sic ed. 2. & ſeqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. μεθ' αὑτοῦ Bav.

Verſ.

Verſ. 7. συστ. αθησόμενος αὐτῷ, *ut ipſi conciliaretur.* Verſ. 7.
Sic Caſaubonus, reſpicens ſignificationem vocabuli σύστασις verſ. 1. Sed rectius fortaſſe fuerit, *arma cum illo conſociaturus.* Sic, fere ut hoc loco, III. 68, 8. τὸ τῶν Κελτῶν πλῆθος, συνεστηκὸς ταῖς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίσι, ἕτοιμον ἦν παντὸς κοινωνεῖν ἔργου καὶ κινδύνου τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. Et IV. 1, 6. συστῆναί τινι, *ſocietatem cum aliquo jungere.*

Verſ. 11. παρασχομένου. Sic Vrb. Vat. Flor. Reg. A. Verſ. 11.

Verſ. 12. Αὐτάριτος. Αὐτάριος ſolus Aug. h. l. & deinde. Verſ. 12. 13.
vide Not. ad cap. 77, 4. *Verſ.* 13. τοῖς μὲν βουλομ. Vulgo τοῖς μὲν οὖν βουλ. edd. ex Bav. Delevi οὖν cum Vrb. Vat. Flor. Reg. B. μὲν οὖν abeſt ab Aug. & Reg. A.

Verſ. 15. μηθένα. Sic edit. 1. cum msstis omnibus. Verſ. 15.
μηδένα ed. 2. & ſeqq. *Ibid.* ὡς ἐάν. Perperam carent ὡς Aug. & Reg. A. *Ibid.* τευξόμενος. τευξόμενον vel τευξομένους voluit Reiſkius. Nil opus. Non reſpuunt Græci nominativos abſolute poſitos, & h. l. τευξόμενος refertur ad τις.

CAPVT LXXIX.

Cap. LXXIX.

Verſ. 1. τὴν Σαρδόνα νῆσον. Sic ed. 1. & Reg B. C. Et Verſ. 1.
delendus mihi utique viſus eſt alter articulus, quem ante νῆσον repetunt veteres libri omnes & edit. 2. & ſeqq. qui ejuſmodi vim habet, ac ſi alia præter hanc eſſet Σαρδὼ, quæ non eſſet inſula. Fortaſſe duo verba τὴν νῆσον ex ſcholio irrepſerunt in contextum.

Verſ. 4. παραλελειμμένας ἐπινοοῦντες τιμωρίας. παρηλ- Verſ. 4.
λαγμένας corrigere juſſiſſe Caſaubonum in ora Baſileenſi, monuit filius Iſaaci Mericus, unice veram certamque putans hanc emendationem. Et doluit Gronovius, eamdem a ſe in contextum non receptam. Contra REISKIVS: „Non video, ait, cur adeo diſplicere debebat παραλελειμμένας. Subauditur enim ὑπὸ τῶν πρὸ τοῦ ἀνθρώπων, *excogitarunt ſupplicia, omiſſa, præterita, ab illis* puta *qui ſuperiori memoria fuerant.*“ — Mihi vero, paulo quidem

Vers. 4. rariorem alioquin, sed frequentem apud Polybium, usum verbi παρηλλαγμένος ea sententia, quæ est hujus loci, cogitanti, eo probabilior fit Casauboni conjectura, quod nusquam aliâs, quod sciam, verbum παραλελειμμένος hac notione usurpatum invenitur. De re confer I. 80, 13.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὰς πόλεις. Abest artic. a Vat. & Flor. perperam. *Ibid.* Σαρδονίους. Σαρδώνιος per ω scribitur apud Byzantinum: sed, peræque per ο breve scribi, docent loca variorum auctorum ab Holstenio ad Stephanum, & a Criticis ad Homeri Odyss. XX. 302. prolata. Et variant alibi quoque codices nostri, sed plerumque in ο breve potiores aut etiam omnes (ut I. 88, 10.) consentiunt. De eodem nomine jam disputavi ad I. 10, 5.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἀπηλλοτριώθη dederunt Vat. Flor. & codex Vrsini. Et Flor. quidem (forsan. & Vat.) alia verborum serie, τοῦτον ἀπηλλοτριώθη τὸν τόπον. conf. I. 82, 7.

Vers. 9 sqq. *Vers.* 9. ἐκ τῆς Σαρδόνος. Articulum, cum abesset vulgo, adscivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Vers.* 10. ὑπὲρ τῆς τούτων. Perperam ὑπὸ Aug. Sic & fuerat in Reg. A. sed correctum ab eadem manu. *Vers.* 11. τοῦ τῶν Καρχ. Carent τοῦ Aug. & Reg. A.

Vers. 12. *Vers.* 12. Post προαιρούμενον αὐτὸν Reiskius deesse suspicatus erat verba δεῖ ὑπολαμβάνειν. Turbaverat, puto, virum perspicacem, quod sequitur deinde ἡμῶν & ἡμᾶς, quæ videri possunt orationem rectam postulare. Sed hic mos est Polybii, apud quem sæpe observabit lector subitum ab oratione obliqua ad rectam transitum; quem eumdem morem ne tersissimorum quidem stylus scriptorum respuit.

Vers. 13. *Vers.* 13. προέμενοι. Sic haud dubie fuit corrigendum, quod miror non observatum commentatoribus. Quod προϊεμένους ex Aug. citat Bœclerus, falsus est; ibi enim προεμένους, ut in ceteris. *Ibid.* ἐχθρὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι. Sic edit. 1. cum Bav. Vat. & Flor. Mutata verborum serie, αὐτοῖς ἔσεσθαι ἐχθρὸν edit. 2 & seqq. cum Aug. & Reg. A.

CAPVT LXXX.

Verſ. 1. Ἐφ' οἷς Αὐτάριτος ὁ Γαλάτης ἐπιβαλών. *Ad hæc ſubjiciens Autaritus Gallus, ait* &c. Sicut ἐμβάλλειν λόγον περί τινος eſt *ſermonem injicere* vel *in medium proferre*, ſic ἐπιβάλλειν λόγον, vel ſimpliciter ἐπιβάλλειν, intellecto vocabulo λόγον, eſt *adjicere* (ut ait Reiſkius) *alterius orationi ſuam, ſubjicere.* Ita XXIII. 1, 8. γενομένης δὲ παρὰ τὴν συνουσίαν μνήμης τοῦ βασιλέως, ἐπιβαλὼν ὁ πρεσβευτὴς πολλούς τινας διετίθετο λόγους &c. *quum in convivio injecta eſſet mentio regis, legatus ſubjiciens multa diſſeruit* &c. Ad eumdem uſum hujus verbi, rariorem quidem illum, pertinent loca nonnulla ex aliis ſcriptoribus, collecta a Wettſtenio ad Marci Evang. XIV. 72. Quibus addi fortaſſe poterat Theophraſt. Charact. Ethic. cap. 7. καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκρινομένου, ὑποβάλλειν, εἴπας σὺ, μὴ ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν, ubi pro ὑποβάλλειν (quod tamen minime damnem) alii codices ἐπιβάλλειν dant: conf. ibid. cap. 8. ſub initium. Sed ut ad Polybium redeam, quod ad ἐφ' οἷς adtinet, non diſſimulandum eſt, non niſi recentiſſimis codicibus Reg. B. C. hoc deberi, e quibus adſcitum eſt a Caſaubono: nam Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Bav. cum edit. 1. in ἐφ' ὃν conſentiunt, quod in ἐφ' ὧν ſua auctoritate mutavit editor Baſileenſis. Et ἐφ' ὃν quidem probavit Reiſkius; ſed quæ ad confirmandam illuſtrandamve dictionem tam inſolitam protulit vir doctus, ita levia mihi viſa ſunt, ut tenendam duxerim ſcripturam, a Caſaub. adoptatam. Cap. LXXX. Verſ. 1.

Verſ. 3. τούτους ἀκούειν. τούτοις Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ſic etiam in Bav. primum fuiſſe videtur; mendoſe, errore tracto ex eo, quod modo præceſſerat. ὑπακούω cum tertio caſu nonnumquam conſtruitur, ἀκούω non item. *Ibid.* εἰσαγγέλωσι. εἰσαγγέλλουσι Aug. Ac videtur ſane requiri indicativus modus, niſi poſt εἴ τινες inſerta fuerit particula ἄν. Verſ. 3.

Verſ. 4. Verba παρῄνει καὶ, ante συνεβούλευε, deſiderantur in Flor. Verſ. 4.

Verſ.

Verf. 6. *Verf.* 6. ταύτῃ δέ πως οἱ πλεῖστοι συνεσαίνοντο τῇ διαλέκτῳ. Cafaubonus: *plerique, cum fe blanditiis invicem compellabant, hac lingua utebantur.* — „Sententia monftrat, verbum hoc rarum, cujus nondum reperi exemplum, fignificare *confueverant fermoni Punico.* Vt, qui fefe inter fe fricant atque demulcent, confuefcunt, vel potius, qui confueverunt, folent fe inter fe mulcere: ex eo factum, ut συσσαίνεσθαι fignificet *familiarem alicui fieri.*" REISKIVS. — ERNESTVS verba ifta, συνεσαίνοντο ταύτῃ τῇ διαλέκτῳ, exponit *in familiaribus colloquiis hac lingua utebantur;* & „docent hoc, ait, fequentia, ubi fuo quifque vernaculo fermone utitur in conventu publico." Satis notum verbum σαίνειν, *de canibus, agitata cauda blandientibus*, ufitatum, & de quibufvis *adulatoribus;* cujus ufus exempla magno numero ex omni genere fcriptorum, præter Henr. Stephanum in Thefauro, congeffit Wettftenius ad I. ad Theffalon. 3, 3. Paffivum, σαίνεσθαι ὑπ' ἐλπίδος, σαίνεσθαι τοῖς λεγομένοις, *demulceri fpe, demulceri dictis,* habemus apud Aefchylum in Choëph. 192. & Diog. Laërt. VIII. 41. Et ἔσαναν (pro ἔσηναν) πρὸς ἀγγελίαν γλυκεῖαν, apud Pindarum Olymp. IV. 7. exponitur ἐχάρησαν, ἥσθησαν, activum fignificatione paffiva vel neutrali, *gaudent dulci nuncio.* Rurfus οὐ σαίνει με τοῦτο, *non mihi placet hoc*, apud Euripid. in Rhefo, verf. 55. & Ione verf. 685. ed. Barnef. (697. Mufgr.) Compofitis autem verbis frequentiffime Polybium pro fimplicibus uti, quælibet pagina docet. Vide igitur, an verba, de quibus agitur, in hunc fere modum fuerint exponenda: *Autaritus Gallus punice loqui jam pridem didicerat: hac enim lingua plerique (ex mercenariis) quodammodo delectabantur; in hoc fermone plerique quodammodo fibi placebant inter fe.* Ceterum inconftantiæ alicujus culpam vix video qui effugere Polybius poffit, fi hunc locum contuleris cum cap. 67, 8 fqq.

Ibid. προγεγενημένης. Mendofe προγεγραμμένης Aug. Reg. A.

Verf.

Verf. 8 feq. De προπορευομένων & προπορευθέντας vide Notata ad I, 69, 10. & ad II. 2, 10. *Ibid.* οὔτε μέν. Particulæ μὴν, quam dant vulgo omnes, non eſſe hic locum, Reiſkius jam monuit, qui ἀκμὴν ſcribendum ſuſpicatus erat. Mihi non ſolum facilior emendatio viſa eſt, ſi μὲν pro μὴν ſcribatur, ſed etiam neceſſario requiri videbatur iſta particula, cui deinde reſpondet δὲ, in ἐπεὶ δὲ verſu ſeq. Nam licet ibi pariter mendoſe libri omnes in ἐπειδὴ conſentiant, & δὲ ignorent, dubitari tamen non poteſt, ad ſeriem atque nexum orationis utique deſiderari illam particulam; quod & perſpecte Caſaubonus vidit, ἐπειδὴ δὲ ex ingenio ſcribens: ubi quidem rurſus expeditior viſa mihi ratio eſt, ſi ἐπεὶ δὲ, pro ἐπειδὴ, ſcriberetur, ut I. 30, 12. IV. 38, 11. Quod autem, cum præcedente οὔτε non concinere in altero membro particulam δὲ, ait Reiſkius, & neceſſario ponendum ἐπεί τε δὴ putavit, in eo quidem falſus eſt vir doctus; pariter enim ad οὔτε infertur δὲ I. 51, 8. coll. verſ. 10. I. 62, 2. IV. 74, 8. & paſſim alibi. conf. ad I. 13, 6. Verſ. 8 ſq.

Verf. 8. κατὰ τὴν ἰδίαν διαλ. Caret κατὰ ed. 1. operarum errore. Verſ. 8.

Verf. 9. Poſt παραιτοῦνται comma pone, loco puncti. *Ibid.* ὅτι βάλλε. conf. cap. 69, 12 ſq. Verſ. 9.

Verf. 11. προαγαγόντες primus edidit Gronovius, monente Caſaubono in Corrigendis. Sic autem dant Aug. & Reg. A. neſcio an & Vat. & Flor. προσαγαγόντες ed. 1. & Reg. B.C. ex Bav. Verſ. 11.

Verf. 12. ἐν βραχεῖ χρόνῳ. ἐν carent Vat. Aug. Reg. A. ſed in hoc ſcriptum eſt inter lineas. *Ibid.* πάντων Καρχ. πάντων τῶν Καρχ. Aug. Reg. A. Verſ. 12.

Verf. 13. ἠκρωτηρίαζον, *aures naſumque præcidebant.* *Ibid.* τάφρον. τάφον Aug. Verſ. 13.

CAPVT

CAPVT LXXXI.

Cap. LXXXI. Verſ. 1. *Verſ.* 1. Nomen Ἄννωνα deſideratur in Bav. & hinc in ed. 1. & Reg. B. C. Sed habent ceteri codices, & ex Aug. adſcitum eſt in ed. 2. & ſqq. conf. cap. 82, 1.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. εἰς Καρχηδόνα. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ora Reg. B.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. οὐκ ἄν τις ὀκνήσειε. Hinc novam Eclogam incepit compilator Excerptorum, quæ ſunt in cod. Vrb. ut dixi ad cap. 75, 5. *Ibid.* τὰ σώματα τῶν ἀνθρ. τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρ. Vrb.

Ibid. ἀποθηριοῦσθαι. Proprium eſt hoc verbum de tetro quodam & deſperato ulcerum genere, ſenſum auferente ei parti corporis, cui ineſt; quo ipſum etiam ulcus θηρίωμα vocatur. De quo vide Henr. Stephanum in Theſ. voc. θηριόω & θηρίωμα, & quos ille citavit auctores: in his Celſum de Medicina lib. V. cap. 28. ſect. 3. ubi ait: *Eſt etiam ulcus, quod θηρίωμα Græci vocant. Id & per ſe naſcitur, & interdum ulceri, ex alia cauſa facto, ſupervenit. Color eſt vel lividus, vel niger; odor fœdus; multus & muco ſimilis humor. Ipſum ulcus neque tactum, neque medicamentum ſentit; prurigine tantum movetur: at circa dolor eſt & inflammatio. Interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex ulcere ſanguis erumpit. Atque id quoque malum ſerpit. Quæ omnia ſæpe intenduntur, fitque ex his ulcus, quod ἕρπητα ἐσθιόμενον Græci vocant, quia celeriter ſerpendo penetrandoque uſque ad oſſa corpus vorat.* Videtur autem Polybius h. l. in animo habuiſſe illud Crantoris Academici dictum, contra Stoicorum ἀπάθειαν diſputantis, quod Plutarchus in Conſolat. ad Appollonium, haud procul initio, his verbis refert: Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ· νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ᾽ οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ᾽ ἀποσπῷτο. τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίγνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ. τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον,

ἐνταῦθα

ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Quae verba Cicero Tusc. Disp. III. 6. his latinis reddidit: *Minime adsentior his, qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant: quae nec potest ulla esse, nec debet. Ne aegrotassim: sin quid fuerit, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istuc, Nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.* Vers. 5.

Vers. 6. Singularem numerum θεραπείαν requirebat id quod sequitur, ὑπ' αὐτῆς ταύτης. Frequentissime terminatio αν cum ας commutari solet a librariis. *Ibid.* τὴν ἐξ αὐτῶν. τὴν ἑαυτῶν suspicatus erat Reisk. Perinde est, adeoque tenenda codicum scriptura. *Ibid.* τὸ ὑποκείμενον, intellige σῶμα. Vers. 6.

Vers. 8. τὸ συμβαῖνον. τὸ συμφέρον Aug. sed vera lectio superscr. eadem manu. *Vers.* 9. διαμιλλώμενοι recte dederunt Vrb. Vat. Flor. Reg. B. Vers. 8. 9.

Vers. 10. ἀρχηγὸν μέν. μὲν carent Aug. Reg. A. male. *Ibid.* τροφήν. στροφὴν Vat. Aug. & Reg. A. a pr. manu. Obvia horum ubivis confusio. *Ibid.* καὶ πλείω. Sic recte Vrb. Vat. Flor. Vulgo καὶ τὰ πλείω ex Bav. cum Aug. Reg. A. *Ibid.* τὰς ἀεὶ τῶν προεστώτων. — Idem est, ac si dixisset τὰς τῶν ἀεὶ προεστώτων, *illorum magistratuum, qui identidem cum imperio sunt.* Vers. 10.

CAPVT LXXXII.

Cap. LXXXII.

Vers. 2. οὔ ποτε κρατήσειε. Vtrumque dicitur, κρατεῖν τινὸς, & τινὰ, *vincere aliquem, praelio superare.* Sed quoniam paulo rarior haec est constructio, occasionem dedit errori: mendose οὔ ποτε Aug. & Reg. A. ex prima scriptura. *Ibid.* εἰσαναχθέντας. — Praepositio εἰς denotat εἰς vel ὡς ἑαυτὸν, ἀνὰ autem in hoc verbo ἀνάγειν *violentam abreptionem*, velut in sublime revulsionem e loco suo, & inviti alio translationem, ut saepe apud Homerum." REISK. — Vide Homer. Iliad. XIII. 627. Odyss. XVII. 441. Verbo ἀνάγειν ista notione utitur Noster II. 8, 1. Vers. 2.

Vers.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἐμπορείων. De his *Emporiis*, ad minorem Syrtin ſitis, confer III. 23, 2. XXXII. 2, 1. Adde Appiani Hiſt. Punic. cap. 72. & quæ ibi notavit Tollius. Ἐμπορείων h. l. editum eſt ex Bav. Ἐμποριῶν præter Flor. dat etiam Vat. forma prorſus inſolita. Ἐμπορεῖα contra dant Vat. & Flor. III. 23, 2. ubi ceteri Ἐμπόρια. Denique Ἐμπόρια omnes XXXII. 2, 1. Perinde eſt. τὴν περὶ τὸ Ἐμπόριον γῆν dicit Appianus l. c. *Ibid.* Dele comma poſt ἐλπίδας.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἀεί ποτε. αἰεί ποτε Flor. *Ibid.* παρεχομένης. παρεσχημένης aut παρασχομένης voluerat Reiſkius, provocans ad I. 78, 11. Sed nil opus. Vide quæ monui ad ἀναγράφουσι, I. 1, 1.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Ἱππακριτῶν. Vide ſupra ad I. 70, 9. *Ibid.* ἀναδεδεγμέναι. ἀναδεχόμεναι Aug. *Ibid.* τοὺς κατ' Ἀγαθοκλέα καιροὺς, *temporibus Agathoclis.* Vtramque quidem urbem, Vticam & Hipponem, cepit Agathocles; ſed non niſi ſumma vi & acerrima oppugnatione, cui pertinaciter obſtiterant oppidani, ut docet Diodorus XX. 54 ſq.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. διὰ τῆς μεταθέσεως. —„ Forſan ἀπό. Id certe ſententia poſtulat, quem etiam Caſaubonus recte expreſſit: *ſtatim a voluntatis & ſtudiorum tranſlatione.*" REISK. — διὰ cum genit. commode h. l. per præpoſitionem *in* vel *cum* exponi poſſe videtur, *in ipſa defectione, cum ipſa defectione.* *Ibid.* οἰκειότητα. οἰκειότατον ed. 1. ex parum intellecto ſcripturæ compendio.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. παρ' ἐκείνων correxi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. monente etiam Vrſino & Reiſkio. Vulgo ex Bav. edebatur παρ' ἐκείνοις. *Ibid.* ἀποκτείναντες. Perperam ἀποκτείναντας ed. 2. cum uno cod. Aug. *Ibid.* ἅπαντας caret ed. 1. cum Bav. *Ibid.* ἐνεχείρισαν τοῖς Λίβυσι. ἐνεχείρησαν ed. 2. male, & invitis msstis: certe verum dant Bav. Aug. Reg. A. B. C.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. συμβαινόντων. συμβάντων Reg. B. ſed in ora γρ'. συμβαινόντων, & ſic vett. libri omnes. *Ibid.* πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν. Sic editum inde ab ed. 2. cum codd. omnibus,

omnibus, excepto Bav. ex quo ἐπεχείρησαν habet ed. 1. Nihil intereſt.

Verſ. 12. περὶ τὰς γενομένας τῶν στρατηγῶν στάσεις. Saepe quidem legimus ἐπιτροπήν τινι διδόναι περὶ τινὸς, περὶ τὶ non memini legere. Neque vero mandatum permiſſumve fuerat militibus, ut litem inter imperatores diſceptarent, ſed ut alterum ex illis, utrum vellent, retinerent, alterum dimitterent. Videndum igitur, ne ſcribendum fuerit παρὰ τὰς &c. *quo tempore inter ſe diffidebant imperatores*, vel *propter imperatorum diſſidium.* Verſ. 12.

Verſ. 13. διόπερ Ἀμίλκας. — „Polybius διόπερ [& διὸ] peculiari modo uſurpat, pro οὖν vel διὰ τοῦτο, non ut novam periodum incipiat, ſed ut cœptam, multis tamen illam interjectis diſtentam & diductam, colliget quaſi atque abſolvat. Nam quum paulo ante [verſ. 12.] ſic incepiſſet orationem, Βάρκας δὲ παραλαβὼν τὸν Ἄννωνα, eique participio fundamentum nullum ſubjeciſſet, ſed prius enarraſſet, quare Hanno Hamilcari Barcæ eſſet adjunctus; tum repetit filum orationis, eamque in veſtigia quaſi ſua revocat his verbis, διόπερ Ἀμίλκας ἔχων τοῦτον &c. *habens igitur Hannonem hunc ſecum Hamilcar Barcas.* Vides, διόπερ hic idem valere atque οὖν. Similes huic loci exſtant etiam alibi apud Noſtrum.“ REISKIVS. — Dixi jam de hoc uſu illius particulæ ad I. 60, 9. conf. II. 65, 13. V. 109, 3. X. 29, 2. &c. Eodemque fortaſſe pertinet III. 104, 2. ſi cum Bav. ἤδη legimus pro vulgato ᾔδει. Simili vero ratione (quemadmodum idem REISKIVS monuit) V. 7, 3. cum incepiſſet periodum ab ὁρῶντες verſ. 1. eamque non perfeciſſet, tamen ἐς ἃ continuat, quaſi nova ea eſſet ſententia, cum debuiſſet dicere ἐς ταῦτα οὖν. Ita rurſus X. 8, 8. ἐξ ὧν dixit, pro ἐκ τούτων, in apodoſi longioris periodi, quæ cœpta erat verſ. 2. a verbis Ἀκούων δέ. Verſ. 13.

Ibid. Ναραύαν. Sic h. l. & rurſus cap. 84, 4. ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus. Ναραύασον, ut alibi, edidit Caſaub. cum Reg. B.C. *Ibid.* Ναραύα τοῦ Νομ. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ναραυάτου τοῦ Νομ. ed. 1. 2. & Reg. B. cum

Bav. Ναρανάσου Casaub. & seqq. cum Reg. C. Vide ad 78, 1.

Cap. LXXXIII.

CAPVT LXXXIII.

Vers. 2. *Vers.* 2. Ἐπιστὰς δὲ Ἱέρων. Sic recte editum est inde ab Hervag. ex Aug. cum Flor. & Reg. A. B. C. In contextu Vat. est ἐπὶ τὰς Ἱέρων, sed in ora ἐπιστὰς δέ. Mendose edit. 1. cum Bav. ἐπὶ τὰς συμμαχίδας πόλεις, ἐπὶ τάσδε. Ἱέρων μὲν &c. Quam scripturam nescio quo pacto unice probare & vindicare Polybio potuerit REISKIVS, qui interpretatus est: „*necesse habebant confugere ad civitates fœderatas, ad has puta.* Quænam vero sunt (sic pergit ad h. l. idem Reiskius) illæ civitates fœderatæ? Hiero puta, & Romani. Hi appellantur πόλεις, civitates, *status*, ut hodie loqui amamus. In ἐπὶ τάσδε subauditur λέγω vel φημί." — Imo unice verum est ἐπιστὰς δὲ, quod recte Casaubonus vertit, *Hiero autem animum ad eam rem attendens.*

Ibid. ἀεὶ μέν ποτε. Quod ποτε carent ed. 1. & 2. operarunt culpa factum est. — *Ibid.* Post πόλεμον dele comma, quod commodius proxime post Ἱέρων reponetur.

Vers. 3 sqq. *Vers.* 3. σώζεσθαι Καρχ. σωζ. τοὺς Καρχηδονίους edd. & Reg. B. C. Sed ignorant articulum veteres libri. *Vers.* 6. ἐγένετο. ἐγίνετο ed. 2. 3. 4. invitis msstis. *Vers.* 7. τῶν Καρχηδονίων &c. conf. III. 28, 4. *Vers.* 10. αἰεί. Sic Bav. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo edd. ἀεί. *Vers.* 11. Verbum ἐγχειριζόντων perperam abest a Bav. & hinc ab ed. 1. & Reg. B. C.

Cap. LXXXIV.

CAPVT LXXXIV.

Vers. 2. *Vers.* 2. καθίστασαν. Perperam καθέστασαν Aug. Reg. A.

Vers. 3. *Vers.* 3. Ζάρζας. Sic hoc quidem loco unus dedit Obsopœus. Ζάζας Bav. Ζαίζας Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. In ora tamen Reg. A. est vel Ζάρζας, vel Ζάρξας, nec enim satis liquet. Ζάρξας ed. 2. & seqq. & Ζέζας ora ed. 2. Sed

cap.

cap. 85, 2. Ζάρζαν ed. 1. cum Bav. Vat. Flor. Ζαίζαν Reg. B.C. Ζάρξαν ed. 2 & ſeqq. cum Aug. Reg. A.

Verſ. 6. στρατηγικὴ δύναμις. πρακτικὴ δύν. ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. στρατηγικὴ adſcivit Caſaub. ex Reg. B. & C. pro quibus ſtant Vrb. Vat. Flor. In eamdem fere ſententiam III. 105, 9. τότε, ait, ἐγένετο φανερὸν, τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας καὶ κενοδοξίας στρατηγικὴ πρόνοια, καὶ λογισμὸς ἑστὼς καὶ νουνεχής. Ceterum noſtrum hunc locum haud dubie ante oculos habuit Diodorus, cum in Eclog. 1. ex lib. XXV. Tom. II. p. 510. in eadem re, quæ hic agitur, ſcribit: τότε συνιδεῖν ἐστιν ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας, ἡλίκην ὑπεροχὴν ἔχει στρατηγικὴ σύνεσις ἰδιωτικῆς ἀπειρίας, καὶ τριβῆς ἀλόγου καὶ στρατιωτικῆς. Nec tamen profecto cauſa ulla ſatis prægnans eſt, cur ideo cum Weſſelingio putemus, apud Polybium pariter στρατιωτικὴ σύνεσις pro δύναμις eſſe reponendum; præſertim cum & alia Polybii verba ibidem cum ſuis commutaverit Diodorus, & probum inprimis aptumque verbum ſit δύναμις, *facultas*, *vis*, *virtus*, *ars* (imperatoria,) *ingenium*, (imperatorium) quo vocabulo & aliàs Polybius noſter eodem modo utitur; velut X. 22, 4. ἡγεμονικὴ δύναμις, & IV. 77, 3. βασιλικὴ δύναμις, *regium ingenium*. Rurſus XVIII. 11, 8. προσγενομένου γὰρ στρατηγοῦ τοῖς Ῥωμαίοις, παραπλησίαν δύναμιν ἔχοντος Ἀννίβᾳ. Quæ ſi conſideraveris, intelliges, idem vocab. δύναμιν & Polybio h. l. vindicandum eſſe, & Diodoro XV. 69. ubi, quum vulgo legeretur ἐπὶ ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγικῇ δυνάμει θαυμασθεὶς, temere Weſſelingius ex uno codice msto, pro vulgato στρατηγικῇ δυνάμει, στρατηγίᾳ edidit, quod haud dubie nil aliud eſt, niſi illius dictionis interpretamentum. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἅμα καὶ διέφθειρε. Et orationis ſtructura aliud quid, quam ἅμα καὶ, deſiderare videtur; & tantam veri ſpeciem, cum ob levem mutationem, tum ob ſententiæ commoditatem, habet Reiſkii conjectura ἀμαχεὶ, ut pæne perſuaſus ſim, id ipſum ſcripſiſſe Polybium. Verſ. 7.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πολλοὺς δ᾽ ἐν τοῖς ὁλοσχερέσι κινδύνοις. Sic, absque ὡς, dant Vat. Flor. & Bav. & hinc ed. 1. & Reg. B.C. Quamquam vero non ſatis equidem videam, quænam potiſſimum vis ſit particulæ ὡς, quam vulgo inſeruerunt cum Aug. & Reg. A. tamen ne ſic quidem, abjecta illa, difficultate prorſus carent ea, quæ ſequuntur: nam, quod aït τοὺς μὲν εἰς ἐνέδρας &c. non tam ad ὁλοσχερεῖς κινδύνους, id eſt, ad ***majora prælia, quibus de ſumma rerum agitur***, pertinere videtur, quam ad ***minora prælia***, ad τὰς κατὰ μέρος χρείας, de quibus verſ. præced. dixit.

Ibid. μεθ᾽ ἡμέραν recte edidit Caſaub. ex Reg. B.C. & ſic Vat. Flor. & cod. Vrſini. Mendoſe καθ᾽ ἡμέραν ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. *Ibid.* παρέβαλλε adſcivi ex Flor. Et deſiderari utique præteritum imperfectum videbatur, quo & aliâs plerumque in narratione utitur Polybius, & quod in re præſertim, quæ ſæpius facta dicitur, propriam ſedem habet. Et hoc ipſo loco pariter dixerat ἀνῄρει & ἐξέπληττεν.

Verſ. 9 ſqq. *Verſ.* 9. ἀποδρᾶναι. ἀποδράναι Aug. Reg. A. *Ibid.* τοῦ λιμοῦ. τῆς λιμοῦ Vrb. Vat. Sic & Aug. & Reg. A. ſed in his ſuperſcr. τοῦ. *Verſ.* 11. ὑπαρχούσης recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo οὔσης edd. ex Bav. *Verſ.* 12. ταῖς ἐκ τοῦ Τυν. Carent ταῖς ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Recte inſeruit Caſaub. ex Reg. B.C. cum Vat. & Flor.

Cap. LXXXV.

CAPVT LXXXV.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. τροφῇ ταύτῃ. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. Vulgo τροφῇ τούτοις edd. ex Bav. Et in Bav. ſimul notatur alia ſcriptura, τροφὴν, quæ, ut locum habere poſſet, requirebat ante ſe præpoſitionem εἰς. *Verſ.* 2. Ζάρζαν. Vide ad c. 84, 3.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἧκον ὄντες δέκα recepi ex haud dubia Reiſkii conjectura. Mendoſe vulgo cum msstis ἥκοντες δὲ καί. Gronovius in ora ſui libri monuerat: „lege ἧκον εἰς δέκα.“ Sed illud ſtylo Polybii eſt convenientius. δέκα in δὲ καὶ detortum ſimiliter habes III. 71, 8. Conf. notata ad I. 59, 1.

Verſ.

Verf, 4. ἐκλέξασθαι. ἐκδέξασθαι Vat. Flor. Aug. Reg. A. fed in hoc fuperfcripta litera λ. Verf. 4.

Verf. 6. ἐπεὶ τὴν συλλ. ἐπὶ τὴν Vat. ἐπειδὴ τὴν Aug. Cum editis facit Bav. Flor. Reg. A. *Ibid*. παρεσπονδῆσθαι. παρασπονδεῖσθαι Aug. Verf. 6.

Verf. 7. περὶ τὸν τόπον τὸν Πρίονα καλούμενον. A *ferræ* fimilitudine denominatus locus. De Illyrici quodam oppido verba faciens Appianus, Hift. Illyr. cap. 25. ait: ὄρειον γάρ ἐστι τὸ χωρίον, καὶ αὐτῷ περίκειντα λόφοι πάντοθεν ὀξεῖς οἷα πρίονες. Id eft: *montanus eft locus, quem tumuli undique circumjacent acuti inftar ferrarum.* Verf. 7.

CAPVT LXXXVI.

Cap. LXXXVI.

Verf. 1. παρέστησε. παρέστηκε ed. 1. & inde codd. Reg. B. C. invitis veteribus msstis. *Ibid*. ἀπεγνωκόσιν. Perperam ἀπεγνωκότας ed. 1. 2. cum Bav. Veram fcripturam habent Reg. B. C. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 1.

Verf. 2. προσχωρούντων ex Reg. B. C. accepit Cafaub. Et fic, ni fallor, eft in Flor. fortaffe & in Vat. προχωρούντων ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. *Ibid*. εὐτύχημα. ἀτύχημα fola ed. 1. invitis msstis. *Ibid*. ὑφ' ἑαυτούς. ὑφ' αὐτοὺς Flor. *Ibid*. τὸν Τύνητα. τὴν Τύνητα h. l. ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Reg. A. Verf. 2.

Verf. 6. ἀνέθεσαν. Privatim me monuit Vir doctus, ἀνέδησαν fortaffe legendum. Sed, verum ut fatear, nihil video, cur fufpecta nobis effe vulgata lectio debeat, præfertim cum nil varient libri. ἀνατιθέναι enim non folum *tollere in altum* denotat, quæ notio per fe jam apta videtur huic loco, & opponitur verbo καθεῖλον, quod præceffit, fed & *fufpendere*, veluti tabulam votivam aut exuvias hoftis fufpendere in templo. Quare percommode ἀνατιθέναι εἰς σταυρὸν dicetur, *in crucem tollere, in cruce fufpendere.* Verf. 6.

Verf. 8. διὰ τὴν ἀπόστασιν. ἀπόθεσιν Flor. *Verf*. 9. Βακάραν. Vide ad cap. 75. 5. Verf. 8. 9.

Cap. LXXXVII. Verſ. 1.

CAPVT LXXXVII.

Verſ. 1. αὐτοῖς φανείσης. οὕτω φανείσης ed. 1. cum Bav. Sed αὐτοῖς, non οὕτω, cum ceteris codicibus dant Reg. B. C. Poterat tamen utrumque conjungi, αὐτοῖς οὕτω φανείσης, ut οὕτω ad παραδόξως referretur. *Ibid.* ἄρτι γάρ. Sic recte Vat. Flor. & cod. Vrſini.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὸν πρότερον μὲν ἀπελθόντα στρατηγόν. Caſaubonus: *ducem, qui jam ante ad hoc bellum exiverat.* Rectius REISKIVS: „qui (de *imperio militari*) *antea deceſſerat*, eoque ſe abdicarat, ut cap. 82. narravit auctor. ἀπερχέσθαι eſt Polybio idem atque ἀπέρχεσθαι τῆς ἀρχῆς, *decedere de magiſtratu, provincia, imperio.* Sed μὲν eſt delendum, aut prodit defectum. Forte legendum eſt πρότερον μὲν ἀπελθόντα, νῦν δὲ (vel τότε δὲ) πάλιν παρακληθέντα στρατηγόν." — At hæc, quæ excidiſſe ſuſpicatus eſt Reiſkius, facile per ſe intelliguntur, ut non opus fuerit diſerte adjicere.

Ibid. οἷον ἐσχάτην τρέχοντες ταύτην, intellige γραμμήν. conf. XVIII. 35, 6. Sic μίαν τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα, XII. 23, 6. *qui unum in tota vita curſum confecit.* Dicunt & aliâs τὸν ἔσχατον (ſcil. στάδιον vel κίνδυνον) τρέχειν. confer Henr. Steph. Theſ. in Τρέχειν, & Lamb. Boſii Ellipſes græcas in vocab. δρόμος.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. οἱ περὶ τὸν Ἄννωνα. Articulus abeſt ab ed. 1. 2. & vett. msſtis, adjectus a Caſaub. ex Reg. B. C. monente etiam Vrſino.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. πολλοὺς γὰρ recte Caſaub. ex Reg. B. C. cum Vat. & Flor. πολλοὺς μὲν ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. *Ibid.* Verba λόχους τε καὶ διωγμοὺς cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. prætermiſit etiam Perottus. *Ibid.* Λέπτιν correxi. Vulgo Λέπτην ex Bav. Λεπτὴν Aug. Reg. A. Λεπτὶν Vat. Meminit hujus oppidi Appianus Hiſt. Pun. cap. 94.

Verſ. 9. 10. *Verſ.* 9. συνέβαλλον dedit Aug. & Reg. A. *Verſ.* 10. ἐγένετο. ἐγίνετο ed. 3. 4. invitis msſtis.

CAPVT

CAPUT LXXXVIII.

Verf. 2. ἔμενον & ἔχουσαι. Sic ed. 1. cum codd. fere omnibus. ἔμενεν & ἔχουσα ed. 2. & feqq. ex Aug. cum quo in ἔμενεν confentit Reg. A. *Ibid.* τὰς πρώτας ἐπιβολάς. τὰς carent ed. 1. & 2. Reg. B. C. errore primi editoris. ἐπιβουλὰς Aug. Reg. A. perpetua fere confufione. Cap. LXXXVIII. Verf. 2.

Verf. 3. ἡ μετριότης &c. Eamdem fententiam his verbis complexus eft Diodorus lib. XXV. Ecl. 1. οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἁμαρτίας ὄντων μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν. Verf. 3.

Verf. 5. Verbis τῆς Λιβύης caret ed. 1. cum Bav. Habent ex Reg. B. C. cum ceteris codd. *Verf.* 6. ἐπεδείξαντο. ἐπέδειξαν ed. 1. & Reg. B. C. contra veterum codicum fidem. Verf. 5. 6.

Verf. 7. ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. Sic recte edidit Cafaub. cum ὃν, pro ὧν, ante eum dediffent edd. & mssti omnes. conf. I. 63, 4. Eodem modo correctum eft in ora libri Voffiani. Ceterum de Bello hoc Africo confer quæ habet Appianus Hift. Punic. cap. 5. Verf. 7.

Ibid. τοὺς ἄλλους ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ διενηνοχότα. In τοὺς ἄλλους confentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Bav. Verbum διαφέρειν vel διενηνοχέναι, cum duplici cafu, perfonæ altero, altero rei, *fuperare aliquem aliqua re*, vario modo conftrui folet: διαφέρω σοῦ τούτῳ, XVI. 40, 10. διαφέρω σοῦ περὶ τοῦτο, X. 25, 4. διαφέρω παρά σε τούτῳ, X. 27, 5. & διαφέρω σε τούτῳ, ut hoc loco; quam poftremam conftructionem, codicum confenfu fuffultam, Polybio jam olim vindicavit Wefleling. ad Diodor. II. 5. & ex aliorum fcriptorum ufu, præcipue Diodori, æmuli ftyli Polybiani, confirmavit. Confer Indicem græcitatis Diodori. Quod autem ad διενηνοχέναι h. l. adtinet, pro quo cum Bav. Aug. & Reg. A. in ed. 1. & 2. eft ἐνηνοχέναι, nefcio quid, det Vat. ex quo nullam ab ed. 2. difcrepantiam notavit diligentiffimus nofter Spallettus; fed Flor. certe veram fcripturam (fi fides Gronovianæ collationi habenda) præftat. Ceterum, ficut fre-

Verſ. 7. quentiſſime verba compoſita, quibus utitur Polybius, capite truncata a librariis noſtris videmus, ſic hoc loco magis etiam pronus is error fuit, ubi in præcedenti vocabulo ΠΑΡΑΝΟΜΙΑΙ duæ poſtremæ literæ AI ſimiles erant ſyllabæ ΔΙ, a qua incipiebat ſequens verbum.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Σαρδῴων. Sic Flor. & Bav. Pariter Vat. qui literam jota non ſubſcribere ſolet, ſed ad latus ponere, Σαρδώιων. Sic τὸ Σαρδῷον πέλαγος, I. 42, 6. II. 14, 6. Σαρδόνων h. l. ed. 1. & Reg. B. C. contra veterum librorum omnium fidem. De alia vocabuli forma, Σαρδώνιος vel Σαρδόνιος, dixi ad I. 75, 5.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. εἴξαντες τοῖς καιροῖς, *temporibus cedentes.* Mirum eſt, quam breviter rem hanc expediat Polybius, cum tamen III. 10, 1. (ubi ait, *Pœnos primum, ad æquas conditiones deſcendere paratos, de jure diſceptaſſe cum Romanis,*) diſerte declaret, ſe de eadem re in ſuperioribus fuſius diſſeruiſſe; ut pæne videatur nonnihil hic prætermiſſum eſſe, aut narrationem in brevius contractam ab aliquo epitomatore. Ceterum de ratione, qua ſub Romanorum imperium ceſſit Sardinia, a Polybio nonnihil diſſentit Appianus in Hiſt. Punic. cap. 5.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRVM II. Lib. II.

CAPVT I. Cap. I.

Titulus hujus libri in Bav. eſt Πολυβίου ἱστοριῶν β′. In Vat. & ejus familia Πολυβίου (ἱστοριῶν) λόγος β′.

Verſ. 1. συστησάμενοι τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, *conſtitutis, compoſitis, firmatis rebus in Italia.* In eadem re I. 12, 7. ait, κρατήσαντες τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν (πραγμάτων). Rurſus, eadem notione, II. 1. 5. κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἕως τοῦ τέλους. Articulum, cum abeſſet vulgo, inſerui cum Vat. Flor. & Reg. B. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἐπεβαλλόμεθα. Sic ed. 1. 2. 3. cum msstis omnibus ἐπεβαλόμεθα ſcribere juſſit Caſaub. in Corrigendis, cui obtemperarunt Gronovius & Erneſtus. Quos vellem ſecutus & ipſe eſſem; nam præſtat certe hoc loco aoriſtus imperfecto. *Ibid.* κατὰ τοῦτον. Præpoſitionem temere neglexit Bav. Quem errorem corrigere volens Obſopœus, τούτων ἀσεβήματα edidit, & ſic ed. 2. & Reg. B. C. invitis vett. codd. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐπιψαύοντες non eſt hic ſimpliciter *tractare,* ut interpretatur Erneſti in Lexico Polyb. ſed *ſummatim ſtrictimque percurrere, attingere, delibare,* μνησθῆναι κεφαλαιωδῶς, ἐπὶ κεφαλαίων ψαύειν, ἐφάπτεσθαι, ut ait I. 13, 7 ſqq. qui locus cum hoc utique conferendus. Mendoſe φαύοντες ed. 1. 2. Voluerunt ψαύοντες, omiſſa præpoſitione, quam habent ſcripti libri omnes, (etiam junio- Verſ. 4.

res Reg. B. C.) ſed inſolito ſcripturæ nexu eamdem expreſſerat Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ἀμίλκαν ἐξαπέστελλον. De rebus, ab Amilcare in Hiſpania geſtis, & de ejus obitu, confer Diodorum lib. XXV. eclog. 1. & Appiani Hiſt. Punic. cap. 4 ſeq. ἐξαπέστελλον reſtitui ex Bav. Aug. Reg. A. ἐξαπέστελον Vat. Flor. ἐξαπέστειλαν edd. & Reg. B. C. contra veterum librorum fidem.

Ibid. δυνάμεις συστήσαντες, intellige αὐτῷ, *copias (contractas) illi tradentes.* Supra, verſ. 2. verbo medio, συστησάμενοι (ſcil. ἑαυτοῖς) ναυτικὰς δυνάμεις, *contractis, comparatis* (ſibi) *copiis nauticis.*

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἡρακλείους στήλας. Ἡρακλέους στήλας Vat. Flor. Parum refert. conf. XVI. 29, 6. Sed prior loquendi forma uſitatior: vide III. 57, 2. X. 7, 5. 40, 7. *Ibid.* ἀνεκτᾶτο τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα τοῖς Καρχ. *Carthaginienſium res* (vel *imperium) in Hiſpania inſtaurabat.* Nempe jam ante hæc tempora, quum Gaditanis conſanguineis auxilium contra Hiſpanos Pœni miſiſſent, partem Hiſpaniæ inſignem imperio ſuo adjecerant, ut docet Iuſtinus lib. XLIV. cap. 5. Conſentaneum eſt autem, neglectas pauliſper fuiſſe res Hiſpaniæ durante gravi cum Romanis & deinde cum mercenariis bello.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τῷ ἐκείνου κηδεστῇ καὶ τριηράρχῳ. Sic I. 44, 1. Hannibal neſcio quis, Amilcaris filius, (fortaſſe frater hujus Barcæ) τριήραρχος καὶ φίλος Ἀτάρβου πρῶτος memoratur. Nempe τριήραρχός τινος dicitur is, qui ſub ducis imperio, cui ſumma rerum eſt commiſſa, claſſi præfectus eſt: is videtur apud Carthaginienſes ipſius imperatoris arbitrio, ex amicorum numero, lectus.

Cap. II.

CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐπεβάλλοντο ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. puto & Vat. ἐπεβάλοντο ed. Caſaub. & ſeqq. ex Reg. B. C. cum quibus facere videtur Flor.

Verſ.

Verſ. 2. μετ' ἐπιστάσεως dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. Sicut h. l. ἐπιστασίας, ſic II. 40, 5. ἐπιστασίαν pro ἐπίστασιν temere poſuit Bav. quod imperite ibi pariter tenuerunt editores omnes. Vide Lexicon Polyb. in Ἐπίστασις, & conf. Adnot. ad II 56, 6. Verſ. 2.

Verſ. 4. πεζὴν & πεζικὴν perinde eſt, quidquid nugetur Thomas Magiſter, cum ait: πεζὴ στρατιὰ εἰπὲ, μὴ πεζικὴ &c. ad quem vide, quæ adnotarunt viri docti pag. 697 ſqq. Apud Polybium quidem πεζικαὶ δυνάμεις dant omnes II. 11, 1 & 7. οἱ πεζοὶ autem ſubſtantive plerumque uſurpatur, & opponitur τοῖς ἱππεῦσι. Verſ. 4.

Verſ. 5. Μεδιωνίοις. Vat. & Flor. poſtquam hoc cap. & initio ſequentis cum Aug. & Reg. A. in Μειδιων. conſenſerunt, deinde cap. 3, 6. dant τῶν Μεδιωνίων, & cap. 4, 1. οἱ Μεδιώνιοι. Eſt autem *Medion* Acarnaniæ oppidum, Livio memoratum XXXVI. 11 ſq. quem ſua ibi ex Polybio hauſiſſe intelligitur cum ex collatione reliquæ illius temporis illorumque locorum hiſtoriæ Livianæ cum Reliquiis libri XVIII. Polybii, tum ex diſerto Stephani Byzantini teſtimonio, cum ait: Μεδίων· πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ· Πολύβιος ὀκτωκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μεδιώνιος. (vide Reliq. libri XVIII. Polyb. cap. 23.) Idem oppidum, quemadmodum in Livianis nonnullis codicibus, ſic & apud Thucydidem III. 106. Μεδεὼν (*Medeon*) nominatur; quo ex loco ſimul intelligitur, ſitam fuiſſe hanc Medionem vel Medeonem in extrema Acarnania, Epirum verſus, haud procul a ſinu Ambracico. Quare, quum diverſi diverſis temporibus fines Epiro fuerint adſignati, nec improbabilis eſt Palmerii conjectura, (Græcia Antiq. III. 5.) ab hac Medione Polybii & Medeone Thucydidis non differre eam, quam Stephanus Byzant. in Μεδεὼν dicit, cum ait: ἔστι δὲ καὶ τῆς Ἠπείρου πόλις καὶ κώμη. Sed ab hac noſtra Medione differt utique illa ſive Μετέων ſive Medeon Labeatidis in Illyrico, Polybio XXIX. 2, 5. & Livio XLIV. 23. & 32. memorata, quæ complurium dierum itinere diſtabat ab hac Acarnaniæ Medione, quam nunc a vicinis Aeto- Verſ. 5.

lis

Verſ. 5. lis obſeſſam Polybius dicit. Neque vero turbare nos debet, quod Livius loco ſupra laudato, (XXXVI. 11.) ubi de Acarnaniæ hac Medione loquitur, inter mediterranea oppida referre eam videtur, ad quam tamen Illyrii, ut mox cap. ſeq. narrat Polybius, navibus proficiſcuntur. Verba Polybii cap. 3, 1 ſq. ſi recte penſitamus, (*προσπλέουσι ἑκατὸν λέμβοι πρὸς τὴν Μεδιωνίαν κατὰ τοὺς ἔγγιστα τόπους τῆς πόλεως*, &c. *centum lembi noctu adveniunt ad agrum vel ad ditionem Medioniorum, ad ea loca, quæ urbi proxima ſunt, &c.*) ſatis adparet, fines quidem & agrum Medioniorum ad mare pertinuiſſe, ipſam urbem ad mare non fuiſſe ſitam, ſed nonnihil ab eo remotam. Ceterum de Aetolorum inimicitiis atque bellis cum Acarnanibus, & de regum Macedoniæ cum eiſdem Acarnanibus amicitia ac ſocietate, multa atque frequens deinde apud Polybium mentio occurrit. vide IV. 5 extr. & ſeq. IX. 32 - 40. Quin & iidem Aetoli jam aliquanto ante hoc tempus, de quo nunc agitur, pactum cum Alexandro, Epiri rege, fecerant de ſubjugandis & dividendis inter ſe Acarnaniæ urbibus, ut diſcimus ex II. 45, 1. coll. IX. 34, 7.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *τῆς αὐτῆς πολιτείας.* Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. *αὑτῶν* Bav. *αὐτῶν* edd. & Reg. B. C. Bene haberet *μετέχειν τῆς αὑτῶν* vel *αὐτῶν πολιτείας*, abſque *σφίσι*, ſed præcedente hoc pronomine, requirebatur utique *τῆς αὐτῆς*. *Ibid.* *ἑλεῖν* recte editum ex Bav. Mendoſe *ἔχειν* Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *περιστρατοπεδεύσαντες.* Mendoſe *περιστρατεύσαντες* Aug. *Ibid.* *κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπολιόρκουν, continuo, ſine mora, oppugnarunt urbem.* Caſaubonus: *ſine intermiſſione ulla oppugnationem urgebant.* Reiſkius priora verba retulit ad præcedens verbum *περιστρατοπεδ.* *corona cinxerunt urbem penitus, ita, ut nullus pateret hiatus, per quem obſeſſi elaberentur.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *τοῦ χρόνου τῶν ἀρχαιρεσιῶν.* Tempus ſtatutum, quo Aetoli novum prætorem creare ſolebant, fuiſſe ſtatim ab æquinoctio autumnali, docet Polyb. IV. 37, 2.

Verſ.

Verſ. 9. τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ὅπλων. — „Solebant imperatores illis ſcutis ceteræque prædæ, quam hoſtibus detraxiſſent, in templis Deorum dedicandæ, inſcribere ὁ δεῖνα ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀπὸ τῶν δεῖνα. Notum exemplum arrogantiæ Pauſaniæ, tripodi, quem commune Græcorum Delphis dedicabat, ſuum nomen inſcribentis, Παυσανίας βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἀπόλλωνι ταῦτα ἀπὸ τῶν Μήδων, quem titulum Græci deinde eraſerunt. Ex eo factum, ut ἐπιγράφειν τινὶ dictum ſit pro *referre rem aliquam geſtam ad aliquem, gloriam ejus rei confectæ ipſi imputare; ἐπιγράφεσθαι, ſibimet ipſi imputare.* Sic [II. 27, 5.] πεπεισμένος τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόντων πλεῖστον οὕτω κληρονομήσειν, *gloriæ e rebus geſtis partem maximam ſe ablaturum, futurum eſſe, ut ipſe auctor partis longe maximæ rerum geſtarum ſcriberetur.* [V. 42, 8.] ἐπιγραφὴν (ſcil. τῆς βασιλείας, de qua ibi loquitur) *nomen & titulum regni* appellat. ἐπιγραφὴ πολέμου, [XI. 5, 7. & XI. 7, 3.] *gloria belli confecti.*" REISKIVS. — Docet Suidas in Ἰφικράτης, primum Iphicratem in ſpoliorum inſcriptione imperatoris mentionem feciſſe, cum antea ſolius civitatis nomen inſcribi conſueviſſet. Verſ. 9.

Verſ. 10. προϊόντων πρὸς τὴν ἀρχὴν, *ambientium, petentium magiſtratum.* Sic libri omnes. Pari ratione cap. 4, 2. eſt τῶν εἰς τὸ μέλλον προπορευομένων, conſentientibus codicibus. Rurſus XXXV. 3. (Legat. 141.) προπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἀρχὴν bis cum manuſcriptis libris dedit Vrſinus; quod quidem ibi a Caſaubono ex conjectura in προσπορεύεσθαι eſt mutatum, quemadmodum X. 4, 1 ſq. bis dant libri omnes προσπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἀγορανομίαν, *petere ædilitatem*, pro quo & ibidem dicitur μεταπορεύεσθαι τὴν ἀρχήν. Sic XXXV. 3 extr. editi cum msstis dant οἱ δὲ πρὸς τὰς στρατιωτικὰς καταγραφὰς προσεπορεύοντο, ubi tamen paulo alia ratio eſt, *ad profitendum nomen acceſſerunt.* Rurſus vero XXVIII. 6, 9. διὸ καὶ τὸν Ἄρχωνα πρὸς τὴν στρατηγίαν ἔδοξεν αὐτοῖς εὐθέως προπορεύεσθαι, ubi dubium videri poteſt, ſit ne *petere præturam*, an *inire* vel *adire*, Verſ. 10.

ſed

Verf. 10. fed hoc quidem probabilius eft. Eadem confufio in eifdem verbis reperitur, cum *prodire in medium* fignificant; ubi aliâs προσπορεύεσθαι & προσελθεῖν dant libri omnes, ut I. 69, 10 & 13. (ubi vide Notata,) II. 50, 11. XVIII. 29, 9. aliâs προπορεύεσθαι & προελθεῖν, ut I. 80, 8 fq. (ubi fua auctoritate Cafaub. προσπορ. edidit,) IV. 14, 7. IV. 22, 9. VI. 21, 3. XI. 27, 7. Vtra fcriptura in quoque iftorum loco ex Polybii fluxerit ftylo, nemo facile definiverit: & parum omnino videtur intereffe. Hoc quidem loco, in quo verfamur, Scaliger προσιόντων in fuo libro correxit, & fic haud dubie legendum Heynius etiam Vir doctiffimus cenfuit. προϊόντων tuetur Reifkius. Iam quod adtinet ad vocab. τὴν ἀρχὴν, pro quo vulgo omnes τὴν αὐτὴν fcribunt, facile intellexerunt interpretes, aut intercidiffe illud, aut in αὐτὴν fuiffe corruptum. Mihi cum Scaligero Reifkioque alterum hoc probabilius eft vifum; quandoquidem nullam magnopere vim habere hoc loco poteft τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, & fyllabas ἀρ & αὐ librariorum errore inter fe permutatas nuper vidimus in ἀρθεὶς, quod perperam dederunt pro αὖθις I. 86, 1. Legimus quidem X. 4, 2. μεταπορεύεσθαι τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, fed ibi adjicitur τἀδελφῷ, *eumdem cum fratre magiftratum petere.*

Ibid. ᾧ ποτ᾽ ἄν. Sic recte Reg. B. C. a quibus accepit Cafaub.

Verf. 11. *Verf.* 11. ἐπικατασπ. στρατηγός. Pofterius vocabulum ex Reg. B. C. adfcivit Cafaub. pro quibus ftant Vat. & Flor.

Cap. III.

CAPVT III.

Verf. 1. *Verf.* 1. πρὸς τὴν Μεδιωνίαν. Hic eft ager & ditio, ad civitatem pertinens Medioniorum. conf. ad cap. 2, 5. Etiam ab altera parte, averfa a mari, fatis late patuiffe fines hujus civitatis, intelligitur ex Thucyd. III. 106.

Verf. 2. *Verf.* 2. Delendum comma poft ἐπιγενομένης. *Ibid.* ἐνεργὸν correxit Gronov. & fic recte dant vett. mssti. Mendofe ἔνεργον ed. 1. 2. 3. Reg. B. C. *Ibid.* χρησάμενοι τῇ παρ᾽ αὐτοῖς εἰθισμένῃ τάξει &c. Vfitatam *Illyriorum rationem*

fuiffe

fuisse dicit *instruendi aciem κατὰ σπείρας.* Tetigit hunc locum Casaubonus in Præfatione de prioribus Polybii Interpretibus, T. III. ed. Gron. p. 75. (ed. Ernest. p. 673.) aitque, *proprium fuisse Illyriorum, catervatim pugnare, & copias suas dividere in parvas manus, quas σπείρας appellare solet Polybius* &c. Rursus autem mentionem facit Polybius Illyricarum σπειρῶν II. 66, 5. & III. 19, 5. Vers. 2.

Vers. 3. ἐκ πολλοῦ χρόνου. Sic Bav. Aug. Reg. A. C. Nescio quo casu in edit. 1. irrepserit ἐκ τοῦ πολλοῦ χρόνου, quod tenuere editiones seqq. & Reg. B. Ex Vat. tamen & ex Flor. nullam in schedis notatam discrepantiam video. Vers. 3.

Vers. 4. Veteres nostri codices post εὐθαρσῶς vers. praec. interpungunt orationem, & dein sic pergunt: εἶχον μὲν οὖν πολὺ μέρος. Scriptura codicum Reg. B. C. quam adoptavit Casaubonus, haud dubie ex recentioris Critici ingenio nata est: & unice vera putanda Vrsini & Reiskii emendatio, quam in contextum recipere non dubitavi. Eamdem & Scaliger probaverat. τὸ πολὺ μέρος est *major pars,* ut III. 92, 11. III. 102, 1. *Ibid.* παρενέβαλλον dedit Aug. Reg. A. Vulgo παρενέβαλον. Vers. 4.

Vers. 6. συνεπιθεμένων. συνεπιτιθεμένων ed. 2 & seqq. invitis codicibus omnibus. Vers. 6.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 1. Οἱ δέ. Abest δὲ a Flor. male. *Ibid.* καὶ περὶ τῆς. Caret h. l. præpositione Bav. & hinc edit. 1. & Reg. B. C. Vers. 1.

Vers. 2. τῶν εἰς τὸ μέλλον προπορευομένων. Vide Adnot. ad cap. 2, 10. *Ibid.* τὸ τῶν Αἰτ. Carent τῶν Aug. Reg. A. Vers. 2.

Vers. 4. ὅσον ἤδη, *jam nunc, brevi.* Satis in vulgus nota dictio ὅσον οὔπω, qua & sæpius Polybius utitur, cum qua convenit ὅσον οὐκ ἤδη, Polyb. I. 41, 14. Thucyd. VIII. 96. (qui & sæpius ὁσονοὐκ utitur, absque ἤδη) Xenoph. Hist. Græc. passim. Sed eadem notione pariter ὅσον ἤδη, absque negatione, commodissime dici potuit; & sic dixit Polybius non solum hoc loco, sed & VIII. 36, 8. Eadem ratione ὅσον ἐκ ποδὸς II. 68, 9. Parique modo (quod jam monuit Vers. 4.

Verf. 4. monuit Reifkius ὅσον αὐτίκα Lucianus dixit in Mercede conductis cap. 7. & in Phalaride I. 5.

Ibid. πείσεσθαι. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. & Vrfini liber.

Verf. 6. *Verf.* 6. τῶν ἡγεμόνων. Cum temere Obfopœus edidiffet τῶν τε ἡγεμόνων, tenuerunt id pofteriores editores. Conjunctionem ignorant veteres libri omnes & Reg. C.

Verf. 7. *Verf.* 7. Τὴν δὲ βασιλείαν ἡ γυνὴ Τεῦτα διαδεξαμένη. Infantem puerum *Pinnen* vel *Pineum* reliquerat Agron, (Appian. Illyr. cap. 7. Dio Caffius Fragm. Vrfin. CLI. p. 63. ed. Reimari, & Fragm. Valef. XLVI. p. 21.) cujus tutelam Teuta, quamquam noverca, fufcepit. Τεῦτα, cum accentu circumflexo, & h. l. & deinde fcripfi cum Aug. Reg. A. Vulgo Τεύτα edd. *Ibid.* Ad vocab. χειρισμὸν eft fcholion in Reg. A. οἰκονομίαν.

Verf. 8. *Verf.* 8. χρωμένη λογισμοῖς γυναικείοις. conf. cap. 8. 12. De eadem femina loquens Dio in Ecloga Vrfini, p. 64. ed. Reimari, οἷα γυνή, ait, πρὸς τῇ ἐμφύτῳ προπετείᾳ, καὶ ὑπὸ τῆς δυνάμεως, ἧς εἶχε, χαυνωμένη.

Verf. 9. *Verf.* 9. πᾶσαν ἀποδείξασα πολεμίαν. Tametfi XXX. 14, 2. adjectum nomen γῆ eft, πᾶσαν γῆν ἡγούμενοι πολεμίαν, non tamen neceffe eft, ut hic adjiciatur. Nota ifta ellipfis nominis γῆ vel χώρα, & optimis quibufque fcriptoribus ufitata.

Cap. V.

CAPVT V.

Verf. 1. *Verf.* 1. καὶ τὴν Μεσσην. Articulum, qui h. l. aberat vulgo, adoptavi ex Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 2. *Verf.* 2. τῆς παραλίας. Temere vulgo & invitis msstis τῆς τε παραλίας ed. 2 & feqq.

Ibid. μακραὶ καὶ βραδεῖαι. In Vat. in contextu quidem eft μικραὶ, fed fuperfcripta litera α indicat alteram lectionem μακραί. Eamdem Flor. & Reg. C. folam habent: eademque (ut Cafaubonus in ora Bafil. refert) in ora libri, quo olim ufus erat Xylander, adnotata erat, ex codice

codice puto Palatino, olim Heidelbergensi. Quam scripturam corruperunt librarii, quum vim ejus parum intelligerent. Est autem μακρὰ παραβοήθεια *auxilium, quod e longinquo venit*, vel *longinquum auxilium*, ut ait Livius XXXVI. 5. Sic μακρᾶς βοηθείας Aeneas in Poliorcetico dicit, cap. 16. (p. 1008. edit. Gron. p. 425. ed. Ernest.) cujus verba citavit Gronovius in Notis nostris ad hunc locum, comprobans hanc ipsam, quam adoptavi, scripturam. Provocat idem Gronovius ad Herodot. IX. 6. ubi μακρότερά τε καὶ σχολαίτερα ἐποίεον est *tardius segniusque agerent.* Poterat præterea advocari Xenophon, apud quem Cyropæd. V. 4, 47. μακραὶ ἐπιβοήθειαι, plane ut apud Nostrum, sunt *auxilia, e longinquo petenda.* Contraria ratione μικρὰν & μακρὰν permutata a librariis vidimus I. 59. 6. Jam quod ad βραδεῖαι adtinet, hæc quidem scriptura nullo in codice reperitur, qui in βραχεῖαι hodie pertinaciter conspirant. Et fateor, ferri hoc utcumque potuisse; non quidem ea notione, quam Casaubonus expressit, *ad breve tempus subsidia;* (nihil enim, ut monuit Gronovius, prohibebat, ad longius tempus illa mitti, modo essent satis numerosa & hostibus resistendo paria;) neque ea notione, quam Gronovius voluit, (in Notis editis ad h. l.) cum ait, per βραχεῖαι denotari *tarda auxilia;* quæ sane vis numquam, quod sciam, inest illi vocabulo: sed βραχεῖαι si servatum velis, erunt *parva auxilia,* quæ vulgatissima hujus vocabuli significatio est, & Polybio usitatissima. At vero contra piratarum manum, exscensione raptim facta agros populantium, non tam opus est copioso auxilio, quam expedito celerique. Auxilia vero, è longinquo petenda, a remotis ab ora urbibus, non poterant non *tarde* atque *sero* plerumque advenire: & distantia urbium a mari non impediebat, quo minus satis magno numero, sed quo minus satis cito mitti subsidia possent. Quod acute videns Gronovius, simulque cogitans, *tarda* auxilia non βραχείας græce, sed βραδείας esse παραβοηθείας, suspicionem jam significavit in eisdem Notis edi- Vers. 2.

Verf. 2. tis, & deinde in Notis msstis plane contendit, *βραδεῖαι* pro *βραχεῖαι* esse legendum, Quæ emendatio ita insignem veri speciem habere mihi visa est, ut temperare mihi non possem, quin in ipsum contextum adoptarem. Eodem modo VII. 17, 8. ait, *βραδεῖαν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐπικουρίαν.* & IX. 43, 6. *βραδεῖαν συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν κομιδὴν τῶν δυνάμεων.* Literam vero X cum Δ perperam commutatam in omnibus codicibus nostris pariter vidimus lib. I. cap. 2, 3.

Ibid. *τοῖς προειρημένοις.* Temere solicitatum videtur hoc verbum a Gronovio esse, qui græcam syntaxin tolerare illud negat, & necessario legendum *τοῖς προκειμένοις* contendit, id est, *τοῖς τὴν παραλίαν οἰκοῦσι.* Non unum hoc est exemplum, quo constructione non ad literam, sed ad sensum, ut ajunt Grammatici, utitur Polybius. *τοῖς προειρημένοις*, puta *τῇ Ἠλείᾳ καὶ Μεσσηνίᾳ*, quas modo nominaverat; id vero, ad sententiam quidem, idem est ac *τοῖς Ἠλείοις καὶ Μεσσηνίοις*, vel *τοῖς τὴν Ἠλείας καὶ Μεσσηνίας παραλίαν κατοικοῦσι.* Quod autem libro I. eadem verba (*προειρημένοι* & *προκείμενοι*) confusa ait Gronovius, respicit cap. 42, 6. ubi is error non nisi fortuito lapsu operarum Hervagianarum commissus erat.

Ibid. *παραβοήθειαι* recte dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Nomen legitime deductum a verbo *παραβοηθεῖν*, ut *ἐπιβοήθεια* apud Xenophontem loco paulo ante citato ab *ἐπιβοηθεῖν*.

Ibid. *πρὸς τὰς ἀποβάσεις.* Particulam *δὴ*, quam importune vulgo hic inserunt, ignorant Vat. & Flor.

Verf. 3. *Verf.* 3. *γενόμενοι τῆς Ἠπείρου κατὰ Φοινίκην.* Debuerat ad verbum verti; *quum versarentur circa Phœnicen, Epiri urbem.*

Verf. 4. *Verf.* 4. Verba *ἐξέβησαν* usque *τῆς πόλεως* absunt ab Aug. & Reg. A. *Ibid.* *ἔσωθεν.* Sic scripti libri omnes; quod cum a primo editore, calami ductum codicis Bavarici perperam accipiente, in *ἔντωθεν* esset depravatum, in

ἔντοθεν

ἔντοθεν mutavit editor Basileensis, & hoc tenuere sequentes editores.

Vers. 6. Σκερδιλαΐδαν. Tenui hoc, editum sic a Casaubono cum Reg. C. quemadmodum lib. IV. & V. ubi saepius hoc nomen occurrit, scriptum legitur. Hoc loco quum in codice Bav. terminatio nominis plane esset omissa, & finalis litera δ compendii caussa superscripta esset literae jota, Obsopoeus terminationem ex conjectura supplevit, & Σκερδιλαΐδα edidit. Editor Basileensis, Augustanum codicem secutus, Σκερδιλαΐδος dedit, quod in illo invenit; & errorem errore cumulans, pro ἔχοντα, quod agnoscunt codices omnes, ἔχοντος posuit. Reg. A. a prima manu eodem fere modo ut Aug. Σκερδιλαΐδος (sic) habebat, sed deinde terminatio ος in α mutata. In Vat. est Κερδίδελον, & in Flor. Σκερδίδελον. Sed deinde cap. 6. vers. 6. omnes in Σκερδιλαΐδου consentiunt, nisi quod Vat. puncta diacritica omittit. Rursus cap. 6. vers. 6. ubi ex Bav. Σκερδιλαΐδαν editum est, Vat. Σκερδίλαιδον dat, & Σκερδιλαΐδον Flor. Aug. Reg. A. Sed iidem omnes codices IV. 16, 6 & 11. IV. 29, 2. V. 95, 1. V. 108, 1 & 4. V. 110, 3 & 8. cum Bav. in terminationem ας & αν primae declinationis consentiunt. Hoc autem loco & cap. 6, 6. cum in antiquo exemplari, communi omnium nostrorum codicum fonte, omissa esset terminatio αν, aut non perspicue esset expressa, librarii ex genitivo Σκερδιλαΐδου, qui est cap. 6, 3. nominativum, tamquam ex secunda declinatione, Σκερδιλαΐδος vel Σκερδίλαιδος formarunt, & accusativum Σκερδιλαΐδον vel Σκερδίλαιδον, qua forma etiam constanter Livius utitur, *Scerdilaedum* scribens. Atque ita rursus, Σκερδιλαΐδον, graeci codices uno loco X. 41, 4. exhibent omnes cum edit. Herv. & Casaub. ubi primus Gronovius Σκερδιλαΐδαν edidit. Quod vero Aug. h. l. & Reg. A. a prima manu, pro Σκερδιλαΐδον vel Σκερδιλαΐδαν, Σκερδιλαΐδος in nominativo dant, id ex codice antiquo ortum, in cujus ora (quemadmodum in Vat. factum intelligo) inscriptum erat nomen Σκερδιλαΐδος, non pro diversa lectione, sed Vers. 6.

 pro

Verſ. 6. pro nota marginali, qua monebatur lector, agi h. l. de Scerdilædo. Iſtam notam marginalem imperite in contextum receperunt poſteriores librarii. Sed ſatis ſuperque de nomine. Virum quod adtinet, *Scerdilaidas* hic vel *Scerdilædus*, qui nunc dux copiarum fuit Teutæ reginæ, nulla dubitandi cauſſa eſt, quin idem ſit, quem regem Illyriæ poſthac fuiſſe legimus: videturque ex regia ſtirpe fuiſſe, frater Agronis, filius Pleurati, avunculus Pinnæ, vel Pinei, de quo dixi ad cap. 4, 7. cui in regnum ſucceſſiſſe Scerdilædus videtur. Pinei extrema mentio occurrit apud Livium XXII. 33. in rebus anni 537. conf. Appian. Illyr. c. 8. Poſthac rex memoratur Scerdilædus, Liv. XXVI. 24. XXVIII. 5. Polyb. X. 41, 4. Sed priuſquam ad regnum pervenit, poſtquam Teuta regina regno ſe abdicavit, & Demetrius Pharius (ut docet Dio Caſſius Fragm. Valeſ. XLVI. p. 21. edit. Reimari, coll. Fragm. Vrſin. CLI. 3. p. 64. & Zonara VIII. 19.) regii pueri Pinnæ tutelam ſuſcepit, videtur Scerdilædus in conſortium adminiſtrationis regni veniſſe, aut certe parti Illyrici cum abſoluto pæne imperio fuiſſe præfectus: quo tempore cum Demetrio Phario A. V. 534. claſſem junxit pro Aetolis ad populandos Achæorum fines, Polyb. IV. 16. mox vero cum Philippo fœdus fecit contra Aetolos, Polyb. IV. 29. & V. 3. Deinde A. 537. mercede fraudatum ſe queſtus a Philippo, ab ejus amicitia defecit, & plura ei oppida eripuit, Polyb. V. 95. 101. 108. Itaque bello a Philippo petitus eſt. A. V. 538. Polyb. V. 108 ſqq. quo bello Romani Scerdilædo faverunt, ibid. cap. 110. nec tamen, ob belli Hannibalici molem, tueri firmiter Illyricum a Philippi invaſione potuerunt, qui, dum bello Hannibalico premuntur Romani, Scerdilædo Ardiæos, Romanis Atiutanos in Illyrico eripuit, ut intelligitur ex Liv. XXVII. 30. Hinc anno 543. fœdere Romanorum cum Aetolis contra Philippum comprehenſus eſt, Liv. XXVI. 24. Filium Scerdilædus habuit *Pleuratum*, avo cognominem, Liv. XXXI. 28. qui per aliquod tempus ſimul cum patre regnavit, & Thraciæ etiam

etiam parti alicui præfuiſſe videtur, Liv. XXVI. 24. XXVII. 30. XXVIII. 5. XXIX. 12. Polyb. X. 41. Pleurati filius *Gentius* vel *Genthius* fuit, (Polyb. XXXII. 18. Liv. XLIV. 30.) qui victus captuſque ab Anicio, cum duobus filiis *Scerdilædo* & *Pleurato* Romam in triumphum abductus eſt, Liv. XLIV. 32. XLV. 43.

Verſ. 6. παρ' Ἀντιγόνειαν. Exſpectaveram παρ' Ἀντιγονείᾳ, ſed conſentiunt libri. Et ſic rurſus cap. 6, 6. omnes, διὰ τῶν παρὰ τὴν Ἀντιγόνειαν στενῶν. *Ibid.* ἀνέδην recte editum ex Bav. Sic & Reg. A.B.C. Mendoſe ἀναίδην Vat. Aug. Vrſin. & Flor. ſed in hoc ſuperſcripta litera ε. Sæpe in hoc vocabulo peccatum eſt a librariis. Verſ. 6.

Verſ. 8. λειφθῆναι. Perperam ληφθῆναι Aug. Reg. A. Flor. Verſ. 8.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 1. μεθ' ἱκετηρίας ex Reg. B. C. correxit Caſaub. & ſic dant Vat. & Flor. καθ' ἱκετηρίας ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. μετὰ ταῦτα. μετὰ σπουδῆς conjecerat Reiſk. ſicut eſt cap. 5, 5. Ac ſane incommodi nonnihil habere videri poteſt μετὰ ταῦτα παραβοηθ. poſtquam jam dixerat ὑπήκουσαν. Forſan παρ' αὐτὰ ſcripſit, quo uti ſolet Polybius pro αὐτίκα. Verſ. 2.

Ibid. Ἑλίκρανον. Sic Aug. & Reg. A. Ἐλίκρανον ed. 1. 2. 5. & Reg. B. cum Bav. In ed. 3. & 4. ſpiritus ad literas unciales non ſunt expreſſi; ſed Caſaub. in verſ. lat. cum Perotto *Helicranum* ſcripſit. Locus nemini, quod ſciam, præter Polybium, memoratus.

Verſ. 3. βουλόμενοι ex ingenio ſcribere juſſit Vrſinus, cui obtemperavit Caſaub. Sic autem dederunt Vat. & Flor. βουλομένοις ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A.B.C. *Ibid.* συμβαλεῖν. συμμαχεῖν mendoſe Aug. Verſ. 3.

Verſ. 6. Σκερδιλαΐδαν. Σκερδίλαιδον Vat. Σκερδιλάϊδον Flor. Aug. Reg. A.B.C. cf. ad cap. 5. 6. *Ibid.* παρὰ τὴν Ἀντιγόνειαν. Articulum inſerui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 6.

Verf. 7. *Verf.* 7. φόβον ἐνεργασάμενοι. Vide Lexic. Polyb. in Ἐνεργάζομαι. Sic & Scaliger in ſuo libro emendavit.

Verf. 9. *Verf.* 9. βοηθήσασιν. Mendoſe βοηθήσουσιν ed. 2 ſqq. ex ſolo Aug.

Verf. 10. *Verf.* 10. πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς. Carent articulo ed. 1. 2. cum Bav. Habent Reg. B. C. cum ceteris codd. *Ibid.* συνήργουν dederunt Vat. Flor. & Vrſini codex. Sic & ſuſpicatus erat Reiſkius.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. περιπεσεῖν τινι τῶν δεινῶν. τισὶ ed. 1. 2. cum Bav. τινῶν Vrb. Aug. Reg. A. Sic & primum fuerat in Vat. ſed dein eraſa terminatio ων, ut ſuperſit τιν, quod valet τινι, quandoquidem extrema litera vocalis ſæpiſſime a librariis per ſcripturæ compendium omittitur. τινι autem expreſſum eſt in Flor. & in Reg. B. C. e quibus adoptavit Caſaub. Fragmentum aliquod ex hoc capite excerptum exhibere CODICEM VRBINATEM, monui in Præf. ad Tom. I. p. XLVII. ubi & reliqua Fragmenta indicavi, quæ ex hoc libro excerpſit Compilator.

Verf. 2. *Verf.* 2. περιβαλεῖν αὑτούς. Sic h. l. edd. & ſcripti omnes, excepto Bav. & Reg. C. qui αὐτοὺς dant. *Ibid.* πασχόντων. παρασχόντων Flor.

Verf. 3. *Verf.* 3. τὴν αὑτῶν ἀβουλίαν. Sic Vrb. Aug. Reg. A. C. αὐτῶν edd. cum Bav. neſcio an & Vat. & Flor.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἃ δή. Sic recte ed. 1. cum msstis omnibus, præter Aug. ex quo ἅ τε δὴ imperite edebatur inde ab Hervagio.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐγχειρίσαι. ἐγχειρῆσαι Flor. male.

Verf. 6. *Verf.* 6. αὑτοῦ τοῦ συστ. reſtitui ex ed. 1. 2. conſentientibus msstis. Temere Caſaubonus τοῦ αὐτοῦ συστ. quod bene haberet, & ita ſcriptum oporteret, niſi ſequeretur ἐκείνου. Idem ſonat, & aliquanto etiam ſignificantius eſt αὑτοῦ τοῦ συστήματος ἐκείνου, quam τοῦ αὐτοῦ συστήματος.

Verf. 7. *Verf.* 7. ἐπεβάλοντο διαρπάζειν τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν. De Syracuſanorum mercenariis I. 43, 2. dixerat

xerat ἐπεβάλλοντο παρασπενδεῖν τοὺς Ἀκραγαντίνους. In eorum vero numero, qui Lilybæum Romanis prodere moliti erant, Gallos memorat ibid. c. 43, 4. Verbum quod adtinet, ἐπεβάλλοντο ſcribere juſſerunt Scaliger, Gronovius in Notis msstis, Reiſkius; Erneſtus. Recte. Nihil vulgatius uſitatiuſque hoc verbo apud Polybium; & nihil ſolennius librariis, quam ſyllabarum υπ & επ confuſio, ob ſimillimum ſcripturæ nexum. Si pertinacius defendere ὑπεβάλλοντο velles, vertendum foret *ſuggeſſerunt ſibi invicem, hortati ſe ſunt inter ſe;* quandoquidem ὑποβάλλειν eſt *ſuggerere alicui aliquid*, unde nomen ὑποβολή, *ſuggeſtio, monitum*, quod Polybio vindicavi IX. 24, 3. Verſ. 7.

Ibid. ὄντες τότε πλείους τῶν τρισχιλίων. Sic ex Reg. B.C. recte edidit Caſaub. Nempe ita & Vat. & Flor. pro τῶν χιλίων, quod eſt in ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Veram iſtam eſſe ſcripturam, intelliges, ſi I. 77, 4 ſq. contuleris cum II. 5, 4.

Verſ. 8. παρεισαγαγόντων. Sic ſcripti omnes. Temere παρεισαγόντων edd. Verſ. 8.

Verſ. 11. δημοκρατίας. Temere δημοκρατείας edd. errore ex ed. 1. propagato. Sic tamen & Reg. A. *Ibid.* ἐγχειρίσαντες. Mendoſe ἐγχειρήσαντες Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* οὗτοι. Ferri hoc poteſt: ſed tamen non dubito, αὐτοὶ ſcripſiſſe Polybium; ni, tenens hoc loco οὗτοι, deinde αὐτοῖς αὐτοὶ αἴτιοι legere malis. Aut αὐτοὶ, aut οὕτω legendum ait Reiſkius, & provocavit ad cap. 9, 3. Verſ. 11.

Verſ. 12. περὶ μὲν οὖν τῆς Ἠπειρωτῶν ἀγνοίας. — „ἄγνοια reſpondet latino *error*, & uſurpatur a Polybio pro ἄνοια, *ſtultitia*. conf. Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 566." REISKIVS. — Vide Polyb. I. 68, 1. II. 58, 13. Alia loca Index dabit. *Ibid.* ἔκρινον ex Aug. adſcivit Hervag. cum quo faciunt Vat. Flor. Reg. A. Bene h. l. habebat Aor. primus ἔκρινα. Verſ. 12.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τοὺς πλοϊζομένους ἀπ' Ἰταλίας. Casaubonus, *qui ex Italia navigabant:* at id græce eſt τοὺς πλέοντας ἐξ Ἰταλίας. πλοΐζεσθαι eſt *mare exercere, commercium maritimum exercere.* οἱ ἀπ' Ἰταλίας ſunt Italiæ incolæ, Itali, ut οἱ ἀπὸ τῆς χώρας, *ruſtici, qui rure habitant,* II. 6, 8. Sunt ergo οἱ ἀπ' Ἰταλίας πλοϊζόμενοι i. q. οἱ Ἰταλικοὶ ἔμποροι verſ. ſq.

Verf. 2. *Verf.* 2. καὶ πλείους, *complures etiam.* Reiſkius, h. l. inter καὶ & πλείους aliquid deeſſe ratus, non recordatus eſt illius moris, Polybio inprimis familiaris, ante vocabula πλείους, πλείω, λίαν, & ſimilia, particulam καὶ per pleonaſmum aliquem, nec otioſum prorſus, nec inelegantem, adjiciendi; quem uſum notavi ad I. 20, 6. & ipſe deinde Reiſkius notat ad III. 108, 4. conf. I. 81, 10. II. 11, 11. &c.

Ibid. εὐθὺς μὲν ἐσύλησαν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* ἀνῆγον. ἀπῆγον voluit Scaliger. Sed vide ad I. 82, 2.

Verf. 3. *Verf.* 3. Κορογκανίους. Mendoſe Κοροικανίους Aug. Plinius XXXIV. 6, 11. P. Iunium & Titum Coruncanum legatos ab Teuta, Illyriorum regina, interfectos prodit.

Verf. 5. *Verf.* 5. τὴν Ἴσσαν. Iſſa, inſula cum cognomine oppido, haud procul Pharo. De ea confer infra cap. 11. Iſſæos vivo adhuc Agrone, qui dominus inſulæ erat, deſciviſſe a rege & in Romanorum fidem ſe tradidiſſe, ait Dio, Legat. XI. T. I. ed. Reimari Fragm. CLI. p. 63. conf. Appian. Illyr. cap. 7.

Verf. 8. *Verf.* 8. πειρᾶσθαι. πειράσεσθαι maluit Reiſk. Sed bene habet tempus præſens, *operam ſe dare.* Taceo quod ſæpe præſens ſignificatione futuri uſurpetur. *Ibid.* κωλύειν Ἰλλυριοὺς τῆς κατὰ θαλ. ὠφελείας. Tenui hoc, quod editum erat ex Bav. Et hac ſane conſtructione aliâs pariter utitur Polybius. Sed altera illa, quam ceteri præferunt codices, *cum dativo perſonæ & accuſativo rei*, quo inſolentior, eo minus fortaſſe ex librariorum ingenio nata videbitur nonnullis, & incultiori Polybii ſtylo haud indigna.

Verſ.

Verf. 10. τὰ κατ' ἰδίαν. τὰ caret ed. 1. operarum errore. Verf. 10.

Verf. 11. ἐφετῶς καί. Sic editum ex Bav. In ora codicis Vrbinatis, ubi exhibetur & Teutæ dictum, & legati refponfum, prorfus abfunt duo ifta verba. In Aug. & Reg. A. τῶς & καὶ ab alia manu adfcripta funt. Ex Flor. tamen nihil difcrepantiæ enotavit Gronov. Quidquid fit, incunctanter editum velim ἔφη, ταχέως &c. Inauditum Græcis vocabulum ἐφετῶς. *Ibid.* ἀναγκάσαι σε. σε carent Aug. & Reg. A. Verf. 11.

Verf. 12. ὡς ὀλιγωρησ. Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. & Flor. Quod ὡς καὶ ὀλιγ. edidit Cafaub. id fecit monitus a Scaligero. *Ibid.* In ἀποπλέουσιν confentiunt fcripti libri omnes. ἀποπλεύσιν ed. 1. errore operarum; & novo errore ἀποπλεύσειν ed. 2. quare verbum μέλλουσιν excidiffe fufpicatus eft Scaliger. ἀποπλεύσασιν ed. 3 feqq. ex Cafauboni ingenio. *Ibid.* ἐπαποστεῖλαι, Perperam ἀποστεῖλαι Aug. *Ibid.* τὸν παῤῥησιασάμενον &c. *liberioris dicti auctorem necarunt.* Pariter *unum ex legatis occifum* legimus in Epit. Liv. XX. Contra Dio l. c. alios vinctos, alios occifos effe prodidit. Confer Appian. Illyr. c, 7. Flor. II. 5. Orof. IV. 13. Eutrop. III. 1. Verf. 12.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verf. 2. διὰ πόρου, *recto curfu, per medium mare;* cui opponitur navigatio, fecundum oram inftituta. conf. Adnot. ad I. 39, 6. *Ibid.* προσέσχε τὸν τῶν Ἐπιδαμν. λιμένα. Rara ftructura, ac nefcio an ullibi aliâs obvia, προσέχειν τὸν λιμένα, & velut de latina phrafi *portum tenere* ducta. Cum tertio cafu, aut cum præpof. πρὸς vel εἰς, conftrui hoc verbum folet. Verf. 2.

Verf. 3. ἀκάκως. Amat hoc verbum Polybius, quod haud dubie reftitui ei hic debuit. Sic & Perottus, *fecuri & nil tale fufpicantes.* In mendofam fcripturam, quae vulgo hunc locum obfedit, confentiunt codices noftri omnes. *Ibid.* εἰσελθόντες. Raro accidit, ut, ubi gra- Verf. 3.

Verf. 3. vior aliquis error turbavit orationem, folus is maneat. *εἰσελθόντων* dabant veteres codices omnes. Medelam errori adlaturi recentiores, *εἰσῆλθον γοῦν* fcripfit Reg. B. & *εἰσῆλθον γὰρ* Reg. C. *εἰσελθόντες* edidit Cafaub. monente Vrfino & Scaligero. *Ibid.* *οὕτω.* In *οὗτοι* confpirant libri fcripti cum editis.

Ibid. *ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τοῦ πυλῶνος.* — „*πύλη* eft *porta* ipfa; *πυλὼν* totum *ædificium*, *in quo funt αἱ πύλαι, turris, per quam aditus ad urbem patet & clauditur.*" REISK.

Verf. 4. *Verf.* 4. *ἐνεργῶς τῆς ἀπὸ τῶν πλοίων βοηθείας.* Non fatis commodum hic videtur effe adverbium. Sufpicatus eram *ἐνεργοῦ*, conf. I. 42, 10. & fic foret *ἐνεργὸς βοήθεια*, *validum auxilium.* Si teneamus *ἐνεργῶς*, erit *cito*, ut interpretatus eft Cafaub. vel *celeriter;* qua notione ipfum etiam adjectivum accipitur II. 3, 2. *ἐνεργὸν ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν*, *raptim exfcenfione facta*, & IV. 67, 7. *ἐνεργὸν πεποιημένος τὴν πορουσίαν.*

Verf. 5. *Verf.* 5. *ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς πόλεως,* Caret præpofitione Aug.

Verf. 7. *Verf.* 7. *προπλέουσι* fcribendum jam olim monuit Cafaub. in ora Bafil. referente Merico, quod in contextum recipere non dubitavi.

Verf. 8. *Verf.* 8. Verbum *δεόμενοι* Cafaub. inferuit, præeunte Vrfino, qui illud haud dubie in fuo codice invenerat; nam fic & Vat. & Flor. *Ibid.* *σφᾶς αὐτούς.* Non fatis video, quæ vis fit hoc loco junctorum horum pronominum, nifi *σφᾶς* quidem ad *ἀναστάτους*, *αὐτοὺς* vero ad Achæos & ad verbum *περιϊδεῖν* referatur. *Ibid.* *ἀναστάτους γενομένους.* Cafaub. *fedibus fuis pelli.* Ad quæ verba GRONOVIVS in ora fui libri monuit: „cur non *fortunis?* illud enim nimium eft." Recte. *ἀναστάτους ποιεῖσθαι* eft *urbem evertere, agros populari*, IV. 25, 4. IV. 27, 6. Nam & *χώραν ἀνάστατον ποιεῖν* legimus XXII. 18, 2. XXVIII. 8, 3.

Verf. 9. *Verf.* 9. *ἐπλήρωσαν - - δέκα ναῦς καταφράκτους· καταρτίσαντες δ' ἐν ὀλίγαις.* — „Primum verbum fignificat, *na-*

ves illas πληρώμασιν, hoc est, *nautis & remigibus*, *esse instructas*; [conf. ad I. 47, 8.] alterum, ἐπιβάταις, h. e. *milite classiario ceteroque apparatu*." REISKIVS. — Subtiliorem, quam veriorem, esse hanc distinctionem, intelligitur ex illis locis, ubi legimus πληρώμασι καταρτίζειν τὰς ναῦς, ut I. 47, 6. & ταῖς εἰρεσίαις καταρτίζειν, ut V. 2, 11. De verbo καταρτίζειν conf. ad I. 21, 4. πληροῦν aut idem est cum καταρτίζειν, aut ad *numerum* potissimum pertinet. conf. V. 3, 3. Vers. 9.

Ibid. ἐπὶ τῆς Κερκύρας, *versus Corcyram*; nam in ipsam insulam non pervenerunt. Inest autem ista vis præpositioni ἐπὶ cum genitivo constructa. Postquam in codicibus omnibus τῆς in τὰς erat corruptum, scriptura codicis Bav. ex critici hominis ingenio nata esse videtur. conf. cap. 11. vers. 2 & 6.

CAPVT X. Cap. X.

Vers. 1. Mendose, & invitis codicibus, ed. 1. 2. & Reg. B. ἀντκναχθέντας. *Ibid.* Παξούς. Ad h. l. est scholion in ora Vat. & Reg. A. Παξοί· νησίδες εἰσὶ β'. Vers. 1.

Vers. 2. Ἀκαρνᾶνες. Ἀκαρνάνες h. l. Bav. Reg. A. B. Vers. 2.

Vers. 3. τοὺς παρ' αὐτῶν λέμβους. παρ' αὐτῶν idem valet, quod simplex genitivus αὐτῶν. conf. ad III. 9, 2. πλαγίους. πλαγίως Flor. sed superscr. ους. *Ibid.* συνήργουν. Ernestus quid spectarit, cum συνείργουν scriberet, aut cur συνήργουν improbaverit, non video; ipsius autem voluntate hoc in συνείργουν esse mutatum, declarat ipse in Præfat. p. XX. Vers. 3.

Vers. 4. τρώσαντα. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod quum criticus ille, cujus ex ingenio natæ sunt haud paucæ lectiones codicis Bavarici, non intelligeret, quoniam ad Illyricas naves retulerat hoc verbum, & sequens ἐδυσχρήστουν active acceperat, temere in προσεγγίσαντα mutavit. *Ibid.* ἐδυσχρήστουν. ἐδυσχρηστοῦντο voluit Reiskius. Et sic aliàs quidem plerumque in passivo usurpatur hoc verbum, atque etiam in re simillima lib. XVI. 3, 5. Vers. 4.

Verf. 4. 3, 5. *προσκρεμαμένου τοῦ πλοίου αὐτῇ, ἐδυσχρηστεῖτο (ἡ δεκήρης) καὶ δυσκίνητος ἦν πρὸς πᾶν.* ubi in verfione latina, pro *magnis incommodis adfecta*, fatis fortaffe fuerat *impedita*. Sed & in activa forma eadem notione ufurpatur *δυσχρηστεῖν*, ut I. 75, 7. *ἐδυσχρήστει περὶ τὴν ἔξοδον.*

Verf. 5. *Verf.* 5. Μάρκος ὁ Κερυνεύς. Miratur *Marci* nomen Reifkius in homine græco, & Μόρκος legendum fufpicatur, quod nomen occurit XXIX. 2, 9. Sed Morcus ille alius eft, & in hujus Marci nomine nil variant libri, nec hoc loco, nec II. 41, 14. (nifi quod ibi Μάργος per γ dant) nec II. 43, 2. Quod vero Κερυνεὺς fcripfi pro Καρυνεὺς, quod dabant h. l. libri, ratio exponetur ad II. 41, 8. conf. 43, 3. Nec tamen diffitear, literam α ex Dorica dialecto locum fortaffe fuum tueri poffe.

Verf. 6. *Verf.* 6. *πιστ. τῷ ταχυναυτ. τὸ ταχ.* mendofe Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* *ἐπουρώσαντες. ἐπορούσαντες* Aug. male.

Verf. 7. *Verf.* 7. *ῥαδίως ἐχρήσατο τῇ πολιορκίᾳ.* Imprudente me fervata Cafauboni verfio eft, *facilem victoriam habuerunt*; cum oportuiffet *facilem obfidionem habuerunt*, ut jam Gronovius monuit.

Verf. 8. *Verf.* 8. *βραχὺν ἔτι.* Sic recte edd. cum Bav. Mendofe ὅτι, pro ἔτι, Vat. Flor. Aug. Reg. A. quæ & aliâs confufa funt a librariis. Conf. Lexic. Polyb. in ἔτι.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Γνάϊος μὲν Φουλούϊος. Sic recte Vat. & Flor. & h. l. & cap. 12, 1. & Γνάϊος rurfus hoc cap. verf. 2. Confer Pighii Annales ad hos Confules. Eodem modo correxit in ora fui libri Scaliger. Vulgo mendofe ubique Γάϊος. Ferri poteft Φολούϊος, quod vulgo habent hic & cap. 21, 1. Sic enim folent fere græci librarii.

Ibid. Αὖλος δὲ Ποστούμιος. *Lucium* hunc vocant Annales & Eutropius. Notius & vulgatius Poftumiorum cognomen *Aulus* fuit; unde nata confufio. Mendofe Ποστούλιος Aug. & Reg. A. fed in hoc alia manus fuperfcripfit Πεσθούλιος.

Verf.

Verſ. 2. ἐπιβολὴν ἔσχε πλεῖν. Sic cum Reg. B. C. correxit Caſaub. Perperam πλεῖον ed. 1. 2. conſentientibus veteribus msstis. πλέων ſcribere Vrſinus juſſerat. ἐπιρρυλὴν ed. 2. operarum errore. Verſ. 2.

Verſ. 3. ὑστερήσας τοῦ καιροῦ. In mendoſum τὸν καιρὸν cum ed. 1. 2. conſentiunt veteres libri omnes. τῶν καιρῶν ed. Caſaub. & ſeqq. ex correctione, quæ eſt in Bav. Prætuli correctionem codicum Reg. B. C. quia unum modo erat tempus, de quo hic agitur. Eodem modo correctum in ora codicis Voſſiani; & ſic ſcribere etiam juſſit Gronov. in Notis msstis. conf. IV. 22, 2. VI. 18, 3. *Ibid.* ἅμα μὲν ἐπιγνῶναι. Particula μὲν omiſſa in ed. Caſaub. & ſeqq. operarum errore. *Ibid.* σαφῶς τὰ γεγονότα. τὰ γεγονότα σαφῶς ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐπαγγελλόμενος adſcivi ex Vat. & Flor. Sic & ex conject. corrigere juſſerat Scaliger & Reiſk. Perperam vulgo ἀπαγγελλ. *Ibid.* ἐγχειριεῖν. ἐγχειρεῖν ed. 1. operarum errore; hinc & ed. 2. & Reg. B. C. Verſ. 4.

Verſ 5. παρέδοσαν. Sic veteres codd. omnes & Reg. C. Mendoſe παρέδωσαν ed. 1. 2. παρέδοκαν Reg. B. Hinc παρέδωκαν edidit Caſaub. quod tenuere poſteriores editores. *Ibid.* ἔδωκαν. ἔδωσαν Reg. B. ἔδοσαν Reg. C. invitis reliquis omnibus. *Ibid.* παρακληθέντες. Caſaubonus: *Romanorum hortatu.* De qua interpretatione dubitare licet cum Erneſto, qui in Lex. Polyb. monuit, non opus fuiſſe adhortatione Romanorum, ut patet ex ſeqq.. Interpretatus ſum ac ſi eſſet παρακαλέσαντες ἑαυτούς, *ſe invicem cohortati.* *Ibid.* τὴν τῶν Ἰλλυριῶν. τῶν negligunt Flor. Aug. Reg. A. forſan & Vat. Verſ. 5.

Verſ. 6. Κερκυραίους. Κορκυραίους h. l. ed. 1. 2. 3. 4. invitis msstis, errore primæ editionis. Verſ. 6.

Verſ. 7. Βρεντεσίου recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sic per ε in ſecunda ſyllaba ut plurimum ſcribi hoc nomen a Græcis, adnotavit Cluverus Ital. Antiq. p. 1245. Et ſic conſtanter apud Strabonem, & apud Appianum codices fere omnes; & apud Polyb. X. 1, 10. XXX. 17, 7. Te- Verſ. 7.

nui tamen Βρεντήσιον XXII. 7, 16. & ſic Stephanus Byz. & Suidas.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. προσέχειν recte dedit Vat. cum ſuis ſequacibus; quod temere & imperite in προσελθεῖν mutavit Bav.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τοὺς Ἀρδιαίους. τοὺς Σαρδιαίους ed. 1. 2. conſentientibus h. l. omnibus ſcriptis libris. Sed recte cap. 12, 2. τῶν Ἀρδιαίων Vat. Flor. Aug. Reg. A. ubi ſolus Bav. τῶν Ἀρδυαίων per υ dat, quod ibi tenuerunt editi & Reg. B. C. unde & h. l. Caſaubonus τοὺς Ἀρδυαίους edidit. Litera Σ initio vocabuli ex fine præcedentis vocis adhæſit; ſed & alibi paſſim pervulgatus is error eſt apud Strabonem locis nonnullis, & conſtanter apud Zonaram; de quo errore monuit Valeſius ad Excerpt. ex Dione p. 21. edit. Reimari, & ipſe Reimarus ad Excerpta Vrſini ex eodem Dione p. 63. In medio autem nomine vocalem υ nemo ex veteribus ſcriptoribus agnoſcit, ſed omnes in jota conſentiunt. Nam quod apud Livium XXVII. 30. *Ardyæi* editur, id a Io. Frid. Gronovio eſt introductum, qui eam ſcripturam ex Caſauboniana Polybii editione ſumſit. Apud Appianum Illyr. cap. 3. in ſcripturam Ἀρδιαῖοι bis codices omnes conſentiunt. Eoſdem inſequenti tempore *Vardæos* nominatos eſſe, Strabo docet lib. VII. p. 315. conf. I. Frid. Gronov. ad Livii locum citat. & nos ad Appiani Illyr. cap. 10.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθεινῶν &c. Cum hiatus eſſet in oratione, Reiſkius deinde ante δεξάμενοι inſerenda ſuſpicatus eſt verba οἱ δέ. Enimvero & commodior ad orationis ſtructuram, & ceteroquin levior expeditiorque medendi ratio fuerit, ſi ante οἱ παρὰ inſeramus ὧν, quod pronomen a vocab. præcedente, in eaſdem literas exeunte, abſorptum eſt. Accedit, quod in cod. Flor. inter πλειόνων & οἱ παρὰ nonnihil ſpatii relictum eſt. Et hæc quidem emendatio, ὧν οἱ παρὰ τῶν Παρθ. abſque hæſitatione in contextum videtur recipienda; quod neſcio quo pacto noſtram effugerit diligentiam. Populus, qui Παρθεινοὶ h. l. nominantur, Παρθινοὶ vocantur VII. 9. 13.

(nam

(nam Παρθινῶν ibi cum accentu in ultima debuit edi, non Παρθίνων,) ſic & apud Strabonem & Dionem; Latinis *Parthini* & *Partheni*. Apud Stephanum Byz. ex Polybio, ut videtur, Παρθηνοὶ citantur. Præter geographos confer Fabricium ad Dionem XLI. 49.

Verſ. 13. περὶ Νουτρίαν. Satis ne ſanum ſit hoc nomen, doctiores viderint. *Nutriam* oppidum nulli alii ſcriptori memoratam reperi: hoc video, pro eo, quod apud Polybium eſt περὶ Νουτρίαν, apud Dionem in Legat. XI. (pag. 64. edit. Reim. Fragm. CLI. cap. 3.) eſſe περὶ τὸν Ἀτύριον λόφον, *propter collem Atyrium.* *Ibid.* ἀπέβαλον. ἀπέβαλλον Aug. Reg. A. *Ibid.* καὶ τὸν ταμίαν. καὶ τῶν ταμιῶν Flor. Ex Vat. autem nulla diſcrepantia adfertur. Verſ. 13.

Verſ. 14. ἐκυρίευσαν δὲ καὶ λέμβων εἴκοσι τῶν ἀποκομιζόντων τὴν ἐκ τῆς χώρας ὠφέλειαν. Cum in dubio eſſet poſitum, quid diceret h. l. τὴν ἐκ τῆς χώρας ὠφέλειαν, videbatur nobis ſignificari *fructus* & *reditus* omnis generis, *ex agris* & ex regione, reginæ ſubjecta, *devectos.* Non eſt autem diſſitendum, ὠφέλειαν plerumque eſſe *prædam*, ut I. 20, 1. II. 3, 8. II. 8, 8 &c. Quam notionem tenens Caſaubonus, verba iſta vertit, *capti ſunt & lembi viginti, præda onuſti redeuntes:* & habet conſentientem Dionem, apud quem in ecloga, paulo ante citata, legimus, καὶ τὰ πλοῖα αὐτῆς (τῆς Τεύτας) μετὰ χρημάτων λαμβανόντων (τῶν Ῥωμαίων,) id eſt, *Romanis navigia ejus cum pecuniis intercipientibus.* Vnde venerint iſti lembi, non expreſſit Caſaubonus, nec declaratur in Fragmento Dionis, ſed adjecit ex ipſo Dione Zonaras, Annal. VIII. 10. *ex Peloponneſo naves illas adveniſſe.* Commodiſſime id quidem per ſe; ſed, quo pacto apud Polybium verba ἐκ τῆς χώρας ad Peloponneſum poſſint referri, aut quænam omnino verborum iſtorum apud Polybium vis ſit, haud ſane adparet. Verſ. 14.

Verſ. 15. εἰς τὸν Ἄρβωνα. Sic veteres libri Polybiani omnes. Et apud Steph. Byz. mutato ſolum accentu, editur: Ἀρβών, πόλις Ἰλλυρίας· Πολύβιος δευτέρᾳ: ubi Berkelius Verſ. 15.

Verſ. 15. kelius quidem *Arbam* intelligit, Scardonæ inſulæ oppidum, Ptolemæo memoratum lib. II. extr. & Plinio III. 21, 25. qui tamen ipſam Arbam inſulam perhibet. Sed, ut taceam nominis diſcrepantiam, Arba iſta Liburniæ eſt, & longius ab Iſſa ſeptemtrionem verſus ſita, quam ut hic commode intelligi poſſit. Situs ratio *Naronam* ſuadet, ſatis notam Dalmatiæ urbem, ex adverſo Phari vel Phariæ inſulæ haud procul a mari ſitam; (conf. Plin. III. 22, 26.) quæ cum apud Ptolemæum lib. VIII. p. 227. (edit. P. Bertii) ἡ Νάρωνα dicatur, apud eumdem Ptolemæum lib. II. c. 17. p. 66. Ναρβονὰ κολωνία, & in probatioribus codicibus (ut monuit Weſſeling. ad Antonini Itinerar. p. 338.) Ναρβῶνα ἐπίσημος κολωνία ſcribitur; ſive quod utroque modo, *Narbona* & *Narona*, nominata fuerit; ſive quod (quemadmodum ſuſpicatur Cellarius Orb. Ant. II. 8. p. 620.) oſcitanter librarii gallicum nomen in Dalmatiam tranſtulerint. Quidquid ſit, ſi, ut credi poteſt, librariorum is error eſt, unde in Ptolemæi codices irrepſit, indidem in Polybianos potuit intrare. Quod autem initiali etiam litera truncatum nomen apud Polybium eſt, id quidem eo minus turbare nos debet, quandoquidem hæc litera ſimilis ei fuit, in quam deſinit vox præcedens. Imo Perottus, qui *Narbona* h. l. ſcripſit, τὸν Νάρβωνα in ſuo codice inveniſſe videtur. Quod vero pariter Stephanus Byz. abſque litera N initio vocis nomen hoc ex Polybio retulit, id quidem nihil aliud, niſi veterem eſſe hunc errorem, arguit: niſi etiam hac parte diverſum fuiſſe veterum uſum ab uſu ſequiorum temporum ſtatuamus, ut, quæ *Narona* dein dicta fuit, eadem *Arona* vel *Arbona* aut *Arbon* Polybii ætate fuerit nominata.

Verſ. 16. *Verſ.* 16. Ῥίζονα & Ῥίζονι. Præferenda videtur altera ſcriptura, Ῥίζωνα & Ῥίζωνι. Certe apud Steph. Byz. gentile nomen ὁ Ῥιζωνίτης ſcribitur; & apud Ptolemæum Ῥιζωνικὸς κόλπος. Sed rurſus apud Strabonem lib. VII. p. 314. ὁ Ῥιζονικὸς κόλπος per o breve vulgo effertur.

Verſ.

Verf. 17. τοὺς πλείους. Nefcio an in hanc fcripturam confentiat Flor. e quo certe nulla difcrepantia enotata eft. Verf. 17.

CAPVT XII. Cap. XII.

Verf. 1. Γναῖος μὲν οὖν Φουλούϊος. Vide ad cap. 11, 1. οὖν caret Flor. *Ibid.* τῆς τε ναυτικῆς καὶ πεζικῆς. Sic vulgatur inde ab edit. Hervagii; & nihil varietatis notatum video ex Vat. & Flor. In ed. 1. vero & Reg. B. C. ex Bav. inverfo ordine legitur τῆς τε πεζικῆς καὶ ναυτικῆς. In Aug. & Reg. A. τῆς τε ναυτικῆς καὶ τῆς πεζικῆς. Verf. 1.

Verf. 2. ὑπολειπόμενος τετταράκοντα σκάφη. Poft ὑπολειπόμενος diftinguere juffit Gronov. in Notis msstis, & verba τετταράκοντα σκάφη ad fequentia trahere. Nil opus. Vide Notata ad I. 29, 9. Vim hujus dictionis commode Reifkius his verbis expreffit, *cum fibi curaffet a collega relinqui.* Quod autem ὑπολιπόμενος in Aor. 2. voluit Reifkius, eadem quidem fcriptura fimul cum altera indicari videtur in Bav. fed parum refert, nec eft cur a vulgata difcedamus. *Ibid.* τῶν Ἀρδιαίων. Vide ad cap. 11, 10. Verf. 2.

Verf. 3. πάσης ἀναχωρήσειν τῆς Ἰλλυρίδος *&c.* Paulo uberius leges hujus pacis expofitas vide apud Appianum. *Ibid.* τὸ συνέχον vulgo ut abfolute per fe pofitum accipiunt, non ut conjunctum cum eo quod fequitur ὃ μάλιστα &c. qua ratione Cafaub. vertit, *& quod præcipuum erat, maximeque ad Græcos pertinebat.* Et fic fane frequentiffime apud Polybium phrafis illa καὶ τὸ συνέχον ufurpari folet, *quod præcipuum, quod maximum eft, quod rei fummam continet.* At commodius tamen hoc loco vifum eft, iftud τὸ συνέχον ad id quod fequitur referre: etenim Græcis quidem utique hoc maximum fuit; Romanis *magnum,* nec tamen *maximum.* Verf. 3.

Ibid. μὴ πλεύσειν. Sic, non repetita particula καὶ, dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrfini codex. *Ibid.* ἔξω τοῦ Λίσσου. Confer III. 16, 3. (ubi Λίσσου fcriptum oportebat, non Λισσοῦ,) & IV. 16, 6.

Verf. 4. *Verf.* 4. *ἀπελογίσαντο.* Ex Flor. quidem nulla varietas adnotata eft; fed ceteri libri omnes in *ἀπελογήσαντο* confentiunt, ut fæpe aliâs, ubi eadem notione *exponendi, rationem reddendi, commemorandi*, accipitur hoc verbum. Nec tamen vitio vertendum Cafaubono, quod *ἀπελογίσαντο* correxit: nam verbum *ἀπολογεῖσθαι* ifta fignificatione nufquam certa & perfpicua ratione ufurpatur; contra, quoties verbum *ἀπολογίζομαι* tali quadam forma occurrit, quæ minus obnoxia eft aberrationi librariorum, (nempe in tempore præfente aut imperfecto, ubi non fola vocali jota, fed & confona ζ diftinguitur a fuo æmulo,) nufquam ibi diffentiunt codices. Vide Lexic. noftrum Polyb. & conf. Wesfeling. ad Diodor. T. II. p. 623. l. 51. Accedit ufus nominis *ἀπολογισμὸς* eadem notione cum verbo *ἀπολογίζομαι*, a quo derivatur; cum contra fignificatio nominis *ἀπολογία* femper fequatur notionem verbi fui *ἀπολογεῖσθαι*.

Ibid. *παρανέγνωσαν* recte Cafaub. ex Reg. B. C. confentientibus Vat. & Flor. Mendofe *παρενέγνωσαν* ed. 1. 2. cum Bav. *παρέγνωσαν* Aug. Reg. A. — „*παρανέγνωσαν*, id eft, *ἀνέγνωσαν παρ᾽ αὐτοῖς*, *apud ipfos, coram ipfis* (Achæis puta Aetolifque) *recitarunt.* Illa vis ineft præpofitioni *παρά*. Sic *παραναγινώσκειν νόμον* dixit Demofth. p. 184, 22. & p. 448. penult. & Diodorus Sicul. I. p. 82." [c. 70.] REISKIUS. Verbo *παραναγινώσκειν* rurfus utitur Polyb. III. 21, 5. Conf. Reifkii Indices Græcitatis Demofthenex & Aefchineæ in hoc verbo, & Taylori Annotat. ad Demofth. Orat. pro Corona, in Apparatu Critico ad Demofth. edit. Reifk. Vol. I. p. 188.

Verf. 7. *Verf.* 7. *ἐπιπλοκὴ μετὰ πρεσβείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους.* Conf. I. 3, 4. & V. 105, 4. *Ibid.* Verbis *τοιάδε καὶ* caret ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav.

Verf. 8. *Verf.* 8. *καὶ πρὸς Ἀθηναίους.* Abeft h. l. præpofitio ab ed. 1. Reg. B. C. & Bav. *Ibid.* *ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους* &c. — „*Admittebant, approbabant, confentiebant, fibi patiebantur approbari.* Romani ergo, feu qui alii

eorum

eorum nomine, postulaverunt a Corinthiis, ut eos jure ludorum Isthmicorum donarent: quam conditionem illi, rogati, non repudiabant, sed acceptabant.“ REISKIUS.

CAPUT XIII. Cap. XIII.

Verf. 1. Ἀσδρούβας. Confer cap. 1. hujus libr. *Ibid.* οὐ μικρά. οὐ σμικρὰ Aug. Mendose οὐ μικρὸν Vat. οὐ μικρὰν Flor. *Ibid.* οὐ μικρὰ, μεγάλα δέ. Pleonasmi genus, de quo jam dixi ad I. 64, 6. Eodem fere modo Socrates apud Platonem in Critone, cap. 3. οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι, ἀλλὰ σχεδὸν τὰ μέγιστα, cum ad sententiam satis per se fuisset οὐ τὰ σμικρότατα. Vers. 1.

Verf. 2. εὐφυέστερον καιρὸν λαβόντες. Vide lib. X. cap. 8 & 10. Vers. 2.

Verf. 4. ἐπικεκοιμημένους. Cum in ed. 1. 2. operarum errore esset ἐπικεκημημένους, Reiskius, e codd. msstis hoc manasse ratus, suspicatus erat ἐπικεκηλημένους, quod & Casaubono aliquando in mentem venerat. *Ibid.* προϊμένους. Sic ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. a quibus non satis caussæ fuit cur discederet Casaubonus, προεμένους scribens. Mendose προϊμένους Vat. Flor. Aug. Reg. A. προειμένους suspicatus erat Gronov. & Reisk. Vers. 4.

Verf. 5. διὰ τὸ τὸν ἀπὸ τῶν Κελτ. φόβον. Correxit Ernestus, monente Gronovio in Notis, cum imperite ubique & invitis msstis editum esset διὰ τὸ τῶν ἀπό. Sic nempe fuerat statim in Bav. sed mox correctum ab ead. manu. Vers. 5.

Verf. 6. καταψήσαντες. Mendose κατακύψαντες Aug. *Ibid.* Ἀσδρούβαν. Ἀσδροῦβαν Aug. Reg. A. & sic mox iterum iidem. *Ibid.* ἐγχειρεῖν. ἐπιχειρεῖν voluit Scaliger, citra necessitatem. *Ibid.* ὑπολαμβάνοντες. ὑπολαμβάνοντας Vat. Flor. male. *Ibid.* τούτους ἔχοντες. Caret τούτους ed. 1. cum Bav. sed habent Reg. B. C. cum ceteris. conf. ad cap. 15, 1. Vers. 6.

Verf. 7. Ἰβηρίαν. Mendose ἱκετηρίαν Flor. De fœdere Romanorum cum Asdrubale conf. Appian. Hist. Hispan. Vers. 7

 cap.

Verf. 7. cap. 7. Ceterum quod hic Polybius ait, in fœdere Romanorum cum Afdrubale *nullam reliquæ Hifpaniæ*, fcil. quæ trans Iberum eft, *mentionem fuiffe factam*, Livius contra (lib. XXI. c. 2.) diferte ait, eodem fœdere cautum fuiffe, *ut Saguntinis libertas fervaretur.* Conf. quæ monuimus ad Appiani Hift. Hifpan. cap. 7. Adde Polyb. III. 15, 5. & III. 30.

Cap. XIV.

CAPVT XIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. *ἵνα τὸ τῆς προκατασκευῆς οἰκεῖον συνενώσωμεν.* Poftquam verba hæc in Lexico Polyb. adfcripfit ERNESTVS, hæc fubjicit: — „Sed nec verbum ipfum admodum placet, nec aptum eft loco & conftructioni. Videtur fcribendum *συσσώσωμεν, confervemus.*" — Quæ vera omnino videtur effe conjectura. Quam incommodum enim eft verbum iftud, quod vulgo hic legitur; tam aptum eft hoc, quod in ejus locum fubftitutum maluit vir doctus. Quemadmodum enim *σώζειν τὸ μέτρον, fervare modum,* dicunt, & alia hujufmodi; fic *σώζειν τὸ οἰκεῖον* percommode fuerit dictum. Vtitur autem compofito verbo *συσσώζειν* Polybius nofter, pro fimplici *σώζειν*, cum aliàs, tum X. 47, 10. eadem notione, quæ huic loco convenit. Et in vulgatam quidem fcripturam confpirant libri, qui fuperfunt, omnes: fed, quodfi in antiquo exemplari, confervata (ut fæpe in codice noftro Vat. factum video) extrema litera præpofitionis *σὺν* in compofitione verbi, fcriptum fuiffe ftatuamus ΣΥΝΣΩΣΩΜΕΝ, intelligitur, quam pronus inde fuerit in *συνενώσωμεν* tranfitus.

Verf. 3. *Verf.* 3. *ποία τις.* Caret *ποία* Flor. *Ibid. κατανοεῖν.* Sic fcribere juffit Cafaub. in ora Bafil. & Reifkius in Animadvv. Et eodem modo correxit Scaliger in ora fui libri, ubi fimul *βέλτιον* fcripfit pro *βελτίονα*, quod tamen teneri poffe videtur. conf. cap. 15, 4.

Verf. 4. *Verf.* 4. *συμπάσης* recepi ex Vrb. Vat. & Flor. Et fic omnes dant deinde verf. 7. Sed h. l. vulgo *πάσης*. In Codice VRBINATE exhiberi totam hanc Italiæ fuperioris defcri-

descriptionem a cap. 14, 4. usque cap. 17, 8. monui in Præf. pag. XLVII. *Ibid.* Quod vocab. Ἰταλίας desideratur in edit. 1. id nonnisi operarum errore factum est. *Ibid.* τῷ σχήματι τριγωνοειδοῦς ὑπαρχούσης. Valde improprie *triangularem figuram* a nonnullis tribui *Italiæ*, disputat Strabo lib. V. p. 210. *Ibid.* πρὸς ἀνατολάς. πρὸς τὰς ἀνατολὰς Vrb. bene. Verf. 4.

Ibid. Ἰόνιος πόρος. Mare illud, inter inferiorem Italiam & Græciam Peloponnesumque interfluens, quod aliâs Ἰόνιος θάλασσα, Ἰόνιον πέλαγος, Ἰόνιος κόλπος, *mare Ionium* vel *Ionius sinus* nominari solet, Ἰόνιον πόρον, *Ionium trajectum*, adpellat Polybius: conf. vers. seq. & V. 110, 2. De nominis Ἰόνιος ratione dixi ad Appiani Procem. Romanar. Histor. cap. 3. Breviter Servius ad Virgilii Aeneid. III. 21. *Quidam Ionium, ait, ab Io, Inachi filia, dictum volunt, quod amata hoc mare tranaverit: nonnulli ab Ionio rege, qui in insula, quæ ante Illyricum jacet, regnaverat, dictum tradunt.* Quod autem πόρον, id est *trajectum*, Polybius vocat, non tam ad fabulosum Iûs trajectum respexisse videtur, quam ad hoc, quod *per medium* hoc *mare*, διὰ πόρου, (conf. ad I. 39, 6.) navigandum est eis, qui ex inferiori Italia Græciam petunt. Ionio mari a meridie, inde a Cocyntho promontorio, est illud, quod *Siculum* vocatur, ut docet Polyb. versu seq. A septentrione *Adriaticus sinus* porrigitur, qui cum *Ionio mari* per fretum illud, quod ad Hydruntem & Ceraunios montes est, conjungitur.

Ibid. ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος. *Adriaticus sinus* Græcis vulgo ὁ Ἀδρίας κόλπος dicitur, ut mox vers. 11. vel simpliciter ὁ Ἀδρίας, ut I. 2, 4. Id nomen mari isti ab Adria, vel Atria, Thuscorum colonia, venisse, auctor Livius est V. 33. & Plin. III. 16, 20. Sed ea quum Græcis, teste Stephano Byz. ἡ Ἀδρία dicatur, Polybius, sinum Adriaticum τὸν κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπον h. l. & rursus vers. 11. adpellans, aliam nominis originem debuit spectare; sive a flumine Adria, τῷ Ἀδρίᾳ, cujus mentionem Stephanus

 fecit,

fecit, derivatum ſtatuit hoc nomen; ſive ab Adria, Iaonis filio, de quo vide Euſtath. ad Dionyſ. Deſcr. Orbis v. 92.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *εἰς τὴν μεσημβρίαν.* *πρὸς τὴν μεσ.* Aug. *Ibid.* Κόκυνθος. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Bav. & Perottus. Errore operarum, ex prima editione in codices Reg. B.C. & in ſeqq. editiones propagato, Κόκινθος vulgo hic legebatur. Sed ſic apud Plinium III. 5, 6. *Cocinthos* ſcriptum reperitur, & *Cocinthum* III. 10, 15. *quod eſſe longiſſimum* (ait) *Italiæ promontorium aliqui exiſtimant.* Conf. ad Appian. Civ. V. cap. 110. *Ibid.* *διαιρεῖ δέ.* *διαιρεῖται δὲ* Vrb.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *τὰς ἄρκτους.* *τοὺς ἄρκτους* Flor. Sed infra, verſ. 7. & cap. 15, 8. &c. nulla notatur varietas. *Ibid.* *τὴν μεσόγαιαν.* Tenui hoc ex edit. 4. 5. Et ſic Vrb. Flor. (puto & Vat.) Bav. & mutato accentu *μεσογαίαν* Aug. & Reg. A. *τὴν μεσόγαιον* ed. 1. 2. 3. & Reg. B. C. non male, ſed invitis h. l. veteribus libris. conf. ad II. 16, 2. & Lexic. Polyb.

Ibid. *λαμβ. τὴν μὲν ἀρχήν.* *λαμβ. μὲν τὴν ἀρχὴν* voluit Reiſk. & ſic eſt in Reg. B. C. *Ibid.* *ἀπὸ* Μασσαλίας. conf. cap. 16, 1. *Alpes initium ſumere a Maſſilia* dicens Polybius, Alpium nomine Salyum etiam montes complectitur, ut monuit Caſaub. ad Strab. IV. p. 178.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ἣν δεῖ νοεῖν.* Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. Flor. & Vrb. *ἣν δεῖ καὶ νοεῖν* Aug. & *ἣν δὴ καὶ νοεῖν* Reg. A. in quibus *καὶ νοεῖν* ex *κατανοεῖν* corruptum videri poteſt. cf. II. 14, 3. & 15, 4. *Ibid.* *ὁ νῦν δὴ λόγος.* *ὁ δὴ νῦν λόγος* Aug.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Ἀπεννίνων. Ἀπενίνων ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. *Ibid.* In Σαρδῴου conſentiunt vett. libri, excepto Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *ἐπὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους.* conf. XXXIV. 10, 7.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *τὸν* Ἀπέννινον. Sic recte Aug. Flor. ac neſcio an Vat. Perperam Ἀπέννιον Reg. A. Ἀπένινον ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. *τὸν* Ἀπεννίνων Vrb. & ſic neſcio quo

caſu

casu ed. Casaub. & Gronov. τὸν Ἀπευνίνου ed. Ern. *Ibid.* τρισχιλίους ἑξακοσίους. Sic ed. 1. 2. cum msstis. Nulla cogente necessitate copulam καὶ inseruit Casaub. Ceterum cum hac Galliae Cisalpinae descriptione conferendus Strabo lib. V. p. 211. Vers. 10.

Vers. 11. Σήνης. Σηνῆς Vrb. Vers. 11.

CAPVT XV. Cap. XV.

Vers. 1. Περί γε μὴν τῆς ἀρετῆς &c. De ubertate Galliae Cisalpinae conf. Strab. V. p. 218. *Ibid.* κατὰ τοὺς τόπους, intellige τούτους. Saepissime apud Graecos pronomen οὗτος hoc modo omitti, compluribus exemplis cum aliorum auctorum, tum Polybii, ostendit Reiskius p. 105 sqq. ad II. 13, 6. Sic cap. 16, 5. τῆς πλευρᾶς, intell. ταύτης. I. 81, 10. τῆς δὲ διαθέσεως, pro ταύτης δὲ τῆς διαθέσεως. Dixi jam de hoc usu ad illa verba διὰ τῆσδε τῆς γραφῆς I. 2, 8. Vers. 1.

Ibid. τεττάρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πορῶν τὸν Σικελικὸν μέδιμνον. *Sua memoria*, ait Polybius, *medimnum Siculum tritici saepe quatuor obolis veniisse.* Tetigit hunc locum RAMBACHIVS, in Commentariis Archaeologicis, (*Archaeologische Vntersuchungen*) versioni germanicae Archaeologiae Graecae Potteri adjectis, Tom. III. p. 223. ubi, postquam ex Cicerone in Verrem lib. III. c. 75. docuit, medimnum Siculum tritici Ciceronis aetate ex lege aestimatum fuisse XII. sestertiis, ob nimiam vilitatem pretii, quod hic apud Polybium memoratur, suspicatus est, Polybium fortasse non *medimnum* vere nominatum dixisse, sed *modium*, quae sexta pars est medimni. At non reputavit Vir doctus, hoc si sumas, consequi, vilius fuisse tritici pretium in Sicilia Ciceronis aetate, quam fuit in Gallia Cisalpina Polybii memoria: nam si pretium medimni in Sicilia fuit 12 HS. pretium modii fuerit 2 HS. quatuor autem oboli, quos dicit Polybius, aequivalent 2⅔ HS. Quod si eumdem medimnum Polybius dixit, quem Cicero, consequens erit, ut Polybii memoria in Gallia Cisalpina pretium tritici fuerit quadruplo vel quintuplo minus,

quam fuit centum annis post in Sicilia. In qua ratione pretiorum nihil inest tam incredibile, ut eam non proditam esse putemus ab eo scriptore, qui ex professo documentum miræ vilitatis annonæ voluerit proferre.

Vers. 3. *Vers.* 3. *ὑϊκῶν ἱερείων.* Observavit jam CASAVB. ad Athenaei lib. I. cap. 11. p. 21. „Graecos scriptores *ἱερεῖα* non solum *victimas* adpellare, quæ in sacrificiorum usum mactantur; verum & omnia, *quæcumque ad comedendum mactantur, animalia.*" — Sic Xenoph. I. 4, 17. de feris etiam, in venatione occisis, usurpavit.

Ibid. διά τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους. Sic recte Casaub. edidit ex Vrb. cui adsentiuntur Reg. B. C. *διὰ τὸ τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους* Vat. Flor. *διὰ τὸ τὰς εἰς τοὺς βίους* Vrsinus. *διὰ τὸ τὰς ἰδίους βίους* Reg. A. *διὰ τὸ τοὺς ἰδίους βίους* Aug. *διὰ τὸ εἰς τοὺς ἰδίους βίους* ed. 1. 2. cum Bav. *Ibid. συμβαίνει τῶν πεδίων.* Sic rursus Casaub. ex Vrb. cum quo nunc faciunt Aug. & Reg. A. Sed *συμβαίνειν τῶν πεδίων* Bav. Vat. Flor. Reg. C. (ut nempe hoc respondeat superiori *διὰ τό.*) Id in ed. 1. 2. & Reg. B. corruptum est in *συμβαινόντων πεδίων*: pro quo Vrsinus *συμβαίνειν πεδίων* scribere jussit, Scaliger autem *συμβαίνειν τῶν πεδίων*, ut est in Bav. & aliis.

Vers. 6. *Vers.* 6. *παρίενται.* *παριέναι* mendose Vrb.

Ibid. ἡμιασσαρίου· τοῦτο δ' ἔστι τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. Semissem, ait, *quartam esse partem oboli.* Sic ergo obolus duobus æquivalebit assibus: & quandoquidem obolus est sexta pars drachmæ græcæ & denarii romani, consequens erit, ut videri Polybius possit *assem* statuisse *duodecimam partem denarii.* Quod cum non conveniat cum ratione, quam inde ab Hannibalis temporibus obtinuisse apud Romanos ex Plinio XXXIII. 3, 13. novimus, qua *sedecim assibus permutatus denarius* est, qui decem asses antea valuerat, multum se torserunt viri docti in explicanda enodandaque difficultate, quam Polybius h. l. nectere videbatur. Sed perspecte monuit I. Frid. Gronovius, de Sestertiis lib. III. cap. 2. p. 120. in exemplo hoc, quod

quod dicit Polybius, differentiam adeo esse minutam, ut satis adpareat, rotundiore numero eum uti voluisse, neque idcirco pugnare putandum esse cum ea ratione, quam tunc temporis in usu fuisse ex Plinio discimus. Nam Polybius, declaraturus græcis suis lectoribus, quota pars oboli esset semissis romanus, cum ad summam ἀκρίβειαν dicere debuisset, semissem esse tres partes sedecimas oboli, secundum analogiam 16 ass.: 6 ob. :: $\frac{1}{2}$ ass.: $\frac{3}{16}$ ob.; pro eo, neglecta vel potius addita una parte sedecima oboli, ne intricatiore uteretur fractione, dixit *semissem esse oboli partem quartam*, tamquam esset $\frac{4}{16}$. Confer quæ notamus ad VI. 39, 12. Verf. 6.

Ibid. τοῦθ' ὑπερβαίνουσι. Cum operarum errore in ed. 2. esset τοῦτ' ὑπερβαίν. continuatus is error est per reliquas editiones.

Verf. 7. καὶ κάλλος. Sic absque artic. dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 7.

Verf. 8. Τρανσάλπινοι. ὑπεραλπείους græce vocat Strabo lib. V. p. 212. & Galliam Cisalpinam τὴν ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικὴν lib. III. extr. & ineunte lib. IV. Verf. 8.

Ibid. Ταυρίσκοι. Quos *Tauriscos* h. l. & cap. 28, 4. nominat Polybius, eosdem esse cum eis, quos III. 60, 8. cum aliis auctoribus *Taurinos* idem scriptor adpellat, recte censuisse Cluverus videtur Ital. Antiq. lib. I. cap. 11. p. 88. Et consentit Stephanus Byzant. cujus Epitomator ita scribit: Ταυρίσκοι, ἔθνος περὶ τὰ Ἄλπεια ὄρη. Λέγονται καὶ Ταυρῖνοι, ὡς Πολύβιος τρίτῳ. Id est: *Taurisci, populus circa Alpes montes. Taurini etiam vocantur, ut Polybius tertio.* In Pannonia quidem juxta Carnos inter Savum & Danubium Tauriscos Strabo ponit lib. IV. p. 206 sq. lib. V. p. 213. & Plin. III. 19, 23. III. 25, 8. Tum & super Aquileiam Noricos Tauruscos ipse Polybius nominavit apud Strabonem p. 208. (Polyb. Reliq. libri XXXIV. cap. 10, 10.) qui Taurisci apud Plinium dicuntur III. 20, 24. Sed omne illud Tauriscorum genus Celticæ fuisse originis, diserte idem Strabo docet lib. VII. p. 296. conf. lib. V. p. 212

 extr.

Verf. 8. extr. & fq. Tum vero & Lepontios & Salaffos, qui fupra Taurinos Galliam Cifalpinam & ipfas Alpes incolebant, *Taurifcæ gentis* arbitratum effe Catonem, diligentem antiquitatis fcrutatorem, Plinius refert III. 20, 24. Igitur cum Polybius, docere volens græcos lectores, quinam populi ab ea parte Alpium habitaverint, quæ meridiem fpectat, *Taurifcos* nominet, credibile eft, & fuperfuiffe Polybii ætate nomen hoc in Gallia Cifalpina, & hoc potius, quam alio, uti maluiffe Polybium, quoniam notius hoc nomen fuit græcis hominibus. Ceterum, quod generalioris etiam ufus idem nomen *Taurifcorum* & omnibus *Alpinis* populis commune fuiffe Cluverus l. c. p. 88 fq. contendit, & id fe in libro de Vindelicia & Norico docuiffe profitetur, id quale fit, jam non vacat difquirere.

Ibid. Ἄγωνες. Sic Vrb. Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἀγῶνες ed. 1. 2. Reg. B. C. Αἴγωνες fufpicatus eft Voffius ex cap. 17, 7. Ceterum non magis auditi cuiquam ex veteribus, qui fuperfunt, fcriptoribus *Agones* funt, Gallicus populus, quam Αἴγωνες. Sed de his quidem fuo loco videbimus: nunc, ad *Agones* quod fpectat, eo magis credibile eft, corruptum effe hoc nomen, quoniam exfpectari poterat, ut populum hoc loco nominaret Polybius, cujus nomen notius quodammodo lectoribus fuis effet quam ceterorum, quos nunc filentio fe præterire ait, populorum. Quod autem Σαλασσῶνας fcriptum fuiffe fufpicatus eft Cluverus Ital. Ant. p. 100. ea conjectura, quam debili fundamento niteretur, ipfe fatis intellexit, ut vix opus fit monere, & nimis longe a fcripturæ veftigiis hoc recedere, & notos quidem Σαλάσσους effe, Σαλασσῶνας non magis quam Ἄγωνας ulli fcriptori memoratos. Proximum erat, ut Λίγγωνας fufpicaremur, quod & Reifkio in mentem venerat. Sed ex eodem Livii loco, ad quem provocat Reifkius, (Lib. V. cap. 35.) difcimus, Lingones, poftquam ex Tranfalpina Gallia Alpes tranfierunt, quum jam occupata effent omnia inter Alpes & Padum loca, Padum continuo fuperaffe, & ad finum Adriaticum confediffe. Atqui agitur

tur nunc de populo, propius Alpes, aut in ipsis etiam Alpibus, qua meridiem spectant, habitante. Ex illius igitur regionis populis nullum reperio, cujus nomen ad hoc, ad quod offendimus, propius accedat, quam *Euganeos;* qui, cum olim (ut ex veteri fama Livius refert lib. I. cap. 1.) inter mare & Alpes incoluissent, pulsi ab Henetis Trojanisque, propius Alpes & in ipsis Alpium convallibus sedes ceperunt, ut adparet ex Plinio III. 19, 23. & III. 20, 24. Et licet populi hujus nomen apud græcum nullum auctorem, quod sciam, qui ad nostram ætatem pervenerit, occurrat; tamen & famam illam, quam Livius narrat, satis adparet ex græcis ductam esse fontibus; &, Græcis non ignotum fuisse hujus populi nomen, etymologia docet, ex græcorum hominum ingeniis haud dubie nata, quam Plinius loco citato refert, cum *a generis præstantia Euganeos* (Εὐγανεῖς puta, velut Εὐγενεῖς) nomen traxisse perhibet. Vers. 8.

Vers. 9. διό. Cum in ed. 1. & 2. esset διὰ, Scaliger excidisse putavit pronomen τοῦτο, idque adjecit in ora sui libri; cum faciliori opera scribere potuisset δι' ἅ. Sed διὸ dant codices omnes, a quo temere aberrarunt operæ. Vers. 9.

Vers. 10. ἀοίκητα τέως ἐστί. Casaub. *a nemine adhuc coluntur.* At nec satis certa est hæc significatio particulæ τέως, nec Polybio certe usitata: nec, quid sit hoc, quod a nemine *adhuc* coli dicat Alpium cacumina, satis adparet. Probanda utique Reiskii conjectura, τελέως, *prorsus.* Eo vocabulo frequenter utitur Polybius, & id alibi pariter in τέως corruperunt librarii. Vide ad IV. 56, 9. & ad II. 58, 8. Vers. 10.

CAPUT XVI. Cap. XVI.

Vers. 1. Τὸν δ' Ἀπέννινον. Sic recte Vat. & Flor. ut edidit Casaub. itemque ed. 1. 2. nisi quod in his Ἀπένινον est. conf. cap. 14, 10. 16, 4. 17, 7. Intelligi vocab. δρυμὸν, monuit Reiskius. Vers. 1.

Ibid.

Verf. 1. *Ibid.* Λιγυστινοὶ correxit Caſaub. cum Reg. B. C. Mendoſe Λιγιστ. ed. 1. 2. ex Bav. & Λυγιστ. Vrb. Aug. Reg. A. Sed. in Aug. verum ſuperſcriptum eſt ab alia manu. Ni fallunt ſchedæ, Vat. conſentit eum ed. 2. ſed Flor. cum Caſaub. *Ibid.* πλευρὰν αὐτοῦ. Sic edd. & Reg. B. C. cum Bav. αὐτοῦ πλευρὰν Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. trajectione verborum, Polybio familiari.

Verf. 2. *Verſ.* 2. Πίσης recte Vrb. & Vat. cum ſuis ſociis. *Ibid.* ὡς πρός. Neglexit ὡς ed. 1. & hinc Reg. B. C. invitis vett. codd. *Ibid.* τὴν μεσόγαιαν tenui ex ed. Erneſti, & ſic Bav. quemadmodum dederunt codices omnes II. 14, 6. & alibi paſſim. Mendoſe τὴν μεσσόγαιαν ed. 1. 2. 3. 4. Sed τὴν μεσόγαιον Vat. Flor. Aug. Reg. A ut ſæpe aliâs, recte, intelligendo χώραν. τὴν μεσόγεον Vrb.

Ibid. Ἀῤῥητίνων. Ἀρητίνων ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Ῥηγίνων legendum putavit Holſtenius ad Steph. Byz. voc. Ῥηγίον, intelligens *Regium*, *Lepidi* cognominatum. Sed vide Cluverum in Ital. Ant. lib. I. cap. 8. p. 55.

Verf. 3. *Verſ.* 3. Ὄμβροι recte editur ex Bav. & ſic Vat. Flor. & Reg. A. a prima manu. In ora Vat. tamen eſt Ὀσομβροι (ſic). Ἴσομβροι Vrb. Aug. & Reg. A. ex correct. Inſubrium hoc nomen eſt, qui non ſunt hujus loci.

Verf. 4. *Verſ.* 4. Λοιπόν. *Dehinc* interpretatus eſt Caſaub. Satis fuerat *Ceterum;* quamquam nec illud male. *Ibid.* ὡσανεὶ. ὡσεὶ Aug.

Verf. 5. *Verſ.* 5. Σήνην. Σήνη urbis nomen eſt, non Σῆνα. Hinc quartus caſus Σήνην, ut II. 19, 12. Et ſic hoc etiam loco dare debuerunt libri, ut ex accentu intelligitur, quem acutum poſuerunt; qui, ſi αν eſſet terminatio, circumflexus eſſe debebat.

Verf. 6. *Verſ.* 6. Ἠριδανὸς θρυλλούμενος. καλούμενος Aug. De nomine *Eridano*, & poëtarum fabulis, quibus nobilitatus hic fluvius eſt, fuſe egit Cluverus Ital. Antiq. lib. I. cap. 34. De *fonte & curſu Padi* vide eumdem ib. cap. 35. p. 394 ſqq. *Ibid.* πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλλον τοῦ προειρημένου σχήματος. Scil. prope eum locum, ubi coincidunt Alpes cum Apennino,

nino, cf. II. 14, 8. Ibi mons est Vesulus, e cujus gremio profluit Padus. μᾶλλον hic (ut adnotavit etiam Reiskius) significat *fere*, *propemodum*, ut aliâs μάλιστα, sed tamen aliquanto minus sonat, quam μάλιστα. cf. I. 55, 7. V. 55, 8. *Ibid.* ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν. — „Imo vero, ait REISKIUS, ἐκ μεσημβρίας πρὸς βοῤῥᾶν." — Sic nempe tabulæ vulgo indicant. At, a primo ortu statim versus meridiem aliquantisper fluere, consentit Cluver. p. 395. Vers. 6.

Vers. 8. οὐδενὸς ἔλαττον. οὐδενὸς ἧττον Aug. in textu, sed altera lectio in marg. eadem manu. Vers. 8.

Vers. 9. περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν. Plin. III. 16, 20. *Augetur ad canis ortum*, *liquatis nivibus*. Vers. 9.

Vers. 10. Ὄλανα. Sic ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. *Volana* Perottus. Ὄλανα Aug. Reg. A. & sic edidit Casaub. & seqq. Vtraque scriptura olim in usu fuisse videtur: itaque latine & *Volane* & *Olane* dictum illud ostium; quamquam, *Olane* antiquius nomen esse altero, Plinius dicit l. c. Vers. 10.

Vers. 11. Τριγαβόλους. Antiquum nomen hoc esse ejus loci, qui deinde *Forum Allieni* dictus est, censuit Cluver. I. 18. p. 155. *Ibid.* Παδόα, *Padua*. Id ostium quum Virgilius, Plinius, Claudianus, Servius uno ore *Padusam* adpellent, Πάδοσα corrigendum apud Polybium censuit Cluv. I. 35. p. 396. Sed quoniam in latino nomine vocalem *u* longam faciunt poëtæ, Παδοῦσα scriptum voluit Cellarius, Orb. Antiq. II. 9. p. 696. Optet lector. In græcum nomen, ut vulgatum est, consentiunt codices nostri omnes. Vers. 11.

Vers. 12. Βόδεγκος. Mendose Κόδεγκος Flor. in quo codice sæpius literæ β & κ inter se permutatæ sunt. Ligurum lingua, ex Metrodoro Scepsio Plinius adnotavit III. 16, 20. Padum amnem *Bodincum* vocari, quod significet *fundo carentem*. De cujus nominis origine & compositione Harduinus ad Plinium ex Nic. Chorier Historia Delphinatus lib. II. p. 94. monuit, *inc* Celtica lingua *fine*, *bod* (unde Vers. 12.

Gallis

Gallis etiamnum *le bout)* *finem*, *fundum* ſive *extremum* ſignificare.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων. Vide Plin. XXXVII. 2, 11. & Lucianum de Electro, Tom. III. edit. Reitzii p. 87 ſqq.

Cap. XVII.

CAPVT XVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην· ἃ δὴ καὶ διὰ &c. In ed. 1. 2. & Reg. B. C. erat καὶ Νωλυνάδην. καὶ διὰ &c. Sed veteres ſcripti libri omnes Νωλην άδην dabant, & quidem ſeparatis vocibus Νώλην ἄδην Vrb. Cujus ſcripturæ veſtigia penitus obliterans Caſaubonus, ſic edidit, τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην πεδία . . . . . καὶ διὰ τὸ πολλοῖς &c. quinque iſtis punctis pro lacunæ nota interſperſis: lacunam autem tali fere modo ſupplendam cenſuit in ora Baſileenſi, καὶ Νώλην πεδία κατέχοντες, καὶ διὰ τὸ πολλοῖς ἐμποδὼν εἶναι συνέβη γνωρίζεσθαι καὶ μεγ. ἐπ' ἀρ. δόξαν εἰληφέναι. Sed veterem ſcripturam ex edit. 1. & collatione Bœcleriana codicis Auguſtani (e quo tamen perperam Νωλινάδην enotavit Bœclerus, cum eſſet Νωληνάδην) cognoſcens REISKIVS, perſpecte verum reſtituit, Νώλην· ἃ δὴ καὶ διά. Eadem emendatio aliquatenus indicata eſt in cod. Vat. ubi duæ extremæ literæ corrupti verbi Νωληνάδην ſubſcriptis punctis notantur ut ſpuriæ, cum quidem nonniſi litera ν abundaret. Ceterum, poſtquam uno loco deformata erat vetus ſcriptura, mirum non eſt, latius etiam (ut fit fere) manaſſe vulnus. Itaque, in fine periodi, εἰληφέναι dant vulgo libri omnes; ſive quod intercidit verbum συμβαίνει aut συνέβη; (quamquam cum hoc verbo συμβαίνει vel συνέβη aoriſtum ſecundum infinitivi, non præteritum perfectum, jungere amat Polybius;) ſive quod, cum pro εἴληφε fuiſſet εἴληφεν cum ν ἐφελκυστικῷ, (quam literam ſæpe in fine periodorum, ſequente etiam conſona, adjectam extremæ voci videmus,) imperitus aliquis aut dormitans librarius adaptandum hoc verbum putavit præcedentibus infinitivis εἶναι καὶ γνωρίζεσθαι, adeoque εἰληφέναι

φέναι scripsit. Quod autem alia insuper nonnulla corrigenda in hac oratione Reiskius putavit, & ταῦτά τε scribere jussit pro ταυτά γε, tum ἱκανοὺς χρόνους pro καθ' οὓς χρόνους, & τότε pro ποτὲ, in his quidem nimium ingenio indulsit vir κριτικώτατος. Nam hæc quidem omnia quin sana sint, non debet dubitari. Campos superioris Italiæ, inter Padum & Alpes, olim coloniis missis tenuerant *Tyrrheni* sive *Etrusci*, (confer Liv. V. 33. aliosque auctores, quos Cluverus citavit Ital. Antiq. II. 1. p. 414 sqq.) eisdem temporibus, quibus & in Campania campos *Phlegræos*, qui olim vocabantur, idem populus tenuit: sed sequentibus temporibus ex regione Circumpadana a Gallis, ex Campania a Samnibus, sunt ejecti, & eis finibus, qui Etruriam terminant, inclusi. conf. Strab. lib. V. p. 242. Vtraque regio peræque soli præstantia eminebat; quamquam clarior hoc nomine, e recentiori quidem ætate, Campania apud Græcos erat, utpote & aliàs notior illis & vicinior, & subinde a Græcis frequentata. conf. III. 91, 2. Itaque, *qui in superiorum temporum monumentis*, ait, *legunt de Tyrrhenorum principatibus*, (vel, *qui in Tyrrhenorum principatus inquirunt*, quemadmodum ista verba exposita Cluverus voluit p. 434.) *eos oportet non ad illam regionem, quam nunc tenent Tyrrheni vel Etrusci, oculos referre, sed ad hos prædictos campos* (cum in Campania, tum ad hos præsertim in Gallia Cisalpina) *& ad opes, quas hi campi cultoribus suis suppeditabant.* Mire vero Casaubonus *vers.* 1. verba illa, διὰ τὸ πολλοῖς ἐμποδὼν εἶναι, interpretatus erat, *quod multorum pravis conatibus obstarent.* Contra perspecte Reiskius docuit, ἐμποδὼν (oppositum τῷ ἐκποδὼν, quod est *eminus*, cum aliàs, tum apud Euripid. Alceft. 634.) idem esse quod ἐν ποσὶν, *inter pedes*, id est, *prope*, *pedibus tritum*, *obvium*, *vicinum*, *frequentatum*. Sane simili ratione apud eumdem Nostrum II. 61, 6. ἐμποδὼν ἦν denotat *in promtu* & velut *ante pedes erat.* Confer & Suidam hac voce.

Vers. 1. Vers. 2. Vers. 1.

Vers.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀφορμάς. τὰς ἀφὸρμὰς Vrb. Reg. A. incommode repetito articulo.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Λάοι. Conſentiunt græci codices. Sed *Lævi* Livio dicuntur V. 35. XXXIII. 37. *Levi* Plinio III. 17, 21. conf. Cluver. p. 231. Cellar. p. 684.

Ibid. Λεβέκιοι. *Libici* Plinio l. c. Λιβικοὶ Ptolem. III. 1. p. 71. Quare vix dubitari debet, quin apud Livium V. 35. XXI. 38. XXXIII. 37. cum Cluvero *Libici* ſcribendum ſit pro *Libui*, quod vulgo ibi legitur. Quod autem per ε ſcribitur hoc nomen apud Polybium pro *jota*, eadem permutatio harum vocalium pervulgata in propriis nominibus; ut Καπετώλιον pro Καπιτώλιον, Βρεταννία pro *Britannia*, Λεπέδου in cod. Vat. pro Λεπίδου II. 21, 7. Ac fortaſſe etiam *Lubici* dicti ſunt latino ore, ut græcum Λεβέκιοι tale ſit, quale Νεμέσιοις XXIX. 10, 3. pro *Numiſius*; Νεμέτωρ apud Appian. p. 23. noſtræ edit. pro *Numitor*; Νεμετώριος apud eumdem Appian. Civil. I. cap. 72. pro *Numitorius*; & id genus alia.

Ibid. Ἴσομβρες editum ex Bav. & in hanc ſcripturam fere conſtanter aliâs conſentiunt codices; qui tamen paſſim variant, Ἴσομβρες, Ἴσομβροι, Ἴνσοβρες, Ἴνσοβροι, quin & Ἴνσομβρες & Ἴνσομβροι. Si fides eſt Stephani Byzant. codicibus, ejus ætate in Polybii libro XVI. ſcriptum erat Ἴνσοβροι. conf. Cluver. p. 237.

Ibid. Γονομάνοι. Polybio reſtitui hoc, ex quo manifeſte corruptum eſt Τονομάνοι, quod habent hoc loco ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus. Sic autem, Γονομάνοι, dant iidem libri omnes II. 24, 8. (ubi me imprudente ſervatum in hac editione ex ſuperioribus editionibus Κενομάνοι eſt) & rurſus iidem II. 32, 4. Quod Κενομάνοι dant Reg. B. C. id a manu viri docti eſt, qui Polybii ſcripturam ſcripturæ aliorum auctorum adaptandam putavit; ſatis enim conſtat, *Cenomanos* ſcribi apud alios auctores ejuſdem populi nomen.

Verſ.

Verſ. 5. τοῖς μὲν ἔθεσι. μὲν abeſt ab edit. Caſaub. & ſqq. invitis msstis. *Ibid.* βραχὺ recte Caſaub. cum Reg. B. C. & Aug. βραχεῖ mendoſe ed. 1. 2. Bav. Vat. Flor. Reg. A. Verſ. 5.

Verſ. 6. Quod de *Venetis* dicit, originem haud dubie eorum (ut monuit Cluver. I. 17. p. 126.) innuit ex Paphlagonia, & migrationem a Troja capta in has oras duce Antenore. Vide Strab. lib. XIII. p. 608. & XII. 543 ſq. Liv. I. 1. Verſ. 6.

Verſ. 7. Ἄνανες. Conf. cap. 32, 1. & 34, 5. & Cluver. I. 27. p. 265. *Ibid.* Βοῖοι. Sic, cum circumflexo in penultima, edidit hoc loco Caſaub. & ſic Flor. neſcio an & Vat. Βοΐοι ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Βόϊοι hi dare debuerunt, ut editur apud Strabonem, vel Βοιοὶ, ut eſt h. l. in ed. 4. 5. Βίοι Aug. Reg. A. Conf. ad cap. 20, 1. Verſ. 7.

Ibid. Λίγγωνες. In Αἴγωνες conſentiunt ſcripti & edd. Prima ſuſpicio oboriri poterat, eſſe eoſdem, qui Ἄγωνες dicti ſunt cap. 15, 8. Sed illi prope Alpes & in ipſis Alpibus ponuntur; hi inter Padum & Apenninum, verſus mare Adriaticum. Hæc ſedes in nullum populum magis, quam in *Lingones* convenit; de quibus lege Livium V. 35. nec dubitabis, recte nos cum Cluverio Λίγγωνες Polybio reſtituiſſe; quamquam Λίγγονες per o breve ſcribitur id nomen apud Strabonem, Λόγγονες apud Ptolemæum.

Verſ. 8. Vocabulum τόπους deſideratur in ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Adjecit Caſaub. ex Reg. B. C. cum Vrb. Vat. Flor. Verſ. 8.

Verſ. 9. ᾤκουν δὲ κατὰ κώμας. Conf. Strab. lib. V. p. 213. *Ibid.* τῆς λοιπῆς κατασκευῆς, *ſupellectilis reliquæ*, id eſt, qua alii utuntur populi cultiores; vel reliquæ, præter eam, quæ pertinet ad id, quod mox deinde dicit, ad cubandum ſuper ſtramine, ad aſſandas vel elixandas carnes, ad belli & agriculturæ uſum. Verſ. 9.

Verſ. 10. στιβαδοκοιτεῖν, *toro uti humi ſtrato*, ex gramine, frondibus teneris, juncis, pellibus &c. Id non ſolum ad capiendum ſomnum pertinebat, ſed & ad adcuban- Verſ. 10.

Verſ. 10. dum vel adſidendum epulis. Sic Poſidonius apud Athenæum lib. IV. p. 151. Κελτοὶ, ait, τὰς χοὰς προτίθενται, χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων, μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων. Id eſt: *Galli epulas celebrant, ſubſtrato fœno, & ſuper ligneis menſis, a terra parum exſtantibus.* Diodor. Sicul. V. 28. δειπνοῦσι καθήμενοι πάντες οὐκ ἐπὶ θρόνων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποστρώμασι χρώμενοι λύκων ἢ κυνῶν δέρμασι. *Ubi cœnant, reſident omnes non in ſedilibus, ſed humi, & pro ſtraguls exuvias luporum aut canum ſubjiciunt.* De Tranſalpinis quidem Gallis hæc dicta ſunt, ſed eumdem morem ſervaſſe, poſtquam Alpes tranſierunt, ex Polybio intelligitur.

Ibid. κρεωφαγεῖν. In κρεαφαγεῖν cum Vat. conſentit Flor. & Vrſini codex; non Vrbinas, quod per errorem dictum eſt in Notis infra contextum: in illo quippe codice deſinit ecloga in verba ταῦθ᾽ ὑπῆρχεν, verſ. 8. Vtrumque recte dicitur; nam per α invenitur etiam κρεανομέω & κρεανομία. De re Poſidonius apud Athen. l. c. ἡ τροφὴ δ᾽ ἐστιν ἄρτοι μὲν ὀλίγοι, κρέα δὲ πολλὰ ἐν ὕδατι καὶ ὀπτὰ ἐπ᾽ ἀνθράκων ἢ ὀβελίσκων. *Cibus eſt, parum quidem panis; caro vero multa, elixa in aqua, vel ſuper prunis, aut in verutis aſſa.* Diodorus l. c. ἐσχάραι κεῖνται γέμουσαι πυρὸς, καὶ λέβητας ἔχουσαι καὶ ὀβελίσκους πλήρεις κρεῶν ὁλομερῶν. τοὺς δ᾽ ἀγαθοὺς ἄνδρας ταῖς καλλίσταις τῶν κρεῶν μοίραις γεραίρουσι. *Foci ſunt igne ardentes, olliſque ac verubus, quæ integrorum carnibus membrorum referta ſunt, inſtructi. Egregiis autem viris pulcerrimas carnium portiones honoris cauſſa adponunt.* Græci, farinaceis cibis potiſſimum adſueti, eos populos, qui carnibus magis veſcebantur, κρεωφαγεῖν dicebant.

Ibid. Verba ἔτι δὲ μηδὲν, uſque ἀσκεῖν, deſiderantur in Aug. & Reg. A. *Ibid.* οὔτε τέχνης. *Nullam artem apud hos Gallos cognitam fuiſſe* ait. At armorum tamen fabricam tractaſſe opus eſt bellicam gentem. Sed gladiorum quidem fabricationem parum commodam & ſine arte fuiſſe, docet Polybius II. 33. Auri etiam fabricam exercuerunt, qui

qui armillis & torquibus ornati incedebant; sed crassa Minerva elaborata fuisse ejusmodi ornamenta, significat Diodorus V. 27. cum ait, περὶ τοὺς αὐχένας κρίκους παχεῖς ὁλοχρύσους φοροῦσι.

Vers. 11. διὰ τὸ μόνα ταῦτα. Sic ed. 1. 2. cum codd. ad unum omnibus; quod nescio sive casu, sive consilio Casaubonus in τῷ μόνα ταῦτα, omissa præpos. διὰ, mutavit. *Ibid.* μεθιστᾶναι. Sic editum vulgo ex Bav. cum accentu circumflexo, pro quo tamen acutum (μεθιστάναι) requirebat grammatica ratio, & sic est in Aug. Quod μεθιστᾷν habet editio prima, errore factum est, quem frustra defendit Reiskius, monens, ferri posse μεθιστᾷν, a μεθιστάω ductum. Vers. 11.

Vers. 12. ἑταιρείας, *sodalitates*, *clientelas*. *Ibid.* δοκῇ revocavi ex ed. 1. & msstis. Mendose δοκεῖ ed. 2 & sqq. Vers. 12.

CAPUT XVIII. Cap. XVIII.

Vers. 1. καταπεπληγμένοι, *quum terruissent eos*; active, ut XV. 22, 1. quod cum fugeret editorem Basileensem, ad oram libri καταπεπληγμένους ex ingenio scripsit, non ex alio codice. Quod si passive foret accipiendum, oportebat, non τῇ τόλμῃ, sed τὴν τόλμαν in accusat. ut II. 23, 13. II. 78, 6. & sæpe aliâs. Vers. 1.

Vers. 2. μάχῃ νικήσαντες, pugna ad Alliam. Vers. 2.

Vers. 3. Οὐενέτων tenui ex ed. 4. 5. & sic Aug. eadem ratione, qua versu 5. est Οὐένετοι consentientibus libris. Οὐενετῶν h. l. ed. 1. 2. 3. cum Bav. forte & cum aliis. *Ibid.* τὴν οἰκείαν. τὴν οἰκίαν Aug. in quo vocab. sæpius erratum. Ceterum hunc Polybii locum respexit Plutarchus, cum de Romanorum Fortuna p. 580. scribit: Εἰ δὲ, ὥσπερ Πολύβιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ περὶ τῶν τότε τὴν Ῥωμαίων πόλιν καταλαβόντων ἱστόρηκε Κελτῶν, ἀληθές ἐστιν, ὅτι προσπεσούσης αὐτοῖς ἀγγελίας, φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶν προσοίκων, ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν καὶ κρατούντων, ἀνεχώρησαν, εἰρήνην θέμενοι πρὸς τὸν Κάμιλλον &c. Quæ verba inter Fragmenta Polybiana vulgo solent referri. Vers. 3.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἐκ παραθέσεως. Cafaubonus: *ex comparatione rerum fuarum.* Ferri hoc poteft; & fic alibi accipitur vocab. παράθεσις. Sed præftabit forte hoc loco, *ob viciniam, e proximo.* conf. II. 17, 3. *Ibid.* παραγεγενημένην. προσγεγενημ. maluerat Reifk. Si quid mutandum, περιγεγενημ. potius fuerit reponendum. Sed nil opus: conf. Xenoph. Memorab. II. 1, 2.

Verf. 6. *Verf.* 6. Παραγενομένων δὲ πάλιν &c. Vide Livium VII. 9 feqq. *Ibid.* παραδόξου reftitui ex codicum confenfu. Mendofe παράδοξον edd. quod in παρὰ δόξαν mutavit Reg. B. Cum vett. codd. confentit Reg. C.

Verf. 7. *Verf.* 7. Αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας &c. Vide Liv. VII. 23. *Ibid.* στρατιᾶς. στρατείας Flor.

Verf. 8. *Verf.* 8. παραπλησίαν. Sic ed. 2 feqq. cum Aug. Reg. A. & confentit Vat. & Flor. παραπλησίως ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav.

Verf. 9. *Verf.* 9. τριάκαίδεκα μὲν ἔτη. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed apud Livium quidem anno decimo tertio ab A. V. 404. tumultus Gallici mentio nulla occurrit. Anno fere vicefimo tertio, fcil. A. V. 425. atrocem Gallici tumultus famam invafiffe Romanos, Livius fcribit VIII. 20. Sed ne fic quidem, fateor, fatis cum Polybio conveniunt, quæ ibi romanus fcriptor habet. Conf. cap. feq. verf. 1.

Cap. XIX.

CAPUT XIX.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἔτη τριάκοντα. Ni paulo ante, βγ'. pro ιγ'. reponendum ftatuimus, hoc loco, pro τριάκοντα, fuerit cum Reifkio τετταράκοντα fcribendum. Nam incurfio, de qua hic agitur, haud dubie eadem eft, quam Livius lib. X. 10. ad A. V. 455. commemorat; quamquam de exitu hujus incurfionis rurfus non convenit inter romani & græci fcriptoris narrationem.

Ibid. δωροφοροῦντες. δορυφοροῦντες, in quod cum edit. 1. & 2. codices omnes confentiunt, fi tolerabili ullo modo interpretari h. l. velis, idem fuerit, quod μετέχοντες αὐτοῖς τῆς στρατείας: fed hoc quidem paulo poft habet

fuo

ſuo loco, nunc aliud quid requirebat ſententia. Itaque vera omnino habenda eſt emendatio δωροφοροῦντες, quam Baſileenſis editor in ora poſuit, & in contextum recepit Caſaubonus. Livius X. 10. *Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent.* *Ibid.* τῆς στρατείας. τῆς στρατιᾶς ed. 1. 2. cum Bav. στρατιᾶς abſque artic. Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. περιβαλόμενοι. περιβαλλόμενοι Aug. Flor. Verſ. 2.

Verſ. 5. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔτει τετάρτῳ. — „Incidit in A. V. 458. [459.] quo Q. Fabius Maximus, quintum Conſul, de Samnitibus, Etruſcis & Gallis triumphavit. vid. Liv. X. 28 ſqq." REISK. — Imo, de re tota conf. Liv. X. 21. tum cap. 26 ſqq. Verſ. 5.

Ibid. Σαυνῖται. Σαννῖται ed. 1. 2. Reg. B. invitis vett. libris. *Ibid.* ἐν τῇ Καμερτίων χώρᾳ. Ad Cluſium in Etruria. Liv. X. 26. Cluſium autem oppidum *Camars* vel *Camers* olim adpellatum. Liv. X. 25.

Verſ. 6. προσφιλονεικήσαντες. προσφιλονικηα. ed. Caſaub. operarum errore, propagato in ed. 4. 5. *Ibid.* αὐτοῖς Ῥωμαῖοι. Neceſſario ad totam orationem, inde a προσφιλονεικήσαντες, pertinere nominativum Ῥωμαῖοι, perſpecte Caſaubonus vidit, eumdemque in verſ. lat. expreſſit. Itaque, cum ad προσφιλονεικήσαντες deſideraretur vel ſaltem intelligendus eſſet dativus caſus αὐτοῖς, ſcil. Σαυνίταις καὶ Γαλάταις, nihil profecto magis in promtu fuit, quam τοῖς Ῥωμαίοις ex αὐτοῖς Ῥωμαῖοι corruptum ſtatuere; quemadmodum etiam Caſaub. in ora Baſil. monuit ſcribendum. Ad quod quum animum non adtendiſſet Reiſkius, deinde poſt verbum συμβαλόντες excidiſſe οἱ Ῥωμαῖοι putavit. Pro vulgato τοῖς Ῥωμαίοις correctum h. l. οἱ Ῥωμαῖοι in ora libri Voſſ. Quod vero ante vocab. ἐλάττωμα particulam καὶ inſerunt edit. 1. & 2. id temere prorſus & invitis codd. factum eſt. Verſ. 6.

Ibid. διαφυγεῖν. Sic editum ex Bav. φυγεῖν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ἀῤῥητίνων recte, ut aliàs, edidit Caſaub. Ἀῤῥητινῶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἀρητίνων ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Λευκίου τοῦ στρατηγοῦ. *Lucium conſulem* hunc perhibet Caſaubonus. Sed, intelligendum *L. Cæcilium prætorem*, diſcimus ex Epit. Livii lib. XII. quem anno proximo poſt conſulatum, adeoque A. V. 471. prætorem fuiſſe, probabile fecit Pighius in Annal. Romanis. Confer Dukerum ad Epit. Liv. XII.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ὑπὸ τὸν θυμόν. Cum rarior eſſet hæc phraſis, in notiorem vulgatioremque ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, id eſt, *præ ira*, commutavit eam is, cujus ex ingenio multæ natæ ſunt lectiones codicum Reg. B. C. e quibus hanc adoptavit Caſaubonus, præeunte etiam Scaligero. Sic etiam notatum in ora libri Voſſiani. Me, ut reſtituerem Polybio ſcripturam, in quam conſentiunt veteres libri omnes, REISKIVS monuit; qui, cum eam ex ed. 1. & ex Bœcleri Lectionibus, e cod. Aug. excerptis, cognoviſſet, veram eſſe, neque ſolicitandam pronunciavit. — „ὑπὸ, ait, cum accuſativo compoſitum, tempus rei adhuc durans indicat. Eſt itaque ὑπὸ τὸν θυμὸν, *tenente, ſæviente, fervente, recente adhuc ira in animis Romanorum*, ut ὑπὸ τὴν ὀργήν. Sic Herodotus ὑπὸ τὸν παρεόντα ἔτι τόνδε τὸν πόλεμον, *in eo bello;* ὑπὸ τοὺς θανάτους, *in funeribus.* Ὑπὸ νύκτα ἔτι, *adhuc tenente nocte*, eſt apud Arrianum de Exp. Alex. I. 6. Et ibid. II. 22. τῶν δ' ὑπ' αὐτὴν τὴν βοὴν καὶ ἐπίπλουν χαλεπῶς πεπληρωμένων, *aliæ autem (naves) cum ægre nautis & militibus implerentur, quo tempore, navibus hoſtium jam adnavigantibus, utrimque ad conflictum conclamabatur.* Aelianus XIV. 27. ὑπὸ τὴν τῶν Θηβαίων εἰσβολὴν, *quo tempore Thebani in agrum Spartanum expeditionem faciebant.*" — Poterant ſimillima multa ex Polybio exempla congeri: ut, ὑπὸ τὸν Ἀριστομένειον πόλεμον, IV. 33, 5. *belli Ariſtomenici tempore;* ὑπὸ τὸ ψύχος, V. 56, 11. *dum adhuc frigidior eſt aër*, &c. Sed eſt locus par prorſus huic in quo verſamur, V. 76, 3. ubi pro ὑπὸ τῶν θυμῶν, quod men-

mendose editum erat, ὑπὸ τὸν θυμὸν dederunt vetustiores membranae, quod *fervente ira*, *primo furore*, recte exposueris.

Vers. 12. τὴν Σήνην. conf. cap. 14, 11. & 16, 5. Vers. 12.

CAPVT XX. Cap. XX.

Vers. 1. Βοῖοι. Sic ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Vat. & Flor. Βοίοι Bav. Βοιοὶ ed. Casaub. & seqq. cum Aug. Reg. A. Conf. ad cap. 17, 7. Vers. 1.

Vers. 2. Ὀλάμονα. Non opus est cum Cluvero Ital. Ant. II. 3. p. 552. Οὐαδίμονα corrigere. Lubens tamen Οὐάδμονα acciperem. Vers. 2.

Vers. 4. τοὺς ἄρτι τῶν νέων ἡβῶντας. Restitui seriem verborum ex ed. 1. cum Bav. Vat. Flor. quam interverterat editor Basil. & seqq. cum Aug. hoc modo, τοὺς τῶν ἄρτι νέων ἡβῶντας. Pejus etiam Reg. A. τοὺς τῶν ἄρτι τῶν νέων ἡβῶντας. Vers. 4.

Vers. 5. Totus hic versus desideratur in Bav. & hinc pariter in ed. 1. Sed in Reg. B. C. suppletus ex alio codice. *Ibid.* εἶξαν. ἦρξον ed. 2. invitis msstis, errore operarum. Vers. 5.

Vers. 6. τῷ τρίτῳ πρότερον ἔτει &c. Conf. I. 6, 5. & ibi Notata. Pyrrhus in Italiam transiit A. V. 474. Mendose ἔτι, pro ἔτει, ed. 1. *Ibid.* διαφθορᾶς. Perperam διαφορᾶς ed. 1. 2. & Aug. Recte habet Bav. cum aliis, itemque Reg. B. C. Vers. 6.

Vers. 7. ὡσανεὶ λοιμικήν τινα πολέμου διάθεσιν ἐπέστησε πᾶσι Γαλάταις, *bellandi studium, veluti pestilentialem aliquem morbum, omnibus immisit Gallis.* Vers. 7.

Vers. 8. τῶν αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένων. — „Quae *jam passi erant*, (ἃ ἔπραξαν ἤδη) *quae ipsis evenerant, in quae tempora jam inciderant.* Nam πράττειν, ut notum, idem est Graecis quodammodo, atque πάσχειν, *versari in aliqua fortuna, esse aliquo in loco rerum.* εὖ καὶ κακῶς πράττειν, *rebus uti secundis & adversis.* Sic πράγματα, *res, status, fortuna, conditio rerum, quibus aliquis utitur.*" REISK. Vers. 8.

Verf. 9. *Verf.* 9. Abfunt verba πρός τε ab ed. 1. operarum errore. *Ibid.* In verf. lat. non expreffum eft verbum συγκατέστησαν, referendum ad πρὸς τὸν Πύῤῥον, *cum Pyrrho congreffi funt, adverfus Pyrrhum in aciem prodierunt.*

Verf. 10. *Verf.* 10. τήν τε τῶν Γαλατῶν. Artic. τῶν adjecit editor Bafil. ex Aug. cum Reg. A. *Ibid.* τῆς τῶν Σικελ. Carent h. l. artic. τῶν Aug. Reg. A. Flor.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Verf. 1. *Verf.* 1. δὲ ἐκ τῶν. Sic ex Vrfini conjectura edidit Cafaub. Perperam ante eum edd. & mssti δὲ καὶ τῶν. *Ibid.* ἔτη μὲν πέντε καὶ τετλαράκοντα &c. Initium novorum motuum, a Gallis fufcitatorum, Zonaras (a quo uno paullo uberior harum rerum memoria confervata eft) lib. VIII. cap. 18. ponit in Ti. Sempronium Gracchum, P. Valerium Coff. A. V. 516. Id bellum continuatum refert anno fequente, L. Lentulo, Q. Flacco Coff. Rem autem, quam præ ceteris hoc cap. verf. 4-6. tangit Polybius, idem Zonaras, nonnulla enucleatius exponens, in aliis diffentiens, pofuit in Coff. P. Lentulum & Licinium Varum, id eft, in A. V. 518. Conf. Freinfh. Suppl. Liv. XX. 9 fq.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἀόρατοι. ἀκόρατοι ed. 1. 2. temere, & contra librorum fidem.

Verf. 3. *Verf.* 3. τοὺς ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαλάτας. Sic libri omnes. ἐκ τῶν Ἄλπεων τοὺς Γαλάτας correxit Scaliger.

Verf. 5. *Verf.* 5. Τρανσαλπίνων. Servavi accentum in penult. cum ed. 4. 5. & fic requirere videbatur analogia nominum compofitorum. Conf. cap. 15, 8 fq. Τρανσαλπινῶν h. l. ed. 1, 2, 3. cum msstis. Quos autem *Tranfalpinos* hic dicit, rectius fortaffe *Alpinos* vel *Inalpinos* dixiffet: fic certe & res ipfa requirere videbatur, & id ipfum, quod dixit verf. 4. τοὺς ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαλάτας. *Ibid.* Βοίων. Tenui hanc fcripturam, quam alibi fecutus fum. Βοιῶν h. l. vulgo omnes. conf. ad cap. 20, 1. *Ibid.* Ἄτιν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Regum nomina prætermifit Perott. *Ibid.* ἐκ

παρα.

παρατάξεως. ἐκ παρατάξεων Aug. Reg. A. Flor. forſan & Vat. minus recte.

Verſ. 7. ἔτει πέμπτῳ, Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος. Quinto anno ab A. V. 518. nempe A. V. 522. conſulatum geſſit *M. Aemilius Lepidus* cum M. Poplicio. *Ibid.* Λεπέδου pro Λεπίδου habet Vat. conf. quae notavimus ad Λεβέκιοι, II. 17, 4. *Ibid.* Γαλάτας. Γαλάτους ed. 2. operarum errore, & ſic rurſus cap. 22, 1. Verſ. 7.

Verſ. 8. Γαΐου Φλαμινίου. Mendoſe Φλαμωνίου Vat. Flor. Aug. Reg. A. De lege Flaminia confer auctores, quos citavit Freinſh. Suppl. Liv. XX. 19. & in his Ciceronem Acad. II. 5. & Valerium Max. V. 4, 5. *Ibid.* ἀρχηγόν. ἀρχὴν Aug. Reg. A. Verſ. 8.

Verſ. 9. ὑπεδύοντο τὴν πρᾶξιν, *ſubibant illud negotium, belli conſilium ſuſceperunt.* Copioſe de verbo ὑποδύεσθαι egit Reiſkius ad h. l. pag. 123 ſeqq. Mendo τάξιν Aug. pro πρᾶξιν. *Ibid.* Βοῖοι ed. 1. 2. Bav. Aug. Βοιοὶ ed. Caſaub. & ſeqq. Βοῖοὶ Reg. A. cum utroque accentu. *Ibid.* ἡγεμονίας tenui ex edit. 5. & ſic Reg. A. C. ἡγεμονείας ceteri edd. & mssti. *Ibid.* δυναστείας Ῥωμαίους correxit Caſaub. ex Reg. B. C. & ora ed. 2. Nempe ſic Aug. cum Vat. Flor. Reg. A. Mendoſe δυναστείας Ῥωμαίων ed. 1, 2, ex Bav. *Ibid.* καταφθορᾶς. καταφορᾶς Aug. Verſ. 9.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Verſ. 1. Ἰσόμβρων. Sic h. l. omnes. *Ibid.* Βοίων. Βοιῶν ed. Caſaub. & ſeqq. invitis h. l. msstis. *Ibid.* καὶ τὸν Ῥοδανόν. Sic editum ex Bav. καὶ περὶ τὸν Ῥοδανὸν Flor. Aug. Reg. A. quod a Polybio profectum non dubitarem, ſi conſtaret, eodem modo habere Vat. e quo nil ad h. l. adnotavit Spallettus noſter. Verſ. 1.

Ibid. Γαισάτους. Sic & cap. 28, 3. Poterat & Γαισάτας dicere; nam in primo caſu eſt Γαισάται cap. 23, 1. & in ſecundo Γαισατῶν cap. 30, 5. — „Γαισάται eſt germanicum *Gæſte*, quod reſpondet græco ξένοι, *amici peregrini*, ſed peculiariter *mercede evocati & obſtricti*.“ REISK. —

 Ita

Verf. 1. Ita Simfonus, in Chronico Vniverfali ad hunc annum. Alii, & in his præfertim Guil. Xylander in Annot. ad Plutarchi Marcellum, a γαίσῳ, *gæfo*, haftæ genere, dictos contendunt; quod tamen proprium fuiffe Gallis, & gallicum nomen, apud nullum ex veteribus reperio, ac Polybius certe de Romanorum haftis pariter eodem vocabulo utitur, VI. 39, 3. XVIII. 1, 4. *Lanceam*, λαγκίαν, celticum fuiffe nomen, Diodorus prodit, V. 30.) Sunt denique græci grammatici, qui Γαισάτας vel Γαιζάτας veluti Γαιζήτας dictos nugantur, παρὰ τὸ γῆν ζητεῖν, quos inter eft Etymologus in Γαιζῆται.

Verf. 2. *Verf.* 2. In Ἀνηροέστῳ confentiunt libri omnes. *Ariovistus* vocatur apud Florum II. 4. εἰς τὸ μέλλον δέ. Conjunctio abeft a Flor. Aug. Reg. A. male. *Ibid.* τῶν ὑπαρξόντων. Sic Cafaub. ex conject. edidit, præeunte Vrfino, Scaligero, & Reg. C. Sed reftituendum Polybio videtur ὑπαρξάντων, in quod confentiunt cum ed. 1. 2. veteres libri omnes. Scilicet Aoriftus hic, intellecta particula ἂν, in modo potentiali, ut aiunt grammatici, fuerit exponendus, ut τῶν ὑπαρξάντων αὐτοῖς ἀγαθῶν idem fit, ac τῶν ἀγαθῶν, ἃ ὑπάρξαιεν ἂν αὐτοῖς ἐὰν κρατήσωσι. Sic IV. 5, 6. fcripti libri omnes dant συνίστανε τὴν ἐξακολουθήσασαν (non ἐξακολουθήσουσαν) εὔνοιαν σφίσι παρὰ τοῦ τῶν Αἰτωλῶν πλήθους, *prædicavit, quanta futura effet ipfis benevolentia* &c. fcil. *fi rem fufcepiffent.* Et eodem modo fubinde Aoriftus, quem præferebant codices, in futurum temere mutatus eft ab editoribus.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἑπτὰ μῆνας. Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Vat. Flor. & Bav. μῆνας ἑπτὰ ed. 2. feqq. cum Aug. Reg. A.

Verf. 9. 10. *Verf.* 9. κίνημα. Mendofe νίκημα Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Verf.* 10. ὡς καὶ πρόσθεν ἡμῖν εἴρηται. Perperam repetitur ὡς ante εἴρηται in ed. 2. errore operarum.

Verf. 11. *Verf.* 11. Ἀσδρούβαν. Ἀσδροῦβαν Aug. Reg. A. *Ibid.* πρὸς τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους. Sic editum ex Bav. Et conftruitur quidem aliâs verbum ἐγχειρεῖν cum tertio cafu, qua ratione oportebat ἐνεχείρησαν τοῖς κατὰ τοὺς πολ. Sed, quo-

quoniam præcessit τοῖς χειροῖς, ad evitandum duplicium dativorum concursum atque inde oriundam aliquam ambiguitatem usus nunc est constructione ἐγχειρεῖν πρός τι. Pari ratione I. 44, 1. quamquam ἁρμόζων proprie regebat dativum casum, tamen, ad evitandum similium casuum concursum, alio regimine usus est, scripsitque τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως, pro τῇ πράξει. conf. ad II. 48, 3. & II. 69, 7. Neque ullo sane modo necesse est, ut hoc loco, in quo versamur, cum Reiskio legendum statuamus πρὸς τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους εἶναι, ut εἶναι pendeat ab ἐνεχείρησαν, & πρὸς τὰ ab εἶναι pendeat. Nec ad τοὺς πολεμίους aliquid desideratur, quod eidem Reiskio visum erat, suspicanti κατὰ τοὺς ταύτῃ (vel τοὺς ἐν χρῷ) πολεμίους, *accingebantur adversus hostes proximos*. Nam Pœni quidem tunc non hostes, sed fœderati erant. Scriptura autem πρὸς τοὺς κατὰ, quam præferunt Vat. Flor. &c. manifeste vitiosa est. Vers. 11.

CAPUT XXIII. Cap. XXIII.

Vers. 1. Γαισάται Γαλάται. Satis videri poterat Γαισάται, sed utrumque nomen pariter conjungit cap. 34, 2. *Ibid.* Cum post ποταμὸν libri omnes scripti & editi, veluti novo orationis initio sumto, darent Γαλάται δὲ ἔτει &c. facile adparebat, exitum non habere novam orationem: itaque post ὀγδόῳ excidisse nonnihil, ac fortasse verbum ἐνικήθησαν, suspicatus erat Reiskius. Casaubonus in vers. lat. orationem hiantem sic explevit: *Quo etiam alii quoque Galli octavo demum anno* &c. *se contulerunt.* Vers. 1.

Ibid. διάδοσιν recte Vat. Flor. Vrsin. & Reg. B. C. e quibus adoptavit Casaub. præeunte etiam Scaligero. Prorsus desideratur hoc vocab. in Bav. & hinc in ed. 1. & in contextu ed. 2. Mendose διδόασιν Aug. & inde ora ed. 2. διαδόασιν voluit Reiskius, nulla urgente causa: nam & διαδοῦναι est *distribuere*, *dividere*, III. 76, 13. 85, 3. & ipsam phrasin διάδοσιν τῆς χώρας rursus legimus III. 67, 6. Confer

fer Harpocrat. in Lexico decem Rhetorum hac voce, & ibi Valefium, quem laudavit Erneft. in Lexic. Polyb.

Verf. 2. *Verf.* 2. Οὐένετοι. Οὐενετοὶ edd. non male, fed invitis msstis. *Ibid.* καὶ Γονομάνοι. Corrupte h. l. καὶ σομανοὶ dant ed. 1. 2. cum codicibus ad unum omnibus. καὶ Γονομάνοι correxi ex II. 24, 8. & 32, 4. Et fic fcribendum monuerat etiam Vrfinus. De fcriptura Cafauboni vide Notata ad II. 17, 4.

Verf. 3. *Verf.* 3. καταλιπεῖν ἠναγκάσθ. καταλειπεῖν' (fic) Vat. Verbum hoc per errorem omiffum in ed. 2. κατηναγκάσθησαν καταλιπεῖν Aug.

Verf. 4. *Verf.* 4. πεζοὺς μὲν εἰς πεντακισμυρίους. In Excerptis ex Diodori lib. XXV. cap. 3. eft συνῆξαν λαὸν μυριάδας εἴκοσι, id eft, *exercitum ducentorum millium coëgerunt:* quod de omnibus copiis fimul, quæ ad hoc bellum a Gallis contractæ funt, intelligi debet. *Ibid.* ἱππεῖς δὲ καὶ συνωρίδας. Diodorus, de Gallis verba faciens, V. 29. ait: Ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις καὶ ταῖς μάχαις χρῶνται συνωρίσιν, ἔχοντες τοῦ ἅρματος ἡνίοχον καὶ παραβάτην. ἀπαντῶντες δὲ τοῖς ἐφιππεύουσιν ἐν τοῖς πολέμοις, σαυνιάζουσι τοὺς ἐναντίους, καὶ καταβάντες εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους συνίστανται μάχην. *In profectionibus & pugnis bigarum illis ufus eft, quæ aurigam & effedarium militem geftant: & occurrentes in bello equites faunio petunt, tum ad gladii conflictum defcendunt.* Sic apud Livium X. 28. eft *effedis carrifque fuperftans armatus hoftis.* Equitum vero & carrorum numerum in unam fummam hic colligit Polybius. Ne tamen idcirco fufpiceris, ἱππεῖς nunc, ut apud Poëtam, dici, qui ex carpentis pugnant; equitum feparatim deinde mentionem facit cap. 25. Et equites in exercitu gallico (de alio quidem tempore loquens) diferte a carpentis diftinguit Livius X. 30. *equitum fex millia, mille carpentorum. Ibid.* δισμυρίους. In δισμυρίας cum Flor. confentit Vat.

Verf. 5. *Verf.* 5. ὑπερβεβληκέναι. Temere Vrfinus in ὑπερβεβηκέναι mutatum hoc voluit. *Ibid.* Ἀριμίνου correxit Erneft. & fic dedit h. l. Aug. ex emendatione quidem, fed ab

ab antiqua manu. Ceteri ſcripti & editi, Ἀριμῆνου. Corrigere etiam juſſerat Vrſinus. Conf. cap. 21, 5. *Ibid.* τηρήσοντα. τηρήσαντα Aug. Verſ. 5.

Ibid. ἕνα δὲ τῶν πελεκυφόρων. Ex ingenio haud dubie viri critici, ut multa alia, irrepſit hoc in codicem Bav. cum, quid faceret corruptæ ſcripturæ πελέκεων, neſciret. Sed truncatum eſſe hoc vocabulum ex ἑξαπελέκεων, dubitari non debet, & hoc quidem abſque cunctatione recipi in contextum debuerat. *Prætorem* dicere voluiſſe Polybium, ſatis adparet: atqui prætorem græci ſcriptores στρατηγὸν ἑξαπέλεκυν, & ſimpliciter ἑξαπέλεκυν, a *ſex ſecuribus*, adpellare ſolent. Vide II. 24, 6. III. 56, 6. & 106, 6. Eodem nomine Diodorus & Appianus utuntur.

Verſ. 6. Σαρδόνα. Σαρδῶνα Flor. Aug. Reg. A. *Verſ.* 7. ἔτι περὶ &c. Carent ἔτι Aug. & Reg. A. Verſ. 6. 7.

Verſ. 8. πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν. — „ſcilicet ἑαυτοὺς vel τὸν νοῦν. Facile poſſit durities ea, quæ videtur, tolli legendo τοῦτον, ut ſit ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν πρὸς τοῦτον τὸν φόβον. Sed ſolent Græci ἀναφέρειν ſic nude & elliptice ponere, ut ſubaudiendum relinquant ἑαυτὸν, vel τὸν νοῦν, vel τὴν γνώμην." REISK. — Πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν idem eſt, quod τὴν ἀναφορὰν ποιούμενοι πρὸς ταύτην τὴν ἔννοιαν, (conf. II. 17, 9.) *ad hanc unam cogitationem advertentes animum, & conſilia ſua referentes.* Scaliger, deleta præpoſ. πρὸς, in ſuo libro correxit ταύτῃ ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν. De ipſo verbo ἀναφέρειν, quatenus ſeq. genit. vel ſeq. particula ὅτι *meminiſſe* ſignificat, vel *in memoriam revocare*, dixi ad Appian. Civil. II. cap. 73. *Ibid.* παρήγγελλον accepi ex Flor. Aug. Reg. A. cum quibus facit puto & Vat. Vulgo παρήγγελλον ex Bav. Verſ. 8.

Verſ. 10. Confer cap. 24, 3. Verſ. 10.

Verſ. 11. παρασκευὴν editum ex Bav. cum quo neſcio an conſentiat Vat. κατασκευὴν Flor. Aug. Reg. A. & id in Bav. ſuperſcriptum alteri lectioni. *Ibid.* ἡλίκην οὐδεὶς πω Verſ. 11.

μνημο-

μνημονεύει πρότερον. — *Qualem nemo* (historicorum puta) *factam antea memorat.* Malim tamen μνημονεύεται, *qualem nemo umquam fecisse dicitur.*" REISK.

Verf. 13. *Verf.* 13. ἡγεμονίας. ἡγεμονείας Aug.

Cap.XXIV.

CAPVT XXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. μετὰ ταῦτα. Quod vulgo μετὰ δὲ ταῦτα fcribebatur, ortum erat ex errore dormitantis alicujus librarii, qui novam narrationem hinc incipi putavit. *Ibid.* ἀντοφθαλμήσας recte editum. ἀντοφθαλμίσας Reg. A. & Suidas in Παραβόλως. Sic & Bav. fed fuperfcr. η ab eadem manu. *Ibid.* περιβάλλειν. Mendofe περιβάλλει Vat. Flor.

Verf. 2. *Verf.* 2. ῥητέον ἂν εἴη. Concinnius hoc vifum eft, quam ῥητέον εἴη ἄν, quod placuit Cafaubono. conf. II. 24, 3. & 5. II. 38, 5. &c. Quin mendofum fit εἶναι, quod habent h. l. libri, nullum effe dubium poteft. Quod fi prorfus abeffet verbum, nihil admodum loco ejus defideraretur. Quod REISKIVS fcribit, ἐστὶ effe legendum, eodem quippe compendio græcos librarios εἶναι & ἐστὶ exarare; id quo pertineat, mihi non liquet: in Polybianis quidem codicibus nihil tale me obfervare memini.

Verf. 3. *Verf.* 3. Ἅμα μὲν οὖν τοῖς ὑπάτοις &c. Confer cap. 23, 10. *Ibid.* στρατόπεδα Ῥωμ. πεντάκις μὲν χιλίους καὶ διακοσ. &c. Varius, non folum diverfo tempore, fed & eodem fubinde tempore diverfis in locis, *numerus* fuit *peditum equitumque*, qui *legionem romanam* conficiebant. Vide ftatim hoc cap. verf. 13. tum lib. I. 16. 2. III. 72, 11 fqq. III. 107, 9 fqq. VI. 20, 8 fq.

Verf. 6. *Verf.* 6. προεκάθισαν. προσεκάθισαν ed. 1. 2. & Reg. B.C. mendofe, & invitis vett. libris. conf. verf. 8.

Verf. 7. *Verf.* 7. Ἀπέννινον. Sic Aug. Ἀπεννῖνον Reg. A. Ἀπεννίνον ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Ἀπεννίνον ed. Cafaub. & feqq. Ex Vat. & Flor. nil enotatum eft. *Ibid.* Ὄμβροι cum Vrfino & Scaligero correxit Cafaub. Mendofe libri omnes σόμβροι, litera σ ex præcedenti verbo repetita. De Infubribus, quorum nomen Ἴσομβροι eft, non magis hic

hic cogitari debet, quam II. 16, 3. ubi illorum nomen cum Vmbrorum confuderunt nonnulli librarii. conf. cap. 22, 1. & 23, 2. *Ibid.* Σαρσινάτοι. Forfan Σαρσινᾶται fcripfit, ut fufpicatus eft Cellarius, Geogr. Antiq. II. 9. p. 742. Ceterum confer Notata ad verf. 15. *Ibid.* καὶ Κενομάνοι. Imprudente me fervatum hoc eft ex ed. Cafaub. & feqq. cum quibus folus facit Reg. C. Rurfus Γονομάνοι edi debuit ex Polybii fcriptura, in quam hoc loco, ut conftanter aliâs, confentiunt veteres libri. Rurfus καὶ Κενομάνοι ed. Cafaub. & feqq. cum folo Reg. C. Verf. 7.

Verf. 8. ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Γαλατίας. Hoc in verfione lat. expresserat Cafaub. *in Galliæ finibus:* intelligitur autem Cifalpina Gallia. *Ibid.* ὡς ἂν ἐμβαλόντες. Carent ὡς Vat. & Flor. Et pro ἂν dat ἵν' idem Flor. *Ibid.* Βοίων. Sic h. l. folus Reg. B. Βοιῶν ed. Cafaub. & feqq. cum msstis omnibus præter Reg. B. Βιῶν mendofe ed. 1. 2. *Ibid.* ταῦτα ἦν. τοσαῦτα ἦν fufpicatus erat Reifkius. Verf. 8.

Verf. 10. Σαυνιτῶν. Sic recte dant vett. codd. Σαυνίτων ed. 1. 3. & feqq. Σαννιτῶν mendofe ed. 2. Verf. 10.

Verf. 11. Μεσσαπίων recte dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Conf. III. 88, 4. & Cluver. p. 1208 fq. Corrupte Μεσαπύγων edd. ex Bav. in quo tamen fuper υ fuperfcr. jota, ab eadem manu. *Ibid.* πεζοὶ μέν. Sic commodius editum ex Bav. πεζῶν μὲν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 11.

Verf. 12. Λευκανῶν δέ. Λευκάνοι δὲ folus Reg. A. *Ibid.* Μάρσων. Μαρσῶν Aug. *Ibid.* Μαῤῥουκίνων dederunt Flor. Aug. Reg. A. confentiente puto Vat. Conf. III. 88, 3. Vulgo Μαρουκίνων ex Bav. *Ibid.* Φρεντανῶν adfcivi ex III. 88, 3. ubi omnes confentiunt in Φρεντανήν. Poterat tamen fortaffe ferri Φερεντάνων, quod præferebant h. l. omnes. Ceterum confer Cluver. Ital. Antiq. IV. 9. p. 1205 fq. & Appian. Civil. I. 39. *Ibid.* Οὐεστίνων recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. & fic edidit Cafaubonus, monente Vrfino & Scaligero. Mendofe Οὐετίνων ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Verf. 12.

Verf.

Verf. 13. *Verf.* 13. ἔτι δὲ μήν. ἔτι γε μὴν folus Aug. quod tamen verum videtur.

Verf. 14. *Verf.* 14. Ῥωμαίων δὲ καὶ Καμπανῶν. — „Ῥωμαίων fufpectum. Forfan Κυμαίων, Cumæorum & Campanorum." REISK. — Eamdem conjecturam, Κυμαίων pro Ῥωμαίων, Gronovius ad oram fui libri adnotaverat. Et nuper etiam privatim me monuit alius Vir doctiffimus, vix fanum h. l. exiftimandum effe vocab. Ῥωμαίων. Ego vero, ut dicam quod res eft, non modo fatis idoneam nullam video cauffam, cur fufpectum nobis *Romanorum* nomen hic effe debeat, fed etiam plane mihi videor intelligere, neceffario debuiffe illud hoc loco a Polybio commemorari. Nam poftquam primum expofuit, quænam & quantæ copiæ, partim civium romanorum, partim fociorum varii generis, fuerint ad hoc bellum *re ipfa contractæ & Gallis oppofitæ;* docere deinde a verfu 10. inftituit, quifnam præterea ex quoque Italiæ populo fuerit numerus hominum, *in tabulas relatorum*, qui ætate effent militari, & *qui arma ferre*, fi res pofceret, pro Romanis adverfus Gallos *poffent.* Quorum omnium poftquam feparatim primum per varios populos numerum expofuit, fummam deinde etiam colligit, tam eorum, qui ftatim in armis oppofiti funt hoftibus, (verf. 15.) quam eorum, qui præter hos fupererant, armis ferendis idonei. (verf. 16.) Itaque poftquam verf. 10. 11. & 12. numerum expofuit variorum *fociorum*, *qui* præter eos, qui jam in legionibus confulum erant, *arma ferre*, *fi res pofceret*, *poffent*, confentaneum profecto erat, ut de *civibus romanis* pariter doceret, *quifnam* præter hos, qui jam nunc ftipendia faciebant, *fupereffet numerus capitum militiæ aptorum.* Atque horum nunc numerum prodit, cum ait, *Romanorum Campanorumque multitudinem, in tabulis defcriptam, peditum fuiffe millium ducentorum & quinquaginta, equitum XXIII millium.* Quod autem Romanis *Campanos* jungit, caufa eft, quod his temporibus *Campani*, id eft, cives

cives Capuæ urbis & aliarum nonnullarum Campaniæ civitatum, in civium romanorum numero censebantur; quo jure illi fruiti sunt, quamquam sine suffragio, inde ab A. V. 416. teste Livio VIII, 14. usque ad belli Hannibalici tempora, quibus ob pertinacem a Romanis ad hostes defectionem non modo civitas Campanis ademta, sed & gravi supplicio in eos sævitum est. Eo igitur temporis intervallo, quod ab A. V. 416. usque ad A. 538. excurrit, *Campani* in exercitibus romanis non *sociorum*, sed *civium* numero sunt habiti, ita quidem, ut integram etiam legionem romanam, ex Campanis conscriptam, & Campano duce utentem (Polyb. I. 7. Liv. Epit. XII.) memoriæ proditam inveniamus. Conf. Dukerum ad Liv. VIII. 14, 10. Denique ipsorum horum temporum æqualis scriptor Fabius, in recensione copiarum, quas Romani tum adversus Gallos paratas habuerunt, quamquam in aliis momentis dissentiens a Polybio, tamen eodem modo *Campanos* cum *Romanis* conjunxerat, & utrosque a *sociis Romanorum* distinxerat, ut discimus ex Orosio IV. 13. ubi ait: *In utriusque consulis exercitu octingenta millia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit, scripsit: ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo millia ducenti, equitum vero viginti sex millia sexcenti: cetera multitudo sociorum fuit.* Ceterum, quem numerum Polybius prodit Romanorum Campanorumque, peditum & equitum, in tabulas relatorum, mire ille convenit cum numero civium, quos proximo lustro (quod quidem ad consules anni ab urbe condita 534 refert Pighius) censos esse legimus in Epit. Liv. XX. his verbis: *Lustrum a censoribus conditum est, quo censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia, ducenta tredecim.* Quod si ad 250,000, quos refert Polybius in tabulas relatos, addideris 20,000, qui jam in legionibus stipendia faciebant, prodeunt 270,000. Si equites adjeceris, & duas legiones, quæ in Sicilia & Tarenti erant, major etiam prodit numerus: qui tamen proximo lustro

Vers. 14.

non est inventus, ob clades, quas hoc ipso bello passi sunt Romani.

Vers. 15. *Vers.* 15. *Summam copiarum, quæ Romæ*, id est, quæ romano imperio (conf. vers. 8 extr.) *præsidebant*, quæ ad defendendum romanum imperium a Gallorum invasione contractæ, eductæ, hostique oppositæ sunt, fuisse, ait, *peditum amplius millia centum & quinquaginta*, *equitum millia sex*. Quam summam quo pacto subduxerit Polybius, haud satis adparet: certe, si singulos peditum equitumque numeros, quos ante nominavit, colligas; prodibit peditum summa minor, equitum vero major. Etenim in *Peditum* numero posuerat

primum, 4 legiones romanas; in his cives	-	20,000
socios	-	30,000
dein Sabinos & Etruscos - - amplius		50,000
Vmbros & Sassinates - - - -	-	20,000
Venetos & Cenomanos - - -	-	20,000
Vnde prodit summa nonnihil amplior, quam	-	140,000

cum tamen nunc ampliorem quam 150,000 dicat.

In *Equitum* numero posuerat

in quatuor legionibus, cives - -	-	1,200
socios - -	-	2,000
Sabinos & Etruscos - - - -	-	4,000
	Summa	7,200

Itaque, si vel maxime in declaranda Peditum summa rotundo numero uti voluisse Polybium dixeris, tamen in Equitum summa non consentaneum est, voluisse eum numero uti multo minori, quam qui ex collectione summarum particularium, quas ipse posuerat, prodibat. Summas autem particulares recte se habere, intelligitur ex universa summa, quæ versu seq. subducitur, simul horum, qui in armis erant, simul reliquorum, qui, ut armis ferendis idonei, in tabulas erant relati. Igitur error inesse putandus erit hoc versu in illis verbis ἱππεῖς δὲ πρὸς ἑξακισχιλίους, ut pro πρὸς ἑξακισχιλίους (sive Polybii id sphalma est, sive libra-

riorum

riorum,) scriptum oportuerit vel πρὸς ἑπτακισχιλίους, *ad septem millia;* vel potius ὑπὲρ ἑπτακισχιλίους, *super septem millia;* aut πρὸς ὀκτακισχιλίους, *ad octo millia*, si nimirum in particularibus summis neglectos statuamus centenarios nonnullos, quorum nunc ratio habetur.

Vers. 16. δυναμένων correxit Gronov. monente Vrsino & suffragante Reg. A, Eodem modo Scaliger correxerat. Mendose ceteri codices & superiores editiones δυνάμεων dederant. *Ibid.* πεζῶν μέν. Conjunctionem omittunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid. Summa generalis*, quam colligit, *omnium simul sumtorum, qui tunc vel arma gestabant, vel armis ferendis pro Romanis contra Gallos erant idonei,* satis convenit cum numeris particularibus, quos ante posuerat. Nam si Vers. 16.

ad *Peditum* summam - -	140,800.	& ad *Equit.*	7,200
addideris			
Romae in armis paratos,			
cives - -	20,000	- - -	1,500
socios - -	30,000	- - -	2,000
in Tabulas relatos,			
Latini nominis socios -	80,000	- - -	5,000
Samnitas - - -	70,000	- - -	7,000
Apulos & Messapios -	50,000	- - -	16,000
Lucanos - - -	30,000	- - -	3,000
Marsos &c. - -	20,000	- - -	4,000
Cives romanos & Camp.	250,000	- -	23,000
2 Legionis in Sic. & Tar.	8,400	- - -	400
prodit summa Peditum -	699,200	- Equitum	69,100

quarum summarum utraque proxime accedit ad eam, quam declaratam hoc versu a Polybio legimus, *peditum amplius millia septingenta, equitum ad septuaginta millia.* Ceterum maxima fuit ad posteros fama, & frequens apud scriptores ac interdum exaggerata etiam mentio ingentis hujus numeri copiarum, quas hoc tempore contra Gallorum invasionem paratas Romani habuerunt. Cum Polybio adcurate

 con-

Verſ. 16. conſentit Diodorus Siculus, in cujus Reliquis tamen nonniſi ſumma generalis conſervata eſt, lib. XXV. eclog. 3. *Ῥωμαῖοι ἔχοντες πεζῶν μυριάδας ἑβδομήκοντα, ἱππέων δὲ ἑξακισμυρίους.* Paululum diſſentiens Plinius, equitum numerum auxit, & a peditum ſumma (in qua Polybius Tranſpadanos Venetos & Cenomanos complexus eſt) Tranſpadanos excluſit; III. 20, 24. *Hæc eſt Italia*, ait, *quæ L. Aemilio Paulo, C. Atilio Regulo Coſſ. nunciato gallico tumultu, ſola ſine externis ullis auxiliis, atque etiam tum ſine Tranſpadanis, equitum* LXXX. M. *peditum* DCC. M. *armavit.* Parum ac nihil fere a Polybio abit Eutropius, III. 5. qui tamen non ex Polybio, ſed ex Fabii Annalibus rem hauſit: *Pro Romanis*, ait, *tota Italia conſenſit: traditumque eſt a Fabio hiſtorico, qui ei bello interfuit,* DCCC *millia hominum parata ad id bellum fuiſſe.* Quod DCC millia ibi codices nonnulli præferunt, ex ingenio librariorum eſt, qui numerum illum Polybio, Diodoro Plinioque conſentientem reddere voluerunt, non cogitantes, cum peditum multitudine nunc equitum numerum in eamdem ſummam colligi. Certe & Oroſius IV. 13. ex eodem Fabio (ut paulo ante ad verſ. 15. vidimus) pariter *octingenta millia armatorum fuiſſe* refert. Quod autem idem Oroſius omnes has copias *ad præſidium imperii* revera *contractas, & in utriuſque conſulis exercitu fuiſſe* ſcribit, in hoc quidem aut parum recte mentem cepit Fabii, aut ab ipſo Fabio (cujus levitatem aliâs Polybius notavit I. 14 ſq. III. 8 ſq.) fucum ſibi fieri paſſus eſt; longe enim maxima iſtarum copiarum pars, ut & ratio ſuadet, & diſerte Polybius docet, non re ipſa ad bellum ſeducta eſt, ſed tantum in tabulas relata, ut, ubi res tuliſſet, contrahi educique poſſet. Mire vero idem Diodorus, quem cum Polybio conſentire ſupra vidimus, exaggeravit numerum, cum lib. III. cap. 5. ita ſcribit: *Ῥωμαῖοι μικρὸν πρὸ τῶν Ἀννιβαϊκῶν καιρῶν, προορώμενοι τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, κατέγραψαν τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπιτηδείους εἰς τὴν στρατείαν, πολίτας τε καὶ συμμάχους, ὧν ὁ σύμπας ἀριθμὸς μικρὸν ἀπέ-*

ἀπέλιπε τῶν ἑκατὸν μυριάδων. Romani, paulo ante Hanibalica tempora magnam belli molem prospicientes, civium sociorumque bello idoneorum, qui Italiam incolebant, habito censu, decem centena millia haud multo minus descripserunt. Livius quid de tota hac recensione scripserit, non constat: in Epitome libri XX. pauca hæc verba conservata sunt: *Eo bello populus Romanus sui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur.* Vers. 16.

Vers. 17. ἐφ' οὓς Ἀννίβας - - ἐπέβαλεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, *contra quos Hannibal* - - in *Italiam profectus est.* Non erat cur verbum ἐπέβαλεν solicitarent Reiskius & Ernestus, ἀπέβαλεν suspicantes, quod *descendit* exponunt, aut ἐνέβαλεν, *invasit.* Vide Lexic. Polyb. in Ἐπιβάλλω. Vers. 17.

CAPUT XXV. Cap. XXV.

Inserta est *historia Belli Gallici Cisalpini* (ab hoc Cap. usque cap. 31, 7.) Eclogis antiquis, quas continet CODEX VRBINAS; in cujus ora ad hunc locum scriptus hic Titulus: Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν ἐν Καλουσίῳ πόλει.

Vers. 1. ἐπεπορεύοντο. Mendose ἀπεπορ. ed. 1. 2. cum Vers. 1. solo Bav. *Ibid.* οὐδενὸς δ' αὐτοῖς. Conjunctionem dederunt veteres libri omnes, quæ vulgo abest ab editis, errore ex edit. 1. in reliquas & in Reg. B. C. propagato.

Vers. 2. Κλούσιον. Sicut h. l. codices nostri omnes Vers. 2. Καλούσιον dant, sic & apud Diodor. Sicul. XIV. 113. est Καλούσιον, & οἱ Καλούσιοι & Καλουσῖνοι. Amant græci librarii romana nomina ad græcorum nominum habitum coloremque detorquere.

Vers. 5. πῦρ. Debebat in contextum recipi conje- Vers. 5. ctura Reiskii πυρά. Sic cap. 26, 2 & 4. & constanter aliàs. In promtu h. l. est erroris origo. *Ibid.* ἀπέλιπον. ἀπέλειπον Flor. *Ibid.* κατὰ τὸν αὐτὸν στίβον. Mendose κατὰ τὴν αὐτῶν στίβον edd. & Reg. B. C. ex Bav. Perperam Bœclerus ex Aug. citavit κατὰ τὸν αὐτῶν στίβον; nam in veram

fcripturam. quam reftituimus, prorfus confentit hic codex cum Vrb. Vat. Flor. Reg. A. & Suida in Στίβος.

Verf. 6. *Verf.* 6. Φαίσολα. Plurale neutrius generis fecundæ declinationis. Sed III. 82, 1. eft κατὰ τὴν Φαισόλαν. Latine, ut notum, *Fæfulæ*. *Ibid.* αὐτοῦ, *ibi*, bene correxit Cafaub. In ora tamen Bafil. fcribere juffit αὐτοὺς, quod non placet. Poterat utcumque ferri αὐτοὶ, *foli*, ut mox verf. 7. ἱππεῖς αὐτοὺς, *equites folos*. Sed quandoquidem jam præceffit αὐτοὶ, incommodo in eadem phrafi idem pronomen repetebatur. Et aliâs pariter idem adverbium αὐτοῦ, *ibi*, corruptum a librariis in αὐτοὶ videmus III. 16, 11. & in αὐτοὺς IV. 81, 5.

Ibid. παρενέβαλον, *caftra locant* vertit Cafaub. Nefcio an rectius, *aciem inftruunt*. Non enim fuppetebat tempus locandorum caftrorum, fed acie inftructa exfpectandus erat hoftis, mox infecuturus; conf. verf. 10. παρεμβάλλειν utrumque fignificat, *caftra locare*, & *in acie locare*; & abfolute, intelligendo ἑαυτοὺς vel τὴν στρατιὰν, eft *aciem inftruere*.

Verf. 7. *Verf.* 7. τοὺς ἱππεῖς αὐτοὺς, *equites folos per fe*. Hujus notionis, pronomini αὐτοὺς fubjectæ, cum non meminiffet Vrfinus, ex ingenio fcribere juffit αὐτῶν.

Verf. 10. *Verf.* 10. Tria verba ἐν τῇ νυκτὶ aberant ab ed. 1. & Bav.

Cap. XXVI.

CAPVT XXVI.

Verf. 1. *Verf.* 1. συνεγγίζειν τῇ Ῥώμῃ. Sic recte Flor. *Ibid.* καὶ κατὰ σπουδήν. Bene ftaret καὶ poft κατὰ σπουδήν.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὰ πυρά. Mendofe τῷ πύῤῥῳ Aug. Reg. A. Haud femel hi literam α & ω confundunt, ut jam aliâs notavimus.

Verf. 3. *Verf.* 3. καταλιπόμενον. καταλειπόμενον Flor. & Reg. C. bene.

Verf. 4. *Verf.* 4. συνήδρευον. Perperam συνηγόρευον ed. 1. 2. cum uno Bav.

Verf.

Verf. 5. καὶ τὸ τῶν σωμ. καὶ θρεμμ. πλῆθος. Sic Vrb. Vat. Flor. Reg. C. Verbis καὶ θρεμμάτων carent ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Perott. τὸ τῶν σωμάτων πλῆθος καὶ θρεμμ. ed. Casaub. & seqq. cum uno Reg. B. Verf. 5.

Verf. 6. ὥσπερ. Vide ad I. 82, 13. *Ibid.* δεῖν μὴ Vrb. Vat. Flor. μὴ δεῖν edd. & Reg. B. C. ex Bav. μὴ carent Aug. Reg. A. *Ibid.* ταῦτα δ' ἀποσκευασ. Abest conjunctio a Flor. Verf. 6.

Verf. 7. δόξαντος recte edidit Casaub. ex Bav. & Reg. B. C. monente etiam Vrsino. Mendose δόξαντες ed. 1. 2. Vat. Flor. Aug. & Reg. A. a pr. manu. *Ibid.* ταῦτα βουλευσαμ. ταύτης βουλ. Flor. *Ibid.* ἀναζεύξαντες προῆγον Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἀνέζευξαν καὶ προῆγον edd. & Reg. B. C. ex Bav. Verf. 7.

Verf. 8. ἀποσπάσαι Vrb. Bav. Vat. Aug. Reg. A. ἀποσπᾶσαι Flor. Mendose ἀποσπᾶσθαι edd. & Reg. B. C. Verf. 8.

CAPVT XXVII. Cap. XXVII.

Verf. 1. Πίσας correxi. Sic autem cap. 28, 1. recte dant Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. qui h. l. Πύσας habent. Vtrobique tamen in Aug. cum statim Πύσας fuisset, correctum Πίσας. Πίσσας utrobique edd. & Reg. B. C. cum Bav. *Ibid.* προῆγε. Sæpissime in hoc peccatum. Recte vero omnes προάγειν vers. 4. & προῆγον cap. 28, 2. Verf. 1.

Verf. 2. προπορευσαμένους Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Nec deterius tamen προπορευομένους. Verf. 2.

Verf. 3. στρατοπέδων. στρατηγῶν Aug. *Ibid.* ἀνήγγελλον editum ex Bav. ἀπήγγελλον Flor. Aug. Reg. A. B. C. *Ibid.* Λεύκιον. Λούκιον h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 3.

Verf. 4. τὰ μέν. ταῦτα μὲν Aug. *Ibid.* κατὰ πορείαν. κατ' ἀπορίαν Flor. Verf. 4.

Verf. 5. ἐπιγραφῆς. Conf. ad II. 2, 9. Male ἐπιστροφῆς ed. 1. 2. ex Bav. quamquam in hoc vera lectio superscr. eadem manu. Verf. 5.

Verf. 6. Αἰμίλιον. Αἱμίλιον cum spir. aspero constanter Aug. ut sæpe solent in hoc nomine græci librarii. Verf. 6.

Verf. 4. *Ibid.* περιπεπορεῦσθαι. In περιπορεύεσθαι cum Flor. & aliis consentiunt Reg. B. C. Mendofe περιπεπορεύεσθαι Vat. *Ibid.* προκαταλαμβάνεσθαι. προκαταλαβέσθαι voluit Reifkius: temere; nondum enim occupaverant, fed in eo erant, ut occuparent. *Ibid.* ἐξαπέστελλον. ἐξαπέστελον Flor.

Verf. 7. *Verf.* 7. παρενέβαλλον recepi ex Aug. Reg. A. παρενέβαλον edd. cum Bav.

Verf. 8. *Verf.* 8. κατὰ τὸ στόμα. Articulum non agnofcunt Aug. Reg. A. *Ibid.* προσεδόκων. Perperam, & invitis h. l. codicibus omnibus, προσεδόκουν habent ed. 2. 3. 4. quemadmodum quidem infra dat unus cod. Vrb. cap. 28, 3. Conf. ad I. 53, 11.

Cap. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Πίσας. Πίσσας rurfus edd. ex Bav. Vide ad cap. 27, 1.

Verf. 2. *Verf.* 2. τοὺς μὲν ἱππεῖς. Caret μὲν Aug. *Ibid.* βοηθήσοντας. βοηθήσαντας ed. 4. 5. errore operarum. *Ibid.* ἐξαπέστελλον. ἐξαπέστελον Flor. *Ibid.* τάξεις. παρατάξεις Vrb. minus recte.

Verf. 3. *Verf.* 3. Γαισάτους. Sic h. l. omnes, qui tamen iidem mox verf. 8. in nominativum primæ declinationis Γαισάται confentiunt. Conf. ad II. 22, 1. *Ibid.* Ἴσομβρας. Sic Bav. Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. Conf. mox. ad verf. 7. Ἰσόμβρας ed. 1. 2. Reg. C. errantibus in accentu operis: hinc Ἰσόμβρους unus Reg. B. & inde ed. Cafaub. & feqq. Vide ad II. 17, 4.

Verf. 4. *Verf.* 4. παρενέβαλον. παρενέβαλλον Aug. Reg. A. quod receptum malim. *Ibid.* τὴν ἐναντίαν μὲν στάσιν ἔχοντας τοῖς προειρημένοις. στάσις hic *pofitionem* vel *directionem* denotat. Et valet hic locus ad confirmandum id, quod de phrafi ἀνέμου στάσις dixi ad I. 48, 2.

Verf. 7. *Verf.* 7. Ἴσομβρες Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἴσομβροι Bav. Reg. B. ed. 2 & feqq. Ἰσόμβροι ed. 1. Reg. C. *Ibid.* τῶν σαγῶν. Sic h. l. omnes, fcripti & editi, atque etiam

etiam Suidas in Ἔφαμμα, ubi profertur fragmentum ex hoc loco. Alibi tamen penacute usurpatur hoc nomen; sic cap. 30, 1. οἱ σάγοι. pariterque apud alios scriptores, ut Diodor. V. 33. & Legat. XXX. Appian. Hisp. cap. 42 & 54. &c. Verf. 7.

Ibid. ἐξέταξαν. Non solum dicunt ἐκτάττειν τὰ στρατόπεδα, *in acie collocare legiones*, sed & absque accusativo, *in aciem prodire*, ut III. 117, 8. ubi idem sonat quod τὴν ἔκταξιν ποιεῖσθαι II. 27, 7. Quo minus dubitavi, mendosum ἐξέταζον vel ἐξήταζον in ἐξέταξαν mutare. Pari ratione III. 102, 2. verbum ἐξέταξε in ἐξέταζε corruperant librarii. Gronovius ἐξήρταον vel ἐξήρτασαν scripsisse h. l. Polybium conjecerat, nisus exemplo XVIII. 1, 4. ἐξητάζοντο suspicati sunt Scaliger & Reiskius; quod Reiskius exposuit *conspiciebantur, conspiciendos se dederunt*, & usum hujus verbi pluribus exemplis, ex Demosthene citatis, confirmavit. Ad quæ respondens ERNESTVS: — „Scio, inquit, ἐξετάζεσθαι dici pro *conspici*, adeoque *inveniri, esse in aliquo numero;* sed semper intellecta spectatione aliqua virtutis, vel vitii, ut ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐξετάζεσθαι, ἐν εὐνουστάτοις, &c. apud Josephum XV. 6, 7. XVI. 2, 4. [Sic μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἐξετάζεσθαι, Dionys. Halic. II. 10.] Hic nihil tale intelligi potest." — Itaque idem ERNESTVS perspecte præivit nostram emandationem, scribendum conjiciens ἐξέταττον sc. ἑαυτοὺς, vel ἐξετάττοντο.

Verf. 8. πρακτικώτατοι. πρακτικώτεροι Suidas. *Ibid.* Verbum ὄντας, temere omissum in ed. 2. & sequentibus, agnoscunt cum ed. 1. codices omnes & Suidas in Ἔφαμμα & in Παραποδίζειν. Verf. 8.

Verf. 9. αὐτὸς ὁ κατά. Non solicitari hoc debuit a Reiskio, qui αὐτοῖς maluit. Verf. 9.

Verf. 10. ἐπανενεχθῆναι Casaub. adscivit ex Reg. B.C. quibus suffragatur Flor. & eodem modo dare debuit Vat. e quo citatur ἐπαναναχθῆναι. ἐπαναχθῆναι. quod cum Bav. Aug. & Reg. A. habebant ed. 1. 2. non deterius Verf. 10.

esse altero, censuit Reiskius: mihi vero videbatur, de re inanimata commodius φέρεσθαι dici, quam ἄγεσθαι.

Vers. 11. *Vers.* 11. ἴδιον ἦν καὶ θαυμ. ἴδιον καὶ θαυμαστὸν ἦν Aug. Reg. A. — *Ibid.* δυναμένοις. δυνάμεως edit. 1. operarum errore.

Cap. XXIX. CAPVT XXIX.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἀπορήσαι τις. ἀπορῆσαί τις ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. *Ibid.* χώραν. τὴν χώραν importune repetito articulo dabant edd. & Reg. B. C. invitis msstis.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐπιτευκτικωτάτην Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. ἐπιτευτικωτ. mendose edd. & Reg. B. cum Bav. *Ibid.* ἀφ' ἑκατέρων. Sic intra lineas ab ead. manu scriptum in Bav. Ceterum ἐφ' ἑκατέρων scripti omnes cum editis. Sed Vrb. ἐφ' ἑκατέρους. *Ibid.* ἀποκεκλεισμ. Mendose ἀποκελεισμ. ed. 1. ἀποκεκλιμένης Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* εἰς τοὔπισθεν. REISKIO hoc debeo, quod & res ipsa postulabat, & verbum ἀναχωρήσεως quod sequitur: „nam, qui in anterius pergunt, (ut ait ille) non ἀναχωροῦσι, sed προχωροῦσι." — Pariter vero GRONOVIVS in Notis ineditis: „Nulla potest esse ἀναχώρησις εἰς τοὔμπροσθεν. Neque, qui vincuntur, solent in anteriora tendere, sed recedere in posteriora. Lego igitur εἰς τοὔπισθεν. Sic I. 51, [8.] εἰς τοὔπισθεν ἀποχωρεῖν. XVII. 26. [nobis XVIII. 13, 4.] ἀδύνατον τοῖς πρωτοστάταις τὴν εἰς τοὔπισθεν μεταβολήν." — Simili ratione ἀναχωροῦντες ἐπὶ πόδα est II. 30, 4.

Vers. 6. *Vers.* 6. βυκανητῶν correxi. βυχανιτῶν edd. & Reg. B. ex Bav. βυχανητῶν Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἰβυκανητῶν ex hoc ipso Polybii loco citat Suidas, hoc eodem vocab. & iterum in Ἰβύκινον. *Ibid.* γενέσθαι. γίνεσθαι solus Flor. At constanter aoristum jungere solet Polybius cum verbo συνέβη.

Vers. 8. *Vers.* 8. σπείρας. πείρας ed. 1. 2. Aug. Reg. A. C. prima litera absorpta ab extrema verbi praecedentis: & sic etiam fuerat statim in Bav. sed dein adjectum ab ead. manu. *Ibid.* μανιάκαις restitui ex Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sic & Suidas

Suidas in Μανιάκης, provocans ad hunc locum. Conf. cap. 31. 5. *Ibid.* In περιχείροις consentit Suidas cum codicibus nostris. Temere Scaliger περιχερίοις.

CAPVT XXX. Cap. XXX.

Verf. 2. συμβαίνοντος. Mendose συμβαίνοντες Vrb. quae lectio in Vat. superscripta est alteri. συμβαίνοντας ed. 2. errore operarum. Verf. 2.

Verf. 3. ὅσα γυμνά. Conf. ad I. 45, 9. Nil opus est, cum Reiskio γυμνότερα scribere. Verf. 3.

Verf. 4. τοὺς ἀκοντιζ. τοὺς εἰσακοντίζοντας Vrb. Vat. Flor. Reg. B. C. quod in contextum debebat recipi. conf. verf. 1. *Ibid.* εἰς τοὺς πολεμίους ὑπὸ τοῦ θυμοῦ. Adoptavi seriem verborum, ut est in Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo ὑπὸ τοῦ θυμ. καὶ τῆς ἀλογ. εἰς τοὺς πολ. ex Bav. — *Ibid.* τοὺς κατόπιν. Sic recte ed. 1. cum Vrb. Vat. Flor. Reg. A. Bav. αὐτοὺς κατόπιν ed. 2. & seqq. ex solo Aug. Verf. 4.

Verf. 5. Γαισατῶν. Γαισάτων Aug. Reg. A. Perinde est: conf. ad cap. 28, 3. *Ibid.* In παρὰ τοῖς ἀκοντισταῖς consentiunt libri omnes, excepto Reg. C. Nec incommoda sententia: *apud jaculatores*, id est, *dum adhuc penes jaculatores & levem armaturam res erat*, adeoque *primo conflictu*. Quod Casaubonus ex recentissimo Regio adoptavit, παρὰ τῶν ἀκοντιστῶν, ne habet quidem illam vim, quam ei tribuit doctus interpres: oportuerat ὑπὸ τῶν ἀκοντιστῶν. Verf. 5.

Verf. 6. τὰς σπείρας. Rursus τὰς πείρας ed. 1. 2. sed h. l. solo errore operarum. *Ibid.* Post ἐκ χειρὸς rectius delebitur comma cum Aug. & Reg. A. ut cohaereant haec verba ἐκ χειρὸς ἐποίει μάχην ἰσχυράν. Verf. 6.

Verf. 7. καὶ διακοπτόμενοι. Ignorant conjunctionem Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* παρέμενον ἐπ' ἴσον ταῖς ψυχαῖς. ἐπὶ ποσὶν in ora Basil. suasisse Casaubonum, testatur filius ejus Mericus; de qua emendatione non esse dubitandum, Reiskius contendit. Et eodem quidem modo Verf. 7.

Verſ. 7. modo X. 3, 5. ἐπὶ ποσὸν a librariis nonnullis in ἐπίσον corruptum memini: at hoc loco, re iterum penſitata, & bene habere vulgatam, & ne ferri quidem poſſe ἐπὶ ποσὸν mihi videtur. Non *aliquantiſper* animis hi reſtiterunt, ſed ***ad extremum uſque ſpiritum*** fortiter pugnarunt, ut docet verſ. 9. Recte vero ἐπ' ἴσον ait: ***quamquam concidebantur, tamen pariter, peræque, nihilo minus animis durarunt, nihil de fortitudine & de ardore pugnandi remiſerunt.*** Sic ἐπ' ἴσον, *pariter*, VI. 38, 4. VIII. 3, 2. tum vero ſimul includi videtur notio particulæ ***tamen***, quemadmodum & vicinæ ſignificationis vox ὁμοίως ſubinde pro ὅμως uſurpatur.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ***Lacuna***, quæ eſt hoc verſu, ex cap. 33, 5. & III. 114, 2 ſq. & VI. 23. tali quodam modo ſupplenda videtur: Οἱ μὲν οὖν θυρεοὶ πρὸς ἀσφάλειαν, αἱ δὲ μάχαιραι πρὸς πρᾶξιν μεγάλην διαφορὰν [ἔχουσι Ῥωμαίοις, διὰ τὸ τούτων μὲν τὸν θυρεὸν ὅλον τὸ σῶμα σκέπειν, τὸν δὲ Γαλατικὸν βραχύτερον εἶναι· (cf. ſupra, verſ. 3.) καὶ διὰ τὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν μὲν μάχαιραν καὶ τὸ κέντημα διάφορον καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον] ἔχειν, τὴν δὲ Γαλατικὴν καταφορὰν ἔχειν μόνον. Id eſt: *Scuta igitur* [*Romanorum*] *ad tutamen, & gladii ad pugnandum præſtantiam* [habent; *quandoquidem ſcutum apud hos corpus totum tegit, gallicum autem brevius eſt; & quoniam Romanorum gladius & ad punctim lædendum adprime comparatus eſt, & ad caſim ab utraque parte feriendum validam vim*] *habet, gallicus autem gladius non niſi ad cædendum valet.* Gladium quidem, Romanis uſitatum, qui deſcribitur VI. 33, 6. quem *Hiſpanicum*, ut ibi Polybius docet, vocabant, Annibalici belli demum temporibus adoptatum a Romanis eſſe, ſcribit, auctor incertus, quem Polybium ferunt, apud Suidam in Μάχαιρα; (vide Fragm. Polyb. Hiſtor. num. XIV.) & probabile eſt utique, nonnihil tunc ad perficiendam gladiorum fabricam adoptaſſe Romanos ab Hiſpanis: ſed jam ante iſta tempora gladium Romanorum Hiſpanico fuiſſe ſimilem, duplicemque uſum & punctim & cæ-

ſim

ſim utrimque feriendi habuiſſe, ſatis intelligitur cum ex Polybii verbis, quæ hoc ipſo loco ſuperſunt, tum ex Liv. VII. 10, 5. & ex Claudii Quadrigarii verbis apud Gellium IX. 13. Confer Lipſium de Milit. Roman. lib. III. dial. 3.

Verſ. 9. ἐπεὶ δ' ἐξ. Sic ed. 1. cum codd. omnibus, contra quorum fidem eſt ἐπειδὴ δ' ἐξ in ed. 2. & ſeqq. *Ibid.* καὶ κατὰ κέρας. Ignorat conjunctionem codex Vrb. Verſ. 9.

CAPVT XXXI. Cap. XXXI.

Verſ. 2. τὰς χεῖρας αὐτῷ. Tenui hoc, ut erat editum, licet αὐτῷ ſit in Bav. Flor. Reg. C. Conf. ad I. 18, 3. Mendoſe αὐτῶν Aug. Reg. A. Verſ. 2.

Verſ. 3. προσήκουσι. Scribe προσήκουσιν, quod & dant mssti omnes. Verſ. 3.

Verſ. 4. τῶν στρατοπέδων. Abeſt artic. ab ed. 2. errore operarum. Verſ. 4.

Verſ. 5. Καπιτωλ. Καπετώλιον Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid.* σημαίαις recte editum ex Bav. Confer ad I. 33, 9. σημείαις Vrb. Flor. Reg. A. Ex Vat. nil notatum in ſchedis, ut adſentiri videatur vulgatæ. *Ibid.* τοῖς μανιάκαις Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo τοῖς μανιάκοις ex Bav. Conf. ad cap. 29, 8. *Ibid.* ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον. Cap. 29, 8. diſtinxerat inter τοὺς μανιάκας & τὰ περίχειρα; unde ſuſpicari licet, hoc loco verba τὰς χεῖρας καὶ, quæ ignorant Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus, importune ingeſta eſſe in cod. Bav. Neque tamen vetat quidquam, quo minus putemus, vocabulum μανιάκης etiam generatim de torquibus armillaribus æque ac collaribus fuiſſe uſurpatum, quemadmodum τὸ ψέλλιον non minus *armillam*, quam *torquem collarem* denotat, velut apud Diodor. V. 27. Strab. IV. p. 197. & alios. Verſ. 5.

Verſ. 7. οὕτω καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ. Sic Vat. & Flor. Nec reſpuebat illum pleonaſmum ſtylus Polybianus. Pariter enim πῶς καὶ τίνι τρόπῳ dixit I. 32, 2. II. 38, 1. & ὧδε γὰρ καὶ τῇδέ που III. 108. 3. Ex Vrb. adfertur h. l. οὕτω Verſ. 7.

καὶ τούτῳ τρόπῳ, omiſſo artic. τῷ. Contra, οὕτω τῷ τρόπῳ habent Aug. & Reg. A. Denique τούτῳ τῷ τρόπῳ (abſque οὕτω καὶ) Bav. & hinc editi. — *Ibid.* In fine hujus verſus deſinit Ecloga, quam habet hinc Codex VRB.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Φουλούϊον. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. Mendoſe Φλούϊον ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Φολούϊον ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* Μάλλιον ſcripſi cum Vat. & Flor. Μάλιον edd. cum ceteris codd.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Bene habet ἄπρακτον εἶχον, nempe τὸν λοιπὸν χρόνον, Sic enim non modo τὴν ἡσυχίαν ἄγειν dicitur, ſed & ἔχειν, II. 21, 1. Conf. III. 83, 5. 112, 1. Alibi tamen etiam perperam utique duo hæc, εἶχον & ἦγον, commutata inter ſe ſunt a librariis, ut II. 67, 2.

CAPVT XXXII.

Cap. XXXII. Verſ. 1. *Verſ.* 1. Φούριος. Φρούριος ed. 2. Flor. Aug. Reg. A. Sæpe eodem modo peccatum in hoc nomine.

Ibid. διὰ τῆς τῶν Ἀναμάρων χώρας, *per Anamarum* (ſic enim latine ſcriptum malim, a nominativo *Anamares*, quam *Anamarorum*) *regionem.* Ἀναμαρῶν unus Reg. C. Reliqui omnes in vulgatam conſentiunt. Ceterum quemadmodum, qui Ἄνανες dicti ſunt cap. 17. 7. cis Padum habitarunt, & finitimi ob occidente erant Boiorum, ſic nunc Ἀνάμαρες. Nam ex Boiorum regione (cap. 31, 9. per Anamarum fines tranſeunt conſules, & trajecto Pado in Inſubres perveniunt. Quare probabiliter Cluverus Ital. Antiq. I. 27. p. 265. utroque nomine eumdem populum ſignificari ſtatuit: utrum autem nomen rectius ſcriptum ſit, Ἄνανες, an Ἀνάμαρες, an denique Ἀνάμανες aut Ἀναμανοὶ verum fuerit hujus populi nomen, non auſus eſt definire. In eamdem cum Cluvero conjecturam jam inciderant veteres Polybii interpretes, Leonardus Aretinus, eumque ſecutus Perottus; quorum uterque ipſum etiam nomen *Ananum* ex ſuperiori Polybii loco huc traxit.

Ibid. μὴ μακρὰν ἀπὸ Μασσαλίας. Nomen hoc, haud dubie corruptum, pertinaciter tenent græci noſtri codices omnes

omnes cum eis codicibus, quibus usi sunt veteres inter- Vers. 1.
pretes. Alpes quidem supra Massiliam initium sumere dixerat Polybius II. 14. quod & ferri ibi posse monuimus. Sed ab hoc certe loco alienum prorsus *Massiliæ* nomen: neque is error Polybii esse potest, locorum istorum satis gnari, sed librariorum socordiæ utique fuerit tribuendus. Nec vero commodius quidquam occurrit, quam id, quod (longissime licet recedens a vulgatæ scripturæ vestigiis) Cluverus suspicatus est, Πλακεντίας.

Vers. 2. Lubens tenui προσαγαγόμενοι, quod ex Vers. 2.
Reg. B. C. edidit Casaubonus. προσαγόμενοι ed. 1. 2. consentientibus veteribus codicibus, e quorum certe nullo varietas adnotata est. — *Ibid.* κατὰ τὰς συῤῥοίας τοῦ τε Ἀδόα καὶ Πάδου ποταμοῦ. Recte Perottus cum Aretino: *eo loco, quo Addua fluvius in Padum influit.* Nihil huc pertinent Παδόα & *Padusa*, quæ ex cap. 16, 11. importune in hunc locum transtulit Casaub. Poterat ex cod. Aug. Ἀδούα adoptari per ου, quemadmodum scriptum est in Reliquiis libri XXXIV. 10, 21. & aliàs apud Strabonem. In hunc modum Scaliger correxit τοῦ τε Ἀδδούα, cum in ed. 1. 2. ut in msstis nostris fuisset τοῦ γεαδόα.

Vers. 3. ἀνέλυσαν pro vulgato ἔλυσαν jam suaserat Vers. 3.
Reiskius. In promtu est erroris origo.

Vers. 4. τὸν Κλούσιον ποταμόν. Vulgato idiomate Vers. 4.
Chiese & *Chiesi*. Cluver. p. 413. — *Ibid.* Γονομάνων. Constanter hanc scripturam tenent codices omnes, cui Κενομάνων ubique substituit Casaub.

Vers. 5. ἐπιβολήν. Mendose ἐπιβουλὴν Vat. Aug. Reg. Vers. 5.
A. ut sæpe aliàs.

Vers. 6. Ad ἁπάσας poterit fortasse haud incommode Vers. 6.
cum Casaubono ex communi referri τὰς σημαίας. Sicut apud romanos *vexillum*, sic apud græcos scriptores ἡ σημαία pariter pro ipso *signo militari*, & pro *militibus, signum sequentibus*, usurpatur. σημείας rursus h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* καθελόντες pro κατέχοντες suaserant jam Vrsinus & Reiskius. Eodem modo GRONO-

VIVS

Verſ. 6. VIVS in Notis ineditis ad h. l. „Niſi ſcribendum, ait, *καθελόντες*, *depromentes*, I. 86. *ἐκεῖνον καθεῖλον*, (*ſuſpenſum Spendium*) *detraxerunt* (*de cruce*.) Xiphilin. Aug. 45. *τὰ ἀναθέματα τὰ ἐν Ῥώμῃ ἀνακείμενα καθεῖλον* Auguſtus & Fulvia.“ — Sic vero & in re ſimillima Polybius V. 8, 9. *τῶν ὅπλων τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακειμένων τὰ μὲν πολυτελῆ καθαιροῦντες ἀπεκόμιζον.* Et hoc loco Perottus quoque, præeunte Aretino, vertit, *ſignis aureis ex Minervæ templo ſublatis.* Ceterum literam λ cum χ permutatam pariter a librariis vidimus II. 2, 6.

Ibid. *ἐκ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ.* In deorum numero, quos Galli coluerunt, *Minervam* refert Cæſar de Bello Gall. VI. 27. Mediolani, puto, quod caput fuit Inſubrium, (ut docet noſter, cap. 34, 10.) celebre Minervæ templum erat, in quo ſuſpenſa erant *ſigna militaria*, ſive *vexilla aurea*, id eſt, copioſo auro intexta & late ſplendentia; quæ ſigna *detrahere*, *depromereque*, (*καθελεῖν*,) *loco movere*, (*κινεῖν*) & adverſus hoſtem ferre, niſi extrema neceſſitate, *nefas* habebatur: quare *ἀκινήτους dictas eſſe*, ait, has *σημαίας*. Proprium & ſignatum quemdam eſſe uſum verbi *κινεῖν*, ubi *loco moventur res, quæ in templorum templis erant depoſita*, poſt Dukerum ad Thucyd. VI. 70. monui ad Appian. de Bell. Civil. lib. II. cap. 41.

Verſ. 8 ſqq. *Verſ.* 8. *τήν τε Γαλατικὴν ἀθεσίαν.* *τὴν τῶν Γαλατῶν ἀθεσίαν* Suidas in *Ἀθεσία.* — *Verſ.* 10. *ἀπολείποντες.* *ἀπολιπόντες* Aug. *ἀπολιπόντες* (ſic) Reg. A. — *Ibid.* *τὴν ἐν τῷ νικᾶν.* *τῆς ἐν τῷ νικ.* Flor. — *Verſ.* 11. *πρὸς τὸ διακινδ. ἦσαν.* *πρὸς τῷ* Vat. Flor. & ſic ex ingenio correxit Scaliger, ut aliâs.

CAPVT XXXIII.

Cap. XXXIII. Verſ. 1. *Verſ.* 1. *ἐμφρόνως.* *ἀφρόνως* ſolus Aug. — *Ibid.* *ἑκάστους.* In mendoſum *ἑκάστου* codices conjurarunt omnes. Vltima litera abſorpta a verbo ſequente. conf. cap. 37, 9. Correctionem Caſaubono præivit Scaliger.

Verf. 3. καθάπερ εἴρηται πρότερον. Vide cap. 30, 8. — *Ibid.* ἔχουσι τὴν πρώτην. Sic ed. 1. cum codd. omnibus & Suida in Ἀπεξυστροῦνται. ἔχουσι μὲν πρώτην ed. 2 & feqq. Particula μὲν facile caremus. — *Ibid.* τελέως ἄπρακτον. ταχέως ἄπρ. Suidas. Verf. 3.

Verf. 4. τὰ τῶν τριαρίων δόρατα. In latina verfione perperam *triariorum pila* fcripfiffe me intelligo: recte vero Cafaubonus *triariorum haftas.* Confer VI. 24, 16. Nec vero projiciebant haftam fuam triarii, ut haftati, fed cominus petebant hoftes, *haftis ora fodientes*, ut ait Livius VIII. 10. — *Ibid.* συνέβαλον ἐκ παρατάξεως κατὰ πρόσωπον τοῖς Κελτοῖς. Verba κατὰ πρόσωπον Lipfius (de Milit. Rom. III. 6.) interpretatus eft *in ora Gallorum*, Livii verba refpiciens modo citata. Rectius Cafaubonus, & ad ufum fermonis adcommodate, *a fronte.* Verf. 4.

Verf. 5. συνδραμόντες εἰς χεῖρας. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. & Suidas in Δίαρσις. Pariter Perottus, *in Gallos irruunt.* Ceterum συνδιαλαβόντες, quod cum uno Bav. habent ed. 1. & 2. non folum defendit REISKIVS, fed & optimam, præftantiffimam, elegantiffimam lectionem judicavit; cui adfenfus eft Erneftus in Lexico Polyb. voce Διάληψις. Quod facile equidem patiar, fi modo commoda aliqua notio fubjecta huic fcripturæ ex græci fermonis analogia intelligatur: neque enim nunc faltem dici poteft ita difcedere a reliquorum codicum fcriptura codicem Bav. ficut aliâs paffim vidimus, ut exquifitiori & paulo difficiliori lectioni faciliorem magifque obviam fubftituerit. Iam video quidem ab Hefychio notatum, verbum διαλαβεῖν fignificare παλαιστρικόν τι, *aliquid ad palæftram pertinens;* id vero quale fit, ibi non explicatur. Duo autem loca apud græcos fcriptores reperi, ubi verbum hoc in certaminis fingularis defcriptione ufurpatur: at ibi qui pugnat, non *adverfarium*, fed *haftam* dicitur διαλαβεῖν: quo fit, ut loca illa ad illuftrandam phrafin, quæ paulo poft occurrit, ἐκ διαλήψεως χρῆσθαι ταῖς μαχαίραις, valeant fortaffe; ad explicandum id, de Verf. 5.

Verf. 5. quo nunc agitur, parum aut nihil conferre videantur. REISKIVS, unice veram judicans illam, quam dixi, lectionem, fatis quidem copiofe de ea difputavit, fed nec ad confirmandam eam certi aliquid protulit, nec ad explicandam illuftrandamque expedita fatis ratione ufus effe videtur. — „συνδιαλαβόντες εἰς τὰς χεῖρας, ait, idem eft atque fi dixiffet σὺν τούτῳ γεγονότι λαβόντες εἰς χεῖρας οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμίους διεστηκότας, id eft ἑστηκότας ἐν συμμέτρῳ τινὶ ἀπ' αὐτῶν διαστήματι. λαμβάνειν εἰς χεῖρας eft *admittere aliquem ad fe, & cum eo agere*, five verbis, five pugnis & dimicatione atque contentione manuum. διαλαμβάνειν eft *apprehendere aliquid ftans in aliquo a te intervallo*, ut neceffe habeas id projecto brachio tenere, ita, ut brachium projectum fit quafi jugum, te cum illa re conjungens. Inde ἐκ διαλήψεως κεντεῖν, quod ftatim fequitur, & lectionem Hagenoënfis libri [συνδιαλαβόντες] confirmat, eft, aliquem *recto mucrone gladii ad corpus adacto ferire*, quem tu ad aliquam a te diftantiam injecta finiftra manu diftinens, quo & tu dextra manu tanto fortius & altius vulnerare poffis, & hoftis ad te ne propius accedere, & tibi ne effugere, aut ictum declinare poffit. διαλαμβάνειν eft prorfus latinum *intercipere* aut *diftendere;* & effet ea ratione locus hic ad verbum fic reddendus: *& quod una cum illo facto Romani Gallos in manus intercepiffent, eo fecerunt eos inefficaces:* hoc eft: cum injectis manibus eos exclufiffent facultate cum propius accedendi, tum retro aufugiendi, cum ictum declinandi, a romano milite inferendum, tum ictum fuum in corpus Romani adigendi." — Hæc Reifkius; quæ, quo minus mihi plana & comperta funt, eo fidelius huc tranfcribere volui aliorum in gratiam, quibus ea fortaffe melius fatisfacient. Perfecutus eft deinde ibidem idem vir doctus varia exempla verbi διαλαμβάνειν, diverfis ex auctoribus, & in his præfertim ex Diodoro Siculo & Dione Caffio defumta, quibus hoc verbum notione *intercipiendi*, *diftinguendi*, tum & *opinandi*, *cenfendi*, *ftatuendi* (quæ ad rem præfentem nihil conferunt) accipitur.

Equi-

Equidem, si nude positum esset συνδιαλαβόντες, absque verbis εἰς τὰς χεῖρας, hanc tentandam putarem rationem interpretandi hujus verbi, ut suspicaremur, διαλαβεῖν τινα in re palaestrica dictum fuisse, per ellipsin nominis τῇ μαχαίρᾳ, aut ταῖς χερσὶ, *gladio*, *manibus*, *aliquem intercipere*, aut tamquam διὰ μαχαίρας λαβεῖν τινα, *aliquem inter gladium sumere*, id est, *interposito gladio*, *adverso gladio aliquem petere*. Sed haec notio quo pacto convenire possit cum εἰς τὰς χεῖρας, non satis perspicio. Superest, ut, si modo vera est lectio συνδιαλαβόντες, dictionem hanc non aliter, nisi ex vi illius dictionis, in quo simplex verbum adhibetur, λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας, interpretemur: quam Reiskius, initio pariter ab ipso positam, deinde procedente disputatione rursus deseruisse videtur; nam quum deinde verbum διαλαβεῖν notione *intercipiendi* & *distendendi* h. l. capiendum ait, non videtur vidisse, hac ratione non εἰς τὰς χεῖρας, sed ταῖς χερσὶ fuisse dicendum, & vim verborum εἰς τὰς χεῖρας prorsus pugnare cum illa notione, quam verbo διαλαβεῖν subjectam h. l. voluit. Iam ad phrasin illam quod adtinet, λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας, (de qua jam dixi ad I. 32, 4. & I. 69, 1. conf. Lexic. Polyb. in χείρ.) licet apud Polybium constanter, quod quidem meminerim, de eo usurpetur, qui *amico animo vel saltem specie amicitiae alterum convenit & manu prehendit*; non tamen negem, posse etiam fortasse usurpari de eis, qui *ad pugnandum* congrediuntur, quemadmodum graece συνάπτειν εἰς τὰς χεῖρας & εἰς χεῖρας ἰέναι, latine *manum conserere*, *ad manus venire*, dicunt; quod satis notum est, idem esse, ac *gladio rem agere*. Sed posita illa notione phraseos λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας, consentaneum est, ut videamus, quaenam notio accedat eidem phrasi ex ratione compositionis verbi συνδιαλαμβάνειν. Et possit quidem aliquis suspicari, abundare quodammodo illas praepositiones σὺν & διὰ, eadem ratione, qua in compluribus compositis verbis, quibus Polybius praesertim, si quis alius, pro simplicibus uti amat. Sic ERNESTUS (in Lexic. Polyb. ad voc. διάληψις) verba Vers. 5.

Verſ. 5. συνδιαλαβόντες εἰς τὰς χεῖρας nude interpretatus eſt, *accepto in manus hoſte.* Et pari ratione alibi quoque ipſum verbum διαλαβεῖν (quamquam non in eadem phraſi, de qua nunc agitur) pro ſimplici λαβεῖν dictum videri poteſt; velut apud eumdem Polybium noſtrum XI. 9, 5. & apud Herodot. IV. 94. Taceo alia loca, & illa præſertim, ubi διαλαβὼν τὸ ξυστὸν pro ſimplici λαβὼν τὸ ξυστὸν poſitum crederes, Plutarch. Philopœm. p. 362. & Diodor. XVII. 20. de qua dictione mox ad verſ. 5. erit dicendi locus. Sed illa loca, quæ paulo ante dixi, & eorum ſimilia ſi propius adſpexeris, videbis, per adjectam præpoſitionem διὰ notionem quamdam *diſtributivam* ſimplici verbo accedere. Nam XI. 9, 5. cum ait Polybius ὅταν τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν θώρακα καὶ τὸ κράνος διαλαμβάνῃ, hoc dicit, *cum ſcutum, cum thoracem, cum galeam, unum poſt alterum, quodque ſigillatim, quodque pro ſua parte, ſumit aliquis.* Apud Herodotum IV. 94. διαλαβόντες τοῦ ἀποπεμπομένου τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, eſt, *prehendentes alii manus, alii pedes ejus, qui allegatur.* Pari ratione rurſus apud Polyb. VIII. 16, 7. οἱ τὰς ἐνέδρας διειληφότες, *qui loca inſidiis apta paſſim (alii hunc locum, alii alium) ceperant;* vel, quemadmodum perſpecte Caſaubonus vertit, *qui in inſidiis erant diſpoſiti.* Eodem modo διαλαμβάνειν eſt correlatum verbi διαδιδόναι apud Demoſth. contra Phormion. Tom. II. ed. Reiſk. p. 918. διελάμβανον τοὺς ἄρτους, *diſtributos accipiebant* (vel *ſingulos accipiebant) panes.* Ad hanc rationem phraſi συνδιαλαβόντες εἰς τὰς χεῖρας hæc vis ineſſe poterit, ut dicat Polybius, *quemque cum ſuo adverſario (ſeparatim) ad manus iviſſe, & gladio rem egiſſe,* tum vero præpoſitioni σὺν hæc porro vis ineſſe poterit, ut intelligatur, *omnes ſimul id feciſſe.*

Ibid. ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διαρσεως αὐτῶν μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς χρείας. Suſpicatus erat REISKIUS, vocabula μάχην & χρείας ſuas ſedes inter ſe commutaſſe, & pro μάχην ſcribi debuiſſe χρείαν, pro χρείας autem μάχης; provocavitque ad, id quod legitur verſu 7. διέ-

φθειρε

φθείρε τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς μάχης ἴδιον. Sed intellexit ipse vir doctus, servari χρείας posse, accipiendo pro συνηθείας. Recte. Nempe χρεία non solum idem est sæpenumero quod μάχη, sed sigillatim etiam eidem vocabulo χρεία convenit notio ea, quam h. l. habet ipsum vocab. μάχη, scil. *pugnandi genus*, *usus & ratio utendi armis*: conf. II. 29, 1. III. 33, 11. Ceterum pugnandi genus ἐκ διάρσεως quodnam sit, facile intelligitur; scil. quod fit in *altum tollendo gladium ex aliquo intervallo*, & *deorsum feriendo*; verbo, quod *cæsim* fit: & est idem ἐκ διάρσεως, quod ἐκ καταφορᾶς, ut ex verbis proxime sequentibus adparet. Conf. II. 30, 8. In eamdemque sententiam III. 114, 3. ait: ἡ Γαλατικὴ μάχαιρα μίαν εἶχε χρείαν τὴν ἐκ καταφορᾶς, καὶ ταύτην ἐξ ἀποστάσεως. *Gladius gallicus non nisi ad cæsim feriendum operam præstat*, (vel, *usum habet*) & *quidem ex aliquo intervallo*. Vers. 5.

Vers. 6. ἀλλ᾽ ἐκ διαλήψεως ὀρθαῖς χρώμενοι ταῖς μαχαίραις. Tenui Casauboni versionem: *sed punctim subinde rectis gladiis utendo*. Ad quæ verba REISKIUS hæc monuit. — „Si huic dictioni (ἐκ διαλήψεως) respondet *subinde*, quod est in latinis; neque enim alio, quo referri queat, video;) videtur Casaubonus legisse ἐκ διαλείψεως, *per intervalla*. Sed hoc alienum. Vera est & proba lectio vulgata, significans *ex interceptione*. *Uti in aliquem recto ense ex interceptione*, hoc est, eum ferire, quem inimicum perdere vis, sic, ut tu eum teneas e claviculis, vel humero, ne effugiat, neve ictum declinet. Tu ipse es apex trianguli æquicruris; sinistra manus, hosti injecta, est crus alterum hujus trianguli; manus dextra, qua gladium adigis, est crus alterum; gladius tandem, in hostem adigendus, est trianguli subtensa quasi chorda. Intelligitur hoc e loco locus Diodori Siculi T. II. p. 175, 64. [lib. XVII. c. 20.] ubi διαλαμβάνειν ξυστὸν est ita tenere hastam vel pilum, ut sinistra manus partem superiorem, ferro propiorem, teneat, dextra inferiorem; sic, ut rursus tu sis apex trianguli, ambæ manus, pilum gerentes, crura, ipsum pi- Vers. 6.

 lum

Vers. 6. lum libratum hypotenusa. Hinc intelligas locum insignem Nostri p. 886. [XI. 18, 4.] ubi ait, *Philopœmenem, postquam Machatam letali vulnere recta hasta affecisset, rursus alteram plagam ei intulisse* ἐκ διαλήψεως, Quod Casaubonus accepit sic, quasi Philopœmen *vertisset hastam*. Non puto ei neque causam vertendi fuisse; poterat enim æque cuspide seu ferro hastæ, quam τῷ σαυρωτῆρι [id est, inversa cuspide,] vulnerare; neque satis spatii erat ad hastam invertendam. Sed διάληψις ibi est *injectio manus in corpus hostis* cadentis aut repugnantis. Philopœmen scilicet, cum eminus hasta Machatam vulnerasset, retrahebat primum hastam e vulnere, tum cominus cum eo congrediebatur. Quia autem jam cuspide hastæ ob brevitatem & angustiam spatii uti non poterat, manum quidem in eodem hastæ loco, quo ante, retinebat, sed cuspidem, quæ antea projecta fuerat, rejiciebat seu retorquebat pone caput suum, & ferrum inferius, quo defixa humo stat hasta, quod antea rejectum & demissum erat, nunc attollebat, & in corpus hostis intrudebat manu dextra, quum ipse interim eum, ne aut repugnare aut refugere posset, sinistra teneret." — Hæc Reiskius; quæ mihi quidem, sicut nimis minutatim, sic non satis adcurate persecutus vir doctus videtur: sed, ut judicare alii possent, & cum eis conferre, quæ supra ad vers. 5. ab eodem Reiskio disputata sunt, integra transscribere non piguit. In codice Bav. super η vocab. διαλήψεως superscripta est ab eadem manu diphthongus ει. Scilicet librarius ille, sive vir doctus, de cujus exemplari codex ille descriptus est, cum parum intelligeret usum quem hoc loco haberet, vox διαλήψεως, suspicatus erat, διαλείψεως esse scribendum; quemadmodum etiam lib. XI. 18, 4. Hervagius & Casaubonus, mendosos secuti codices, ediderant. Sed & ibi meliores libri, & hoc loco cum codicibus Polybianis Suidas, (hac ipsa voce,) & rursus lib. XVI. 33, 3. codices nostri omnes in eamdem lectionem ἐκ διαλήψεως consentiunt, ut nullum de ea dubium superesse debeat. Quid autem sit hoc omnino ἐκ

διαλή-

διαλήψεως aliquem gladio ferire, ex ipsa oppositione satis intelligitur: nam sicut *ἐκ διάρσεως* est *cæsim*, sic *ἐκ διαλήψεως* *punctim* denotare consentaneum est. Quæ notio ducta videtur ex illo usu verbi *διαλαμβάνειν*, ex palæstra (ut ait Hesychius) desumto, quem usum supra ad vers. 5. in transcursu notavimus, ubi *διαλαμβάνειν τὸ ξυστὸν* est *hostem cominus adversa hasta petere*, adeoque *punctim ferire*; quasi dicas: *hastam inter se & adversarium interponere*, *adversarium hasta intercipere*; apud Plutarch. in Philop. p. 362. & Diodor. Sicul. XVII. 20. quæ ratio utendi hasta opponitur jaculationi, ubi ex aliquo intervallo superne hasta intorquetur. Sic igitur *διαλαμβάνειν τὴν μάχαιραν* (pro quo, ut supra significavi, fortasse etiam *διαλαμβάνειν τὸν ὑπεναντίον τῇ μαχαίρᾳ* dixerunt) erit *intento gladio cominus hostem petere*, & *punctim ferire*: atque eadem vis erit dictionis *ἐκ διαλήψεως χρῆσθαι ταῖς μαχαίραις*. Quod autem addit *ὀρθαῖς ταῖς μαχαίραις*, haud satis adparet, utrum *rectos* gladios dicat, qui non *incurvi* essent, ut gladii Gallorum; an *rectis gladiis* idem dicat ac *recta ex adverso intentis*, ita, ut linea recta inferatur ictus, quod fit *punctim* feriendo; non incurva linea, quod fit ubi cæsim ferimus. Vers. 6.

Vers. 7. *κεχρῆσθαι*. *χρῆσθαι* Aug. — *Ibid*. *ταῖς σπείραις*. Perperam *τῆς σπείρας* Flor. Vers. 7.

Vers. 8. *αὐτοὺς ἔδει*. *αὐτοὺς* & *αὐτοὺς* cum utroque in eadem voce scripsit Bav. eadem manu. Vers. 8.

Vers. 9. *πολὺ νικήσαντες*. *πολλοὶ* Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 9.

CAPVT XXXIV.

Cap. XXXIV.

Vers. 4. *περὶ πόλιν*. Carent *περὶ* Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid*. Ἀχέῤῥας Vat. Flor. & Steph. Byz. ex hoc eodem Polybii loco. Ἀχέρας edd. & Reg. B. C. cum Bav. Aug. & Reg. A. Ἀκέῤῥας editur apud Plutarch. in Marcello p. 300. Superesse hodieque nomen *Gherra*, monuit Cluverus p. 244. Aliud est oppidum ejusdem nominis, *Acerræ*, in Campania, cujus passim Appianus, Livius aliique scriptores meminerunt. Vers. 4.

Verf. 5. *Verf.* 5. Ἴσομβρες Flor. Aug. puto & Vat. Sic & Reg. A. fed in hoc inferta deinde litera ν, ut fit Ἴνσομβρες. Ἰσόμβροι ed. 1. 2. Reg. C. ex Bav. Ἴσομβροι ed. Cafaub, & feqq. cum Bav. & Reg. B. — *Ibid.* Ἀχεῤῥῶν Vat. Flor. Reg. A. Ἀχερῶν edd. & Reg. B. C. cum Bav. & Aug. & fic conftanter hi per ρ fimpl.

Ibid. εἰς τὴν τῶν Ἄνδρων χώραν. Cafaubonus ἄνδρων, penacute quidem, fed minufcula litera initiali, velut adpellativum nomen, fcripfit, & *in ditionem Romanorum* interpretatus eft; quem locum miror intactum relictum a Cluvero Ital. Antiq. pag. 79. Haud dubie corruptum nomen: & quod fi conferamus cap. 32, 1. admodum probabilis fit Reifkii conjectura, Ἀναμάρων vel Ἀναμαρῶν effe fcribendum; nifi cum Gronovio Ἀνάνων malis ex cap. 17, 1. Populum hunc, quodcumque verum ei nomen fuit, in fidem amicitiamque a Romanis receptum vidimus cap. 32, 2.

Ibid. τὸ προσαγορευόμενον Κλαστίδιον. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. τὸ Κλαστ. προσαγ. edd. ex Bav. De Claftidio vide Cluver. p. 79. Γαλατικὴν κώμην dicit Plutarch. in Marcello p. 300. οὐ πρὸ πολλοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοον γεγενημένην. ubi tamen mendofe Καπίδιον vulgo editum.

Verf. 6. *Verf.* 6. καὶ τῶν πεζικῶν. Erunt fortaffe, qui ferri hoc poffe exiftiment, per ellipfin nominis μέρος, aut pronominis τινάς, ut XVI. 10, 2. τὸ πεζικὸν ex conject. fuaferat Vrfinus, quod accepit Scaliger, cum tamen ferri nullo modo poffit. Si quid excidit, fupplendum fuerit e Plutarcho, qui l. c. ita fcribit: Ταῦτα Μάρκελλος πυθόμενος, τὸν μὲν συνάρχοντα πρὸς Ἀκέῤῥας ἀπέλιπε, τὴν πεζὴν καὶ βαρεῖαν ὁμοῦ πᾶσαν ἔχοντα δύναμιν καὶ τῶν ἱππέων μέρος τρίτον· αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ὁπλιτῶν περὶ ἑξακοσίους, ἤλαυνεν &c. Simpliciter τινὰς adjiciendum fufpicatus eft Voffius.

Verf. 10. *Verf.* 10. Ἀχέῤῥας. Mendofe h. l. Ἀχεῤῥίας Vat. Flor.

Verf. 11. *Verf.* 11. προσβαλόντος. προσλαβόντος ed. 2. errore operarum. — *Ibid.* τὸ Μεδιόλανον. Μεδιολάνιον conftanter

ter editur apud Strabonem & Ptolemæum, ſicut eſt in noſtro codice Vat. Sed in vulgatam ſcripturam cum ceteris codd. conſentit Steph. Byz.

Verſ. 13. πρωτοπορείας. προτοπορίας Aug. Reg. A. Verſ. 13.

CAPVT XXXV. Cap. XXXV.

Verſ. 1. τοῖς Ῥωμαίοις. Articulum neglexit Flor. Verſ. 1.

Verſ. 3. διὰ τὸ μὴ τὸ πλεῖον. τὸ poſteriori loco abeſt a Vat. & Flor. male. Verſ. 3.

Verſ. 4. μετ' ὀλίγον χρόνον αὐτοὺς &c. *haud ita multo poſt ex Circumpadana planitie, paucis locis exceptis, quæ ipſis ſubjacent Alpibus, fuiſſe expulſos.* Inſubres & Bojos, poſtquam in ipſius hujus belli exitu ad deditionem ſunt compulſi, parte agri fuiſſe multatos intelligitur ex Polyb. III. 40. ubi duas colonias a Romanis ductas refert A. V. 536. alteram Placentiam cis Padum, alteram Cremonam trans Padum, in quarum utramque ſex millia colonorum erant ſcripti. Sed & tunc & diu etiam poſt illud tempus ſedes ſuas cis Padum (a meridie dico Padi) tenuerunt Boji, & gravibus ſubinde bellis Romanos fatigarunt, acerbis quidem cladibus & ipſi adfecti. Intercidit ea pars hiſtoriarum Polybii, qua poſteriora Bojorum fata expoſita erant. Livio auctore (lib. XXXVI. cap. 39.) anno urbis conditæ 563. conſul P. Cornelius Bojos, inſigni prælio victos, agri parte fere dimidia multavit. Et hæc eſt poſtrema mentio, quæ apud Livium reperitur, Bojorum, ad Padum incolentium. Ejectos deinde prorſus ex Italia eſſe Bojos & ad Iſtrum flumen commigraſſe, Strabo docet lib. V. p. 213. qua de re, ſi integram Polybii Hiſtoriam haberemus, ipſum exponentem audire poſſemus. Inſubrium apud Livium poſt A. V. 560. (lib. XXXIV. cap. 46.) nulla amplius mentio occurrit: & Mediolanum quidem, quod captum olim a Marcello, ſed datis obſidibus redditum incolis fuerat, etiam tunc iidem Inſubres tenebant. Mediolano dein fuiſſe ejectos, a nullo auctore memoratum reperi: ſed eſt ea urbs, ut Strabo ait, συνάπτουσά πως τοῖς Ἄλπεσι, *Alpibus*

Verf. 4. *bus quodammodo contigua;* quod fatis convenit cum eo, quod h. l. Polybius fcribit, πλὴν ὀλίγων τόπων τῶν ὑπ' αὐτὰς τὰς Ἄλπεις κειμένων. Agrum Infubrium, qua Padum fpectabat, confentaneum eft Romanis colonis fuiffe divifum, quemadmodum hic Polybius fignificat. Ceterum, manfiffe in Cifalpina Gallia ad fuam ufque ætatem Infubrium nomen, idem Strabo docet l. c.

Ibid. ὑπ' αὐτὰς τὰς Ἄλπεις. ὑπὸ τὰς Ἄλπεις folus Aug. — *Ibid.* Pronomen αὐτῶν poft ἔφοδον inferui cum Vat. Flor. Aug. Reg. & Vrfino. Aberat vulgo ab editis & Bav. nec id quidem male, quia cohærent hæc cum verbis περὶ ὧν, quæ funt initio hujus periodi. — *Ibid.* παραλιπεῖν. καταλιπεῖν Flor. minus bene.

Ibid. οὔτε τὴν τελευταίαν ἐξανάστασιν. Cafaubonus: *ac tandem, quomodo illo tractu penitus exciderint;* quæ interpretatio vereor ne immerito a nobis retenta fit. Habet quidem nomen ἐξανάστασις notionem *expulfionis*, cap. 21, 9. at nunc non expofuit Polybius extremam horum populorum e fedibus fuis expulfionem, fed, cum cogitaret, in fequentium temporum hiftoria fibi de ea re fore dicendum, gratum atque utile futurum lectoribus judicavit, fi in hac Præparatione fuarum Hiftoriarum res horum populorum, qui tantum olim terrorem Romanis incufferant, ac deinde victoribus cedentes partim prorfus ejecti funt fuis fedibus, partim intra anguftos fines conclufi, paulo altius repeteret, & fummatim inde ab initio perfequeretur. Videtur igitur nomen ἐξανάστασις rectius h. l. exponi ex ea notione, quæ verbo ἐξανίστασθαι II. 19, 1. & fæpius aliâs fubjecta eft, cum *furgere, cooriri, excitari fuis fedibus & impetum in hoftium fines facere* fignificat. Ita fit, ut ἐξανάστασις idem fere fit quod ἔφοδος, *invafio. incurfio, tumultus gallicus*, & ut verba τὴν τελευταίαν ἐξανάστασιν refpondeant illis, quæ præcefferunt, τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔφοδον αὐτῶν. Eamdem notionem in germanica Polybii verfione Seyboldus, vir doctus, ob oculos habuiffe videtur, cum græca verba, fupra fcripta, his teutonicis

reddi-

reddidit, *und ihres letzten Versuchs gegen die Römer zu gedenken.*

Vers. 5. *τά το αῦτα ἐπεισόδια τῆς τύχης.* Vocabulum *ἐπεισόδια* in animo habuisse Casaubonum, cum pro corruptis vulgo græcis verbis in latina versione scriberet *hujusmodi lusus Fortunæ memorabiles*, ex ora Basileensi retulit Mericus: quam emendationem merito plausu exceperunt Reiskius & Ernestus. De usu hujus vocab. *ἐπεισόδιον*, post Guil. Budæum in Comm. Ling. Græc. & Henr. Stephanum in Thesauro, copiose Reiskius ad h. l. egit; cum quo tamen nollem equidem premere id, quod habent quidem nonnumquam episodia, nec tamen necessario omni episodio proprium est, ut ad movendum risum & ad delectationem potissimum sit comparatum; quo intuitu contendit ille, *ἐπεισόδια τῆς τύχης* h. l. dici quasi *fortunæ jocos, mimos, acroamata, ludos festivos ac lepidos, ad risum & delectationem audientium atque legentium comparatos.* Neque enim sane historia rerum, ab his Gallis gestarum, ad risum movendum magnopere pertinebat, neque non nisi vanum terrorem Romanis Græcisque incusserant isti populi, sed satis calamitatum subinde utrisque intulerant. Nec vero omnino *τὰ ἐπεισόδια τῆς τύχης* ita accipienda puto, quemadmodum & Casaubonus interpretatus est, ut *Fortuna* intelligatur *introduxisse hoc episodion:* sed Polybius, scriptor harum Historiarum, istas res Gallorum suis Historiis tamquam episodion inseruit; &, quemadmodum apud Longinum de Sublim. sect. IX. (quem locum ipse citavit Reiskius) *reliquiæ belli Trojani, quas Odysseæ suæ Homerus inseruit*, non vocantur *ἐπεισόδια τῆς Ὀδυσσείας* vel *τῆς Ὀδυσσέως καθόδου*, sed *ἐπεισόδια τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου*, sic Polybius hoc Episodion non vocat *ἐπεισόδιον τῆς αὐτοῦ γραφῆς* vel *πραγματείας*, *episodium suarum Historiarum*, sed *ἐπεισόδιον τῆς τύχης*, id est, *episodium, ductum ex fortunæ administratione rerum ac certaminibus*, conf. l. 4, 1. 5. Est autem tota hæc expositio rerum gallicarum, quam inde a cap. 14. hujus libri instituit Polybius, revera *Episo-*

Verſ. 5. *Epiſodium*, id eſt, ut Suidas interpretatur, *ἐξωγώνιον πρᾶγμα, res, ad propoſitum Argumentum proprie non pertinens.* Cum enim proprium argumentum Hiſtoriarum Polybii eſſent res geſtæ inde ab Olymp. CXL. & quum in Præparatione, duobus prioribus libris comprehenſa, non niſi ea ſe præmiſſurum eſſet profeſſus, quæ cum rebus, Olympiade CXL geri cœptis, neceſſario quodam nexu eſſent conjunctæ, aut ad illas rectius intelligendas valerent, non magnopere huc pertinebat gallicarum rerum hæc expoſitio. Nam quod in hiſtoria belli Hannibalici occurrit, Gallos hos invitaſſe Hannibalem, & facilem ei tranſitum in Italiam præbuiſſe; ejus quidem rei ratio atque cauſſa brevibus verbis expediri poterat, Gallos, a Romanis haud ita multo ante debellatos & parte agri multatos, libenter vidiſſe Hannibalem, Romam tendentem, ultionemque de Romanis capturum. Sed cum nihilo minus conſilium cepiſſet Polybius, res geſtas Gallorum aliquanto uberius hoc loco enarrandi, ut ejus narrationis occaſionem ſibi pararet, dixerat ſupra cap. 14, 2. ſe ideo has res expoſiturum, ut intelligeretur, quinam eſſent illi homines, quorum invitatione fretus Hannibal auſus eſt in Italiam arma inferre. Nunc autem plane fatetur, vere *Epiſodium* hoc eſſe, extrinſecus in ſuum argumentum a ſe inlatum, hoc conſilio, ut paulo notiorem faceret ſuis lectoribus illum populum, ſuis incurſionibus tam in romanam ditionem, quam in Græciam, ita infamem, ut ad nomen gallici tumultus etiam nunc & græcorum hominum & Romanorum aures horrerent.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *ἀνεννόητοι τῶν τοιούτων.* *ἀννενόητοι τούτων* Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. — *Ibid.* *ἐν νῷ λαβόντες.* *ἐν νῷ λαμβάνοντες* Vat. Flor. quod commodius veriusque videtur, & receptum malim.

Ibid. *λίαν εὔφθαρτον τὸ φῦλον αὐτῶν τοῖς ὑπομένουσι* &c. *τοῖς τὸ φῦλον αὐτῶν ὑπομένουσι,* (ſic; non *ὑπομείνουσι*, quod per errorem irrepſit in Notam, contextui noſtro ſubjectam,) *καὶ πάσας ἐξελέγχουσι τὰς σφετ. ἐλπ.*

dant

dant editi omnes cum Bav. Vat. Aug. Reg. A. Prorfus mendofe Flor. τοῖς τὸν φίλον αὐτῶν ὑπομένουσι &c. Quod si vera fcriptura eft ὑπομένουσι, neceffarius utique fuit articulus τοῖς, fed in eum locum, quo pofuimus, rejiciendus. Tum vero feries & ftructura orationis, quæ talis eft, ἵνα μὴ -- ἐκπλήττωνται --, ἀλλὰ &c. neceffario requirebat, ut vel utrumque verbum, ὑπομένουσι & ἐξελέγχουσι, vel faltem pofterius, in conjunctivo modo poneretur: & quidem, fi pofterius folum, tollenda fimul fuit particula καὶ, quæ jam nullam amplius vim habebat, fed curfum orationis impediebat. At vero commodior omnino atque expeditior ratio medendi corruptæ vulgo fcripturæ altera illa videtur, quam in Nota, textui fubjecta, indicavi, quam eamdem iniit vir criticus, cujus ex ingenio correcti funt codices Regii B. C. in quibus plane fic legitur: ἀλλ', ἐπὶ ποσὸν ἐν νῷ λαβόντες, ὡς ὀλιγοχρόνιόν ἐστι καὶ εὔφθαρτον τὸ φῦλον αὐτῶν, ὑπομένωσι, καὶ πάσας ἐξελέγχωσι τὰς σφετέρας ἐλπίδας &c. Atque ita a me editum mallem. Reifkius, de mutandis verbis ὑπομένουσι & ἐξελέγχουσι non cogitans, intercidiffe aliquod verbum in conjunctivo modo pofitum, velut ἀντέχωσι, aut aliud fimile, fibi perfuaferat: in eademque fententia fuiffe Cafaubonum, ex ora Bafileenfi intelligo. Verf. 6.

Verf. 7. τὴν Περσῶν. τὴν τῶν Περσῶν Aug. Reg. A. Verf. 7.

Verf. 8. αἵρεσις καὶ δύναμις, *confilium & ars.* cf. II. 56, 5. δύναμις *virtus, ars, folertia.* conf. ad I. 84, 6. Verf. 8.

Verf. 9. ἀλλὰ καθ' ἡμᾶς. Sic vulgo editur ex Bav. Rectius ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod Polybio velim reftitutum. — *Ibid.* πλεονάκις. πολλάκις folus Aug. & hinc ora ed. 2. Verf. 9.

Verf. 10. ἐπὶ τὸ κεφαλ. correxit Cafaub. Mendofe ἐπὶ τὰ κεφαλ. ed. 1. 2. cum codd. omnibus. Verf. 10.

CAPUT XXXVI. Cap. XXXVI.

Verf. 1. Ἀσδρούβας δὲ &c. Vide cap. 13. hujus libri; & confer de Argumento hujus capitis Livium XXI. 2 fq. & Verf. 1.

Appian.

Appian. Hist. Hispan. cap. 8. — *Ibid.* παρεξέβημεν. παρέβημεν ed. 1. 2. invitis msstis.

Vers. 2. *Vers.* 2. διὰ τῶν πολεμίων ἔργων. πολεμικῶν unus Reg. C. sua auctoritate. πολεμίων idem sonat quod πολεμικῶν. Sic rursus V. 73, 8. Confer Appian. Hist. Hispan. cap. 48. p. 158. l. 81. & ad eum locum notata.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὄντι νέῳ. Exspectaveram κομιδῇ (vel κἂν κομιδῇ) ὄντι νέῳ. Sic certe solet Polybius.

Vers. 5. *Vers.* 5. παρατριβαῖς. — „*offensionibus mutuis*, animorum exasperationibus & irritationibus, unde simultates nascuntur, & tandem odia aperta. παρατρίβεσθαι proprie est *inter se contundi*, & *collidi cum proximis*, ut fit in magna hominum turba, &c.“ REISKIVS.

Cap. XXXVII.

CAPVT XXXVII.

Vers. 2. *Vers.* 2. τάς τε περὶ Σικελ. Sic Vat. & Flor. τά τε ed. 2 & seqq. cum Aug. & Reg. A. τὰ περὶ Σικ. absque τε ed. 1. Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* Verba κατὰ τὸ συνεχὲς τῆς προκατ. quæ cum præcedentibus vulgo connectebantur, mihi ab illis, interposito commate, separanda visa sunt, & cum sequentibus copulanda. — *Ibid.* συστάντος μέν. μὲν συστάντος ed. 1. & Reg. B. C. cum uno Bav. — *Ibid.* προσαγορευθέντος. Perperam προσαγγελθέντος Flor. — *Ibid.* Ἀννιβιακοῦ. Sic uno consensu omnes. conf. ad I. 3, 2.

Vers. 3. *Vers.* 3. πρέπον ἂν εἴη. Sic versu 5. δέον ἂν εἴη. At teneri tamen fortasse debuit πρέπον δ᾽ ἂν εἴη, in quod cum ed. 1. 2. codices omnes consentiunt. Vide Notata ad I. 29, 6. I. 20, 9. I. 30, 14. & II. 56, 2. Protasin inceperant verba illa vers. 2. ἡμεῖς δ᾽ ἐπειδὴ, nunc in apodosi repetitur δὲ, ut in illo Homeri Iliad. I. 57 sq. Οἱ δ᾽ ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, — τοῖσι δ᾽ ἀνιστάμενος μετέφη &c.

Ibid. τούτων ἀφεμένους, *his missis*, id est, ulterius progredientes. — *Ibid.* οὕτως ἤδη. Caret ἤδη ed. 1. errore operarum.

Ibid.

Ibid. τῆς ἰδίας καὶ τῆς ἀποδεικτικῆς ἱστορίας. Propriam suam Hiſtoriam, eam, quam a tertio libro incipit, cui duos priores libros tamquam Præparationem præmiſit, ἀποδεικτικὴν, id eſt, *demonſtrativam* adpellat, eo quod ſcripta eſt μετ᾽ ἀποδείξεως, ut ait III. 1, 3. *cum demonſtratione*, id eſt, cum uberiore expoſitione & cauſarum, e quibus quæque res nata eſt, & momentorum omnium, quæ ad rem planius intelligendam pertinent, & effectuum memorabilium, qui rem quamque ſunt conſecuti; ut & omni ex parte perſpicua ſit narratio, & ad uſum vitæ fructuoſa, & ita comparata, ut ipſa ex ſe fidem faciat ſui. Conf IV. 40, 1. & III. 31 ſq. Adde quæ dicta ſunt initio harum Adnotationum in Argumento libri I. & II. & in Adnot. ad I. 2, 8. Aliud prorſus ſonant ἐπιδεικτικοὶ λόγοι, XII, 28, 8 ſq. Verſ. 3.

Verſ. 4. ὑπὲρ ὧν σαφέστερον ἐν ἑτέροις δηλώσομεν, *de quibus planius alibi dicemus.* Vide IV. 40, 2 ſq. IX. 2, 4 ſq. ἐν caret ed. 1. operarum errore, & hinc etiam Reg. B. C. Verſ. 4.

Verſ. 5. πρὸ τῆς κατασκευῆς. Κατασκευὴν manifeſte h. l. diſtinguit a προκατασκευῇ, a *Præparatione*, (verſ. 2.) & intelligit *pleniorem & propriam ſuam Hiſtoriam*, quæ, ut modo dixi, a libro III. initium ſumit. Itaque recte Caſaubonus fecerit, quod I. 13, 5. ubi de ſola Præparatione agebatur, vulgatam ſcripturam κατασκευῆς in προκατασκευῆς mutavit. — *Ibid.* ἐπὶ βραχὺ reſtitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. Male vulgo ἐπὶ βραχεῖ edd. & Reg. B. ex Bav. — *Ibid.* τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ γνωριζομένων ἐθνῶν. — „Forte καὶ μάλιστα γνωριζ." REISK. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἔχει. ἔχοι Flor. Probarem ἔχοι ἄν. Sed & bene habet vulgatum. Sic mox ἁρμόσει pariter in indicativo modo. Verſ. 6.

Verſ. 7. περὶ δὲ τοῦ τῶν Ἀχ. τοῦ deſideratur in ed. Ern. operarum errore. — *Ibid.* περὶ τῆς Μακεδ. Sic Vat. & Flor. omiſſo artic. τῶν. — *Ibid.* οἰκίας. Perperam οἰκείας ed. 2. 3. 4. cum Aug. & Reg. A. Verſ. 7.

Verſ. 8. καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. *quemadmodum ſupra prædixi.* Inſerenda hæc verba ſunt latinæ verſioni, in Verſ. 8.

qua

Verf. 8. qua jam a Cafaubono erant neglecta. Gentis Achæorum mentionem fecit cap. 6. hujus libri, & cap. 10. Nec vero fatis adparet, quem locum nunc dicat; nifi indicare voluit cap. 10. verf. 5. ubi tamen non nifi in tranfcurfu τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν πολιτεύματος meminit. Libro tertio demum, cap. 3, 7. promittit, fe dicturum de concordia illa Peloponnefiorum, quæ ipfius ætate obtinuit, & refpicit eam partem fuæ Hiftoriæ, cujus Fragmenta fuperfunt in Reliquiis libri XXV. cap. 1 - 3.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἐπιβαλλομένων dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. & codex Vrfini. Vide quæ notavi ad τοῖς ἀναγράφουσι I. 1, 1. — *Ibid.* ἕκαστον. ἑκάστους utique receptum malim, quod recte Cafaub. cap. 33, 1. pofuit. Eodem modo Scaliger h. l. correxit.

Verf. 11. *Verf.* 11. διάθεσιν ἔχειν σχεδόν. Sic ed. 2 feqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. σχεδὸν ἔχειν abfque διάθεσιν ed. 1. & Reg. C. cum Bav. — *Ibid.* τῷ μὴ τὸν αὐτὸν περιβ. ὑπάρχειν. Non video, quid fpectans Reifkius delendam partic. μὴ cenfuerit, quæ ad fententiam prorfus eft neceffaria.

CAPVT XXXVIII.

Cap. XXXVIII. Verf. 3. *Verf.* 3. ὁμοίως δέ. δὲ caret ed. 1. & Reg. B. C. operarum errore. — *Ibid.* οὐδενί. Eodem modo correxit Scaliger in fuo libro, cum οὐδὲν effet in ed. 1. 2. quod perperam dant codices omnes. Eodem errore codex Aug. I. 1, 3. pro οὐδενὶ, οὐδὲν fcripfit. Extremas terminationes nominum & verborum, præcipue vero extremas literas vocales, inter lineas fuperfcribere reliquo verbo confueverant librarii; quas quoniam vel ipfi, vel eorum fucceffores nonnumquam per feftinationem obliti funt fuo loco adponere, inde factum eft, ut tot decurtatæ voces paffim in codicibus manufcriptis occurrant. conf. ad cap. 50, 12. — *Ibid.* οἷοί τ' εἰσὶν μηδέποτε παραχωρεῖν, *numquam concedere volent, numquam facile concefferint.* Vide Lexic. Polyb. in οἷός τε. οἱ προειρημένοι, nempe Arcades & Lacedæmonii.

Verf.

Verſ. 4. διατί νῦν εὐδοκοῦσιν ουτοί τε &c. *cur nunc* (vel, *cur hoc tempore;* adjicienda eſt enim hæc particula latinæ verſioni) *& hi* (Arcades & Lacedæmonii) *& reliquæ omnes Peloponneſi civitates bene ſecum actum putant, quod* &c. Poſtremi omnium Peloponneſi populorum Lacedæmonii in fœdus Achaicum erant recepti A. V. 573. de quorum receptione vide Reliquias libri XXV. cap. 1 ſeq. Caſaubonus, οὗτοί τε ad Achæos referens, & εὐδοκοῦσι exponens *famam obtinent*, mire aberravit ab hujus loci ſententia. De verbo εὐδοκιμεῖν doctiſſimum Interpretem in errorem induxiſſe videntur Strabonis illa verba lib. VIII. p. 384. ubi de Achæis agens, & hanc ipſam Polybii diſputationem ob oculos habens, dicit τοσοῦτον ηὐδοκίμησαν περὶ τὰς πολιτείας. Eadem aliena ab hoc loco interpretatione deceptus Reiſkius, ſcribendum ſuſpicatus eſt εὐδοκοῦσιν οὗτοι, (ſc. Ἀχαιοὶ) ὥστε καὶ τὸ λοιπὸν ... μετειληφέναι. Ceterum, quod in tota diſputatione, quam de Achæis inſtituit Polybius, ita loquitur de *Fœdere Achaico*, tamquam *ſtante adhuc atque florente*; (conf. cap. 37, 10 ſq. & cap. 62, 4. rurſusque lib. IV. cap. 32, 9 ſq.) ſatis hinc intelligitur, ſcripta editaque hæc a Polybio eſſe ante Bellum Achaicum, atque adeo omnino ante novam illam rerum converſionem, quam parte poſteriore propriæ & uberioris ſuæ Hiſtoriæ, novo ſcribendi initio ſumto, (ut ait III. 4, 13.) exponendam ſuſcepit. Cum quo convenit, quod initio libri primi, ubi primum inſtitutum ſuum & argumentum ſuarum Hiſtoriarum exponit, velut ignorans etiam tum quæ poſt geſta ſunt, Hiſtoriam ſuam uſque ad exitum belli Perſici, quo ad ſummum faſtigium evecta tunc erat potentia Romanorum, ſe perducturum profeſſus eſt. Confer quæ initio harum Adnotationum diximus in Argumento univerſæ Hiſtoriæ Polybianæ, & quæ dicentur ad II. 64, 4. Quare ſimul intelligi debet, ea, quæ dixit cap. 3. & 4. libri tertii, & ſi qua forte alia priori parti Hiſtoriarum, aut Præparationi huic, quæ lib. I. & II. continetur, inſerta ſunt, quæ poſteriora tempora redolere videan-

Verf. 4. videantur, ea poftlimio demum adjecta ab auctore fuiffe, cum Novam Hiftoriarum fuarum Editionem, pofteriori parte auctam, & ufque ad belli Achaici exitum perductam, in lucem effet emiffurus.

Ibid. ἅμα τὴν πολιτείαν. Recte ἅμα ex Reg. B. C. adfcivit Cafaub. quibus fuffragatur (ni fallor) Flor. e quo nulla varietas notatur. Perperam ἀλλὰ ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Aug. Reg. A. Viciffim ἅμα mendofe dant mssti pro ἀλλά, IV. 45, 6.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἔστι δ' οὖν dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 8. *Verf.* 8. τῶν ἐξ ἀρχῆς. Retuli hoc ad οὐδενὶ, quod præceffit. Si pertinacius tenere τοῖς ἐξ ἀρχῆς velimus, fuerit οὐδενὶ intelligendum tamquam ἐν οὐδενὶ, *nulla in re.*

Verf. 10. *Verf.* 10. τὰ μὲν οὖν τῆς προαιρ. καὶ τὸ τῆς πολ. ἰδίωμα. Sic ed. 1. cum fcriptis libris omnibus. Temere ed. 2 & fqq. τὸ μὲν οὖν, & deinde καὶ τῆς πολ. omiffo articulo.

Verf. 11. *Verf.* 11. πρὸς δὲ τὸ παρόν. Sic Vat. & Flor. πρὸς τὸ παρὸν, abfque δὲ, Aug. Reg. A. πρὸς τὸ παρὸν δὲ edd. & Reg. B. C. ex Bav.

Cap. XXXIX.

CAPVT XXXIX.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐνέπρησαν. Sic fcribendum monuerunt Mericus Cafaubonus & Reifkius. Ac fæpe equidum in codicibus noftris figuram illam compendiariam, quæ, reliquæ voci in fine fuperfcripta, terminationem αν indicat, fimillimam vidi figuræ, qua litera ε in msstis haud raro depingitur; quo facilius nafci potuit ifta confufio. ἐνέπρησε certe nihili eft, nifi cum Scaligero adjeceris τις, quod tamen & per fe frigidum fuerit, & eo etiam incommodius, quod non uni tantum collegio, fed omnibus Pythagoreorum collegiis, quæ fparfa per civitates Magnæ Græciæ fuerant, fubjectum ignem Polybius ait. Eodem verbo ἐνέπρησαν, imperfonaliter, eadem in re utitur Porphyrius in Vita Pythag. fect. 55. ubi tamen de igne, uni tantum domui fubmiffo, agitur, ficut apud Plutarch. de Genio Socratis p. 583. & apud Iamblichum in Vita Pythag. cap. 35.

fect

sect. 249. qui Cyloniorum id facinus fuisse, id est, factionis Cylonis, inimici Pythagorae, produnt. Plura diversis in locis cremata esse Pythagorae collegia, nemo quidem ex veteribus scriptoribus, qui supersunt, praeter Polybium, diserte tradidit: sed graves persecutiones Pythagoreorum per cunctas Magnae Graeciae civitates fuisse suscitatas, omnes consentiunt auctores, locis modo citatis; quibus adde Dicaearchum apud Porphyr. sect. 56. Conferendus etiam Strabo, qui & hunc ipsum Polybii locum, & quaecumque de Achaeis habet hic scriptor ab hoc cap. 39-41. ob oculos habuit in eis, quae scripsit lib. VIII. p. 384 & seq. Vers. 1.

Vers. 2. *μετὰ ταῦτα γενομ.* *μετὰ ταῦτα δὲ γενομένου κινημ.* edd. & Reg. B. C. ex Bav. quod initio apodoseos (incipi enim hinc apodosin intelligi debet) teneri poterat debebatque. Vide Adnot. ad I. 30, 14. & loca ibi citata. Abest autem particula *δὲ* a Vat. Flor. & Reg. A. eademque in Reg. B. ut suspecta notatur subducta lineola. Duo verba *δὲ* & *γενομένου* desiderantur in Aug. — *Ibid.* *ὅπερ εἰκός.* Sic omnes, excepto uno Flor. Vers. 2.

Vers. 5. Delendum distinctionis signum post *ὥρμησαν.* — *Ibid.* *ἐπὶ τό.* *ἐπὶ τῷ* Flor. Vers. 5.

Vers. 6. *Κροτωνιᾶται, Συβαρῖται &c.* Quatuor ista nomina gentilia cum Scaligero, ex Grammaticorum praeceptis, accentu circumflexo notavi, cum vulgo omnia acutum accentum superscriptum haberent. Vers. 6.

Ibid. *Διὸς Ὁμορίου.* Sic editum ex solo Bav. *Διὸς Ὁμαρίου* Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perotti codex; quae lectio a nobis non modo adnotari infra contextum, verum etiam in ipsum contextum adoptari debuerat. Nam, licet nil impediat, quo minus, quemadmodum *ὅριον Δία*, *terminalem Iovem* Graeci coluerunt, eodem modo & *ὁμόριον Δία*, quasi *conterminum* vel *communium terminorum Praesidem*, statuere potuerint; tamen ad plurium codicum consensum accedit hoc, quod in eamdem paulo obscuriorum lectionem lib. V. cap. 93, 10. libri consentiunt omnes, qui

Verf. 6. locus omnino cum hoc conferendus eft. Eft autem ibi Ὁμάριον (quemadmodum ex Strabone etiam intelligitur, lib. VIII. p. 385. & 387. ubi tamen mendofe Ἀρνάριον & Αἰνάριον vulgo fcribitur) *lucus Iovi facratus*, prope Aegium, *in quo conventus fuos*, quibus de communi re publica confultabatur, *agere confueverant Achæi*, & jam ante hos *Iones.* Erat autem ibidem & templum *Iovis*, cui cognomen *Homagyrii* erat, ut ex Paufania difcimus lib. VII. cap. 24. id eft, *Iovis conventuum præfidis.* Et poffet ex hoc ipfo nomine Ὁμαγύριος alterum nomen Ὁμάριος contractum ac veluti ufu rotundatum videri, nifi fimplicior & expeditior intelligeretur nominis origo ex verbo ὁμηρεῖν, (dialecto Peloponnefiorum ὁμαρεῖν) i. q. συναντᾶν, vel συναρηρέναι, ὁμοῦ ἡρμόσθαι, συμφωνεῖν. Confer Euftathium ad Homeri Odyff. Π. 468. & Hefychium ejufque interpretes in Ὁμηρεῖν, Ὡμήρησε, Ὁμαρὲς & Ὁμᾶ. Adde Harpocrat. Lexic. decem Rhetor. voce Ὁμηρεύσοντες. Simili quadam ratione Ionicæ coloniæ in Afia, pariterque Doricæ coloniæ, ut docet Dionyfius Halicarn. Antiqq. Romanar. IV. 25. quo mutuam inter fe amicitiam concordiamque confervarent firmarentque, commune templum habuerunt, ad quod ftatis temporibus panegyres celebrabant, & de rebus, ad commune commodum fpectantibus, confultabant. *Idem igitur inftitutum civitates magnæ Græciæ ab Achæis adoptaffe* ait Polybius, *& ad eorum exemplum Iovi Homario* (id eft, *conventuum & concordiæ Præfidi) commune templum ftatuiffe.*

Ibid. διαβούλια συνετέλουν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendofe διετέλουν edd. ex Bav. — *Ibid.* δεύτερον. Poterat aliquis fufpicari, excidiffe ad hanc vocem, præcedente πρῶτον μὲν, conjunctionem δέ: fed ex Polybii ufu, ut monuit Reifkius, perinde & abeffe & adeffe hæc particula poteft: conf. III. 70, 10. VI. 45, 4. & ibi Adnot. III. 33, 6.

Ibid. νόμους ἐκλαβόντες τοὺς τῶν Ἀχαιῶν. Perperam ἐκβαλόντες Flor. ἐκλαμβάνειν *addifcere* h. l. vertit Cafaub.

cui

cui ſuffragatus eſt Reiſkius. Mihi fere idem ſignificare hoc verbum videtur, quod ſimplex λαμβάνειν, *ſumere, capere, accipere, adſciſcere:* conf. III. 42, 2. Diodor. Sicul. XI. 64. XVIII. 50. Si quid notionis verbo ſimplici addit præpoſitio ἐκ, erit puto notio *ſeligendi.*

Verſ. 7. Διονυσίου τοῦ Συρακ. Articulum neglexerunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 7.

Verſ. 8. τῆς τῶν Ἑλλήνων. τῶν carent ed. 4. 5. errore operarum. — *Ibid.* ἡγεμονίας Tenui hoc quod editum erat, quamquam vett. mssti in ἡγεμονείας conſentiunt. Verſ. 8.

Ibid. ἀκρισία. ἀκρασία Aug. Reg. A. & ſic ſuperſcr. in Bav. ab eadem manu. Xenophon Hiſt. Græc. lib. VII. extr. de eadem re: ἀκρισία δὲ, ait, καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων μετὰ τὴν μάχην ἐγένετο, ἢ πρόσθεν, ἐν τῇ Ἑλλάδι. Dicit autem hæc & quæ ſequuntur Polybius non de Leuctrica pugna, ſed *de pugna ad Mantineam*, quæ poſt illam octavo anno pugnata eſt Ol. CIV. 2. Leuctrica enim pugna manifeſtam graviſſimamque cladem Lacedæmonii acceperant, Thebani luculentam victoriam reportaverant; (Diod. Sic. XV. 56.) quod etiam in præcedentibus verbis ipſe Polybius ſignificat: nunc vero loquitur de prælio, quod poſt illud tempus ancipiti victoria pugnatum eſt; id vero *Mantinenſe prælium* erat, quemadmodum Xenophon docet loco cit. & Diodorus XV. 87. ipſe que Polybius IV. 33, 8. Mantinenſe autem hoc prælium non diſerte nominavit h. l. Polybius, quod ſatis nota græcis lectoribus res erat, quam nonniſi in tranſcurſu tangit ſcriptor. Deceptus tamen quodammodo brevitate hac Polybii Strabo, hæc & quæ ſequuntur ita accepit, tamquam de una Leuctrica pugna ageretur. Μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, ait lib. VIII. p. 384. ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι τούτοις (τοῖς Ἀχαιοῖς) τὴν δίαιταν περὶ τῶν ἀντιλεγομένων ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας.

Ibid. τῶν μὲν μὴ συγχωρούντων ἡττᾶσθαι, (ſcribe ἡττῆσθαι cum Vat. & Flor.) τῶν δὲ μὴ πιστευόντων ὅτι νενικήκασιν. Particulam μὴ, quæ ab ed. 1. 2. aberat, adjecit Caſaub. ex

 Reg.

Verſ. 8. Reg. B. C. quibus ſuffragantur Vat. & Flor. Et res ipſa poſcebat. *Alteri*, (ſcil. Lacedæmonii cum ſociis) *victos ſe eſſe, non concedebant*; atque adeo tropæum ſtatuerant: *alteri*, ſcil. Thebani, licet in fugam pepuliſſent hoſtem, tamen *ipſi non credebant*, *ſe revera viciſſe.* Rem totam exponunt Xenophon & Diodorus locis citatis.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *οὐ μὴν, ἀλλά γε καί.* Importune huc ab Hervagio, vel Arlenio potius, qui editionem Hervagianam procuravit, intruſa ex cod. Auguſtano eſt particula *καί*, quæ ignoratur a ceteris codicibus, & deleri utique a nobis debuerat.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *σχεδὸν γὰρ ἐλαχίστην τότε γε τῶν Ἑλλήνων εἶχον· τὸ δὲ πλεῖον &c.* Mendoſe prorſus in ed. 1. & Bav. eſt: *σχεδὸν γὰρ τότε ἐλαχίστη ἦν ἡ τῶν Ἑλλήνων· εἴχοντο δὲ πλεῖον εἰς τὴν πίστιν* &c. In *εἴχοντο δὲ πλεῖον* conſentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed in præcedentibus mutant nonnihil: nempe Aug. & Reg. B. ſic habent: *σχεδὸν γὰρ ἐλαχίστη ἦν τότε γε ἡ τῶν Ἑλλήνων.* Sed Vat. & Flor. paulo contractius: *σχεδὸν γὰρ ἐλάχιστ᾽ ἦν τότε γ᾽ ἡ τῶν Ἑλλήνων.* Quibus inter ſe collatis, ſi obſervaveris, in *εἴχοντο δὲ πλεῖον* latere *εἶχον τὸ δὲ πλεῖον*, facile intelliges, poſtquam hoc corruptum fuit, etiam reliqua nonnihil eſſe mutata, & ex *ἐλαχίστην* factum *ἐλάχιστ᾽ ἦν*, ac dein *ἐλαχίστη ἦν*; itemque, ex *τότε γε τῶν Ἑλλήνων* factum *τότε γ᾽ ἡ*, & deinde *τότε γε ἡ τῶν Ἑλλήνων*. Vir doctus, cujus ingenium in codicibus Reg. B. C. ſe exercuit, ex *εἴχοντο δὲ*, *εἰκὸς δὲ* fecit; præcedentia autem verba Reg. B. ſic habet: *σχεδὸν γὰρ ἐλαχίστη ἦν τότε γε τῶν Ἑλλήνων.* Reg. C. vero, *σχεδὸν γὰρ τότε ἐλαχίστη ἦν τῶν Ἑλλήνων.* Quorum codicum ſcripturam cum ſcriptura editionis Hervagianæ miſcens Caſaubonus, talem invexerat lectionem: *σχεδὸν γὰρ τότε γε ἐλαχίστη ἦν τῶν Ἑλλήνων, εἰκὸς δὲ πλεῖον εἰς τὴν πίστιν* &c. Et hoc tenuerunt poſteriores editores. Reiſkius duas rationes corrigendi corrupti loci tentavit: alteram, *σχεδὸν γὰρ τότε ἐλαχίστους τῶν Ἑλλήνων εἶδον· τὸ δὲ πλεῖον* &c. *videbant enim (Lacedæmonii & Theba-*

Thebani) *&c.* alteram, ἐλαχίστην ἰσχὺν τῶν Ἑλλήνων ἔχον· τὸ δὲ πλεῖον &c.

Verſ. 12. τῷ μὴ δύνασθαι φῦναι προστάτην, *eo quod naſci dux nullus poterat, quoniam dux nemo poterat emergere.* — *Ibid.* τὸν ὑποδείξαντα, *qui ſpeciem præ ſe tuliſſet*, ſcil. *fore ſe ducem.* ὑποδειχθέντα voluit Scaliger, itemque Voſſius: ſed nil opus. Solet ſic abſolute uti hoc verbo Polybius in activa forma: vide XI. 12, 4. XXII. 8, 6. Neque vero cum Reiſkio ſubaudienda ſunt verba ἃ δεῖ πράττειν, quæ ne ſunt quidem hujus loci: neque ſubintelligendum ex præcedentibus nomen τὴν προαίρεσιν; nam omnes habuerunt illam προαίρεσιν, ut ſignificat verſ. 11. Sed τὸν ὑποδείξαντα, ſcil. ἑαυτὸν, nempe ὡς ἐσόμενον προστάτην ἄξιον τῆς προαιρέσεως; vel τὸν ὑποδείξαντα, ſcil. τὴν ἔμφασιν, (conf. II. 47, 10.) nempe τοῦ ἔσεσθαι προστάτην. Verſ. 12.

CAPUT XL. Cap. XL.

Verſ. 2. Commode poſt ἀρχηγὸν μὲν, & rurſus poſt ἐπιβολῆς, levis diſtinctionis ſignum interponetur. — *Ibid.* Poſt Ἄρκτον repetit particulam μὲν Flor. Verſ. 2.

Ibid. τοῦ μόνιμον αὐτὴν ἐπὶ ποσὸν γενέσθαι, *ut ſtabilitatem aliquam nanciſceretur.* Caſaubonus: *ut etiam in poſterum aliquamdiu ſaltem res duraret.* Nihil eſt autem in græcis, cui reſpondeat latina particula *ſaltem;* quam deletam malim, ne quis ſuſpicetur, ſcripta hæc demum eſſe poſt Achaicum bellum, diſſoluto fœdere Achaico. Conf. quæ notavimus ad cap. 38, 4. ἐπὶ ποσὸν non ſolum eſt *aliquamdiu*, ſed & *aliquantum, nonnihil.* Ac temperat utique Polybius & minuit quodammodo adiectis verbis ἐπὶ ποσὸν vim verborum μόνιμον γενέσθαι, ſignificatque, eo tempore, quo hæc ſcripta ſunt, non amplius eam ſtabilitatem ac firmitatem habuiſſe fœdus Achaicum, ad quam ſub Philopœmene perveniſſe videbatur. Continuerat illud quodammodo & nonnihil etiam firmaverat Lycortas, pater Polybii: ſed ſane poſt bellum Perſicum, cum jam multa

Verſ. 2. Romani pro auctoritate agerent cum Achæis, quamquam ſtetit adhuc fœdus Achaicum, tamen non nimis porro firmitatis habebat, & haud ita diu amplius duraturum videri poterat. Itaque & verſ. 6. hujus cap. ubi de florente ſtatu hujus fœderis loquitur, verbo utitur in tempore præterito, ἐν ᾧ καθ' ἡμᾶς ἦν. Et lib. IV. c, 32, 9. deos precatur, ut præſens Peloponneſi ſtatus poſſit συμφῦναι, id eſt, *coaleſcere, & firmitatem aliquam ſtabilitatemque obtinere.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. κατὰ τὸ πρέπον τῇ γραφῇ. Caſaubonus: *in progreſſu ſcriptionis.* Imo vero: *quoad conſentaneum erit rationi hujus ſcriptionis;* ſcil. brevius in Præparatione, copioſius & enucleatius in reliqua uberiore Hiſtoria. — *Ibid.* ἐπίστασιν reſtitui ex Vat. Flor. Reg. B. C. Id in ἐπίτασιν corruperunt Aug. Reg. A. Mox verſ. 5. in veram ſcripturam conſentiunt omnes. conf. Adnot. ad II. 2, 2. & ad II. 56, 6.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ὑπομνηματισμούς. Commentariorum Arati jam ſupra meminerat Polybius I. 3, 2. & deinde ſæpius mentionem faciet.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ὑπολαμβάνω. ὑπολαμβώνων ed. 1. operarum errore, & hinc ed. 2. & Reg. B. C. — *Ibid.* εἰ ποιησαίμεθα τὴν ἐπίστασιν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν. εἰ carent Vat. & Flor. male. Aliam paulo vim hic habet vocab. ἐπίστασις ac paulo ante verſu 3. Confer I. 12, 6. II. 71, 7. — *Ibid.* ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο καὶ σύννευσις. — „Figura eſt ſic dicta ἓν διὰ δυοῖν, pro ἀρχὴ τῆς συννεύσεως.“ REISK.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸ ἔθνος. Perperam & invitis omnibus codd. omiſſus h. l. erat articulus in ed. 2 & ſeqq. — *Ibid.* ἐν ᾧ καθ' ἡμᾶς ἦν. Vide ad verſ. 2. — *Ibid.* ὑπὲρ ἧς κατὰ μέρος ἀρτίως εἴπον. Caſaubonus: *de qua modo particulatim dicebamus;* quæ ſi bene habet interpretatio, reſpexit h. l. Polybius ad id, quod dixit cap. 37, 10 ſq. Sed τὰ κατὰ μέρος εἰπεῖν (cum adjecto articulo) ſatis quidem ſcio, eſſe *particulatim & enucleate de re loqui;* at κατὰ μέρος εἰπεῖν (abſque artic.) putavi exponi poſſe *ex parte, aliquatenus, nonnihil dicere.*

CAPVT

CAPVT XLI.

Cap. XLI.

Verf. 2. καὶ Πτολεμ. τῆς Πτολεμ. ed. 1. operarum errore. — *Verf.* 3. τοὺς μὲν οὖν. οὖν carent ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. — *Verf.* 4. Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ. De *Tiſameno* conſule Meurſium de Regno Laconico cap. 6. Verſ. 2. 3. 4.

Verf. 5. ἕως Ὠγύγου. Sic ſcribendum monuit Palmerius in Exercitat. ad h. l. & jam ante eum Meurſius l. c. idque primus in contextum recepit Erneſtus, cum Γύγου dediſſent h. l. edd. & ſcripti omnes, capite truncato nomine. Sed IV, 1, 5. omnes ἕως εἰς Ὤγυγον. Et Strabo lib. VIII. p. 384. ex hoc ipſo, in quo verſamur, Polybii loco, hæc repetit: ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ μέχρι Ὠγύγου βασιλευόμενοι διετέλεσαν. Verſ. 5.

Verf. 7. ἃς ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει διαμένειν. Tenui verſionem Caſauboni, *quæ nunc quoque ſuperſunt.* Sed Strabonem diligentius inſpiciens intellexi, (quod etiam per ſe commodius videri debebat) ad διαμένειν ſubaudiendum eſſe ἐν δημοκρατίᾳ, *quæ etiam nunc (in fœdere) permanent.* Strabo enim l. c. de inſtauratione fœderis Achaici, Olymp. CXXIV. facta, agens, (de qua mox Polybius verſ. 11 ſq. loquitur) ait: καὶ προσελάμβανόν τινας τῶν δώδεκα, πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης· τῆς μὲν οὐ συνελθούσης, τῆς δ' ἀφανισθείσης ὑπὸ κύματος. Id eſt: *alias de XII urbibus ad ſe receperunt, Oleno atque Helice exceptis; quarum illa ſe noluit adjungere, hæc a fluctibus deleta eſt.* De Oleno conf. eumdem Strab. p. 386. Verſ. 7.

Ibid. Ἑλίκης. Sic Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. & Aug. Ἐλίκης ed. 1. 2. Reg. C. cum Bav. & Reg. A. qui iidem mox rurſus Ἐλίκη cum leni ſpiritu dant. De interitu hujus urbis, quæ per terræ motum mari hauſta eſt, vide Strab. p. 384. & uberius etiam Diodorum XV. 48 ſq.

Verf. 8. Πελλήνη. Πελήνη minus recte ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. — *Ibid.* Αἴγιον recte habent editi ex Bav. Totum nomen omiſſum in Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Perotti. Verſ. 8.

Verf. 8. *Ibid.* Βοῦρα. *Buram* urbem per eumdem terræ motum, qui Helicen delevit, hiatu terræ hauftam effe, Diodorus refert XV. 48. & Strabo lib. I. p. 54. 59. & 386. Sed hanc a civibus, qui tum forte domo abfuerant, rurfus inftauratam effe docet Paufanias l. c.

Ibid. Κερύνεια. Κεραύνεια Vat. Flor. Aug. Reg. A. Κεραυνία Bav. & intra lineas indicatur altera fcriptura Κεραύνεια. Κεραύνια ed. 1. 2. Κεραυνία ed. 3 fqq. cum Reg. B. C. ἡ Κεραυνία pariter editur apud Strab. p. 387. Sed apud Polyb. mox verf. 14. omnes τῆς Καρυνίας dant, & gentile Καρυνεῖς. Sic & II. 10, 5. ὁ Καρυνεὺς dant libri omnes; & eodem modo Bav. II. 43, 2. fed ibi Vat. Flor. Aug. Reg. A. & codex Perotti ὁ Γερυνεύς. Quam fcripturæ varietatem conferens cum Paufaniæ ufu, qui copiofe de hoc oppido verba faciens VII. 25. conftanter Κερύνειαν vocat, verum hoc effe nomen (monente etiam Sylburgio ad Paufan. VII. 6. & Weffeling ad Diodor. T. II. p. 40. n. 62.) putavi, & in contextum recepi. Minus notum nomen a librariis cum celebriori Κεραύνια fuiffe commutatum, nil mirum. conf. quæ notamus ad Λαδοκείοις, cap. 51. 3. Ceterum Καρυνία h. l. ex verfu 14. & ex II. 10, 5, fcribere jufferant Vrfin. & Gronov.

Ibid. Ὤλενος καὶ Ἑλίκη. Habent vulgo h. l. nomina hæc editi ex Bav. quæ tamen rectius, puto, abfunt a ceteris codicibus. Ceterum de civitatum Achaicarum catalogo hoc conf. Herodot. I. 145. & Paufan. VII. 6. Adde Simfonum ad Ol. CXXXI. A. V. 500.

Verf. 10. *Verf.* 10. Κασσάνδρου fcripfi cum Vat. & Flor. Κασάνδρου edd. cum ceteris codd.

Verf. 11. *Verf.* 11. κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. Sic res Græcorum cum Romanorum rebus, per idem fere tempus geftis, contendere connectereque amat. Confer II. 20, 6. & I. 6. 5. & quæ ibi notavimus. Temere Petavius de Doctr. Temp. T. II. p. 57. μετὰ τὴν Πυῤῥ. διαβ. fcribendum fufpicatus eft.

Verf.

Verſ. 12. περὶ τῆς συμπολιτείας. Articulum τῆς, qui vulgo aberat, adjeci cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed Aug. etiam feriem verborum invertit, περὶ πόλεων τούτων τῆς συμπολιτείας. Ceterum totam ῥῆσιν illam, διόπερ οὐδὲ στήλην ὑπάρχειν συμβαίνει &c. iniquo loco poſitam eſſe, contendit GRONOVIVS, de patris Io. Frid. Gronovii ſententia, & ſupra poſt verba πλείστους γὰρ δὴ μονάρχους οὗτος ἐμφυτεῦσαι δοκεῖ τοῖς Ἕλλησι reponere juſſit; ut intelligeretur, ab Antigono Gonata & tyrannis abolita eſſe libertatis & felicis conſpirationis monumenta. — „Qualis enim, ait, hæc cauſſa eſt: non exſtat columna, quia quatuor urbes acceſſere? &c." — Ad quæ perſpecte REISKIVS reſpondit: „Nihil hic loci eſt vitioſum, nihil tranſpoſitum. Ideo quatuor illæ urbes nullum condiderunt monumentum ſui conſenſus in renovationem priſtinorum patriorum inſtitutorum, quia omnes eodem tempore ultro conſentiebant & coibant in unum corpus: quod quia a nemine neque rogabant, neque impetrabant, ideo neceſſe non erat, ejus rei, cujus omnes ſibi conſcii eſſent, a ſe ultro ſuſceptæ & peractæ, ullum publicum condere monumentum. Alia res erat in reliquis civitatibus, quæ poſtmodum ad id fœdus accedebant, quibus publico teſtimonio caveri opus erat." Verſ. 12.

Verſ. 14. Κερυνεῖς & Κερυνείας. Vide quæ monuimus ad verſ. 8. — *Ibid.* τυραννεύων. τυραννῶν ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Conf. cap. 43, 3. — *Ibid.* Μάρκου. Sic omnes ll. 10, 5. & cap. 43, 2. quare & h. l. monente Vrſino & Caſaubono poſui hoc pro vulgato Μάργου. — *Ibid.* ἑαυτὸν δέ. δὲ perperam caret ed. 1. & Reg. B. C. operarum errore. — *Ibid.* ὅσον οὐκ ἤδη, *tantum non jam.* Particula negans delenda viſa erat Erneſto, in Lexic. Polyb. voc. ὅσον. At ſic optimi quique ſcriptores græci loquuntur, ut monui ad II. 4, 4. Verſ. 14.

CAPVT

Cap. XLII.

CAPVT XLII.

Verf. 1. *Verf.* 1. *Τίνος οὖν χάριν.* *οὖν* caret ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Habent ceteri libri. conf. cap. 71, 1. & III. 9. 11. — *Ibid.* *τῶν ἐξ ἀρχῆς Ἀχαιῶν.* conf. cap. 38, 8.

Verf. 3. *Verf.* 3. Ad *προτείνοντες* fubintelligendum *τοῖς ἄλλοις*, quod adjectum etiam cupiebat Reifkius.

Verf. 5. *Verf.* 5. *πλείστων τε.* *πλείστων δὲ* malueram, non *πλεῖστον δὲ*, quod errore operarum in fcholio infra contextum expreffum eft. Sed & *πλείστων τε* bene habet. *κοινωνεῖν τινι πραγμάτων*, eft *confilia & arma cum aliquo fociare*, ut IX. 25, 5. IX. 31, 4. Ad cujus dictionis vim non fatis adtendentes interpretes, verba *πλείστων καὶ καλλίστων* neceffario arctiffime cohærere putarunt cum *πραγμάτων*, atque ita dein offenderunt in hoc loco, qui nihil difficultatis habebat. Pro *πολλοῖς* Vrfinus *πολλάκις* fcribere juffit. Idem vocab. *πολλοῖς* ad *Ῥωμαίοις* retulit Cafaubonus: *Romanos imperatores multos.* Nomen *Ῥωμαίοις* deletum voluit Scaliger. Ante *Ῥωμαίοις* intercidiffe verba *καὶ μάλιστα*, fufpicatus eft Reifkius. Recte vero Gronovius in Notis msstis: *qui cum multos fæpe adjuverint, Romanos vero in plurimis & pulcherrimis.* Conf. XXVI. 3, 9. In noftra verfione latina adverbium *fæpe*, quod eft in græcis, deletum velim, aut ad fuperiora verba *multos alios* rejectum: pro *adjuvarent* autem commodius fuerit *adjuverint*.

Cap. XLIII.

CAPVT XLIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. *Εἴκοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε.* Intercidit apud Strabonem p. 385. minor numerus *τὰ πέντε*, quæ verba ex Polybio fupplenda effe monuit ibi Cafaub.

Verf. 2. *Verf.* 2. *τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ προειρημένου στρατηγοῦντος &c.* Mendofe *προηγουμένου* dant veteres codices omnes; & in uno Bav. pro diverfa fcriptura notatur *προειρημένου*, quod recte adoptavit Obfopœus. *στρατηγοῦντος*, ut perfpecte Gronovius in Notis msstis monuit, accipiendum pro *στρατηγήσαντος*, quemadmodum *τῷ πρότερον ἔτει στρατηγοῦντες* (i. q. *στρατηγήσαντες*) III. 114, 6. &

τῷ

τῷ προϋπάρχοντι (pro προϋπάρξαντι) II. 2, 11. Confer quæ notavimus ad τοῖς ἀναγράφουσι I. 1. 1. Itaque pro eo, quod Caſaubonus ſcripſit, *quartum annum in prætura agebat Marcus*, interpretatus cum Gronovio ſum *quarto poſt hujus præturam anno*. Ceterum miras turbas hic ciet Reiſkius, & immanem verbis Polybii vim infert, ut Polybium Plutarchumque, qui in eis, quæ de prima & ſecunda Arati prætura referunt, pugnare inter ſe videntur, in concordiam redigat. Sed, verum ſi quæris, nihil inter hos ſcriptores diſcordiæ invenies. Primum in errorem induxit Reiſkium idem Gronovius, qui cetera quidem recte expedivit, ſed poſt verba Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, interpoſita diſtinctione, inſertum voluit pronomen ὃς, (in Nota edita ad h. l.) ut ad Ἄρατος ὁ Σικυώνιος ex præcedentibus intelligeretur ταύτης τῆς τιμῆς ἔτυχε; quaſi hoc dixiſſet Polybius, *quarto poſt Marci præturam anno Aratum, annos natum viginti, cum Sicyonem Achæis adtribuiſſet, prætorem eſſe creatum.* Quo poſito, cum diſerte mox ſcribat idem Polybius, *octavo rurſus anno prætorem iterum eſſe creatum*; repugnat hoc ei, quod Plutarchus dicit in Vita Arati p. 1034. poſt primam Arati præturam ſtatim proximo anno conſecutam eſſe alteram. Atqui gratuito ac temere a Gronovio, & qui eum ſequuntur, ſumtum eſt, quod ſtatuunt, de *prima Arati prætura* agere hoc loco Polybium: quippe nihil aliud dicit hic ſcriptor, niſi, *quarto anno poſt Marci præturam Aratum, viginti annos natum, Sicyonem a tyranno liberaſſe & Achæorum reipublicæ adtribuiſſe.* In compendiaria hac expoſitione mutationum, quas ſubiit Fœdus Achaicum, & incrementorum, quæ ei ſubinde acceſſerunt, primæ Arati præturæ prorſus non meminit Polybius; puta, quia nihil in ea geſtum eſt, quod ad incrementum fœderis maxime pertinebat. Pauſanias quidem II. 8. p. 130. ſignificare videtur, Aratum ſtatim, poſtquam Sicyonem concilio Achæorum adtribuiſſet, prætorem eſſe creatum. Sed, ne dicam, incredibile prorſus eſſe, viginti annorum juvenem, cum primum civitatem ſuam Verſ. 2.

Verſ. 2. ſuam fœderi Achæorum adjunxiſſet, protinus ducem prætoremque totius Achorum reipublicæ fuiſſe creatum; ſatis etiam ceteroquin adparet, nonnimis ſtricte illud *αὐτίκα* apud Pauſaniam eſſe accipiendum, qui ita breviter hæc percurrit, ut etiam inter primam & alteram Arati præturam nullam diſcrimen faciat, ſed præcipuas tantum res geſtas hujus viri raptim perſtringat. At vero id ipſum, quod, vi atque mutatione verbis illata, dicentem illi faciunt Polybium, de *Arato, viceſimo ætatis anno ad præturam promoto*, id demum ipſum manifeſte pugnat cum eis, quæ diſerte ac perſpicue Plutarchus docet, *priuſquam primum prætor crearetur Aratus*, (p. 1033. E. cap. 16.) *poſtquam ſe ſuamque civitatem Achæis conjunxit, ſtatim equo meruiſſe, & amorem magiſtratuum ſibi conciliaſſe eo, quod, licet tanta acceſſione rempublicam Achæorum auxiſſet, tamen obſequentem ſeſe, ut gregarium aliquem militem, prætori annuo Achæorum præbuit, quicumque ille foret, ſive Dymæus, ſive Tritæenſis, ſive ex minore etiam oppido, &c.* (p. 1032. A. cap. 11 ſq.) E quibus abunde elucet, complures nonnullos annos fuiſſe elapſos, priuſquam prætor primum eligeretur Aratus.

Ibid. τυραννουμένην. τυραννομένην ed. 1. 2. 3. 4. & Reg. B. errore operar. ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτοῦ. Signate repetitur articulus τῆς, quem neglexerunt poſteriori loco ed. 1. 2. & Reg. B. C. invitis vetuſtioribus omnibus codd. Errorem errore cumulans ed. 2. καὶ etiam omiſit ante τόλμης. Scaliger correxit τῆς ἀρετῆς τε ἑαυτοῦ καὶ τόλμης.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον. Copioſe & enucleate rem narrat Plutarch. p. 1034 ſqq. cap. 16 ſqq.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. διαπραξάμενος Caſaubonus expoſuit *aſtu in poteſtatem redactam*, ſumta notione ex illo uſu, quem ſæpe habet verbum πράττειν & nomen πρᾶξις, unde etiam derivatur verbum πραξικοπεῖν. Sed de *aſtu* quidem, & *de redactione in poteſtatem*, nihil ſignificant alii ſcriptores.

res. Plutarchus p. 1038. (cap. 24.) Μεγαρεῖς, ἀποστάντες Ἀντιγόνου, τῷ Ἀράτῳ προσέθεντο. Pausanias p. 130. ἐλευθερώσαντος Ἀράτου Κόρινθον, προσεχώρησαν ἐς τὸ συνέδριον - - καὶ οἱ τὴν ἐντὸς ἰσθμοῦ ἀκτὴν οἰκοῦντες Μεγαρεῖς. Strabo p. 385. προσελάβετο δὲ καὶ Μεγαρεῖς. Itaque cum διαπράττειν & διαπράττεσθαι vulgo nil aliud, nisi *efficere, perficere*, denotent, hic pariter satis fuerit, si verba, supra scripta, exponamus, *perfecit, ut Megarensium civitas Achæis se adjungeret;* vel, *sua opera, sua industria Megarenses Achæis adjunxit.* Vers. 5.

Vers. 6. ταῦτ' ἐγίγνετο. Ex uno Vat. adfertur ταῦτ' ἔστ' ἐγίγνετο, quod ex ἔτι ἐγίγνετο corruptum esse potest. Sed ista quidem particula facile caremus. — *Ibid.* τῷ προτέρῳ ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης. — „Hoc intelligi nequit, ait GRONOVIVS. Lege πρότερον." — Recte vero vulgatam tuetur Reiskius. Vide III. 40, 7. & conf. Lexic. Polyb. Vers. 6.

Vers. 7. διετέλει προστατῶν &c. *perpetuo dehinc præfuit Achæis, perpetuo principatum inter eos obtinuit.* Nempe, ut Plutarchus scribit p. 1038. (cap. 24.) *tantum apud Achæos polluit Aratus, ut, si minus liceret quotannis, alternis certe annis crearent eum prætorem, re autem & consilio imperium obtineret perpetuo.* Vers. 7.

Vers. 8. τοῦτο δ' ἦν. Mendose τοῦτ' ἦν ed. 1. 2. & Reg. C. Vers. 8.

Vers. 9. Μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀντίγονος. μέχρι μὲν ἦν Ἀντιγ. ed. 1. cum Bav. Aug. Reg. A. C. μέχρι μὲν οὖν Ἀντίγονος ed. 2. Vat. Flor. Vtramque lectionem, οὖν & ἦν, conjunxit Reg. B. & hinc Casaub. — *Ibid.* ἀντιταττόμενος adoptavi ex Vat. & Flor. Ceteri vulgo ἀντιπαρατατ. quod est *aciem contra instruere;* illud, generatim, *sese opponere, resistere.* Poterit tamen & ἀντιπαρατατ. defendi ex XXII. 10, 1. & 11, 5. Vers. 9.

Vers. 10. ὑπὲρ διαιρέσεως τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους. Casaubonus: *ad societatem Achæorum dissolvendam.* conf. IX. 34, 6. Nil vero mirum est, si & Macedones & Aetoli *dissolutam societatem Achæorum* cuperent, quæ Aetolorum cupidi- Vers. 10.

Verſ. 10. cupiditati & Macedonum libidini regnandi obſtabat. Ac ſane, ſi nihil amplius ſpectarunt illi, non conſentaneum erat, ut eorum conatum, quantumvis gravis videri Achæis debuit, *cum ſumma adeo iniquitate & audacia conjunctum* Polybius diceret. Nempe amplius aliquid erat διαίρεσις illa τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, quam illi cupiebant: ſcilicet, *ſocietatem inierunt Antigonus & Aetoli de dividendis, de partiendis inter ipſos* (inter Antigonum, inquam, & Aetolos) *Achæorum civitatibus.* Sic διελέσθαι τὰ κατὰ τὴν νῆσον VII. 4, 2. eſt *partiri inter ſe inſulam;* & διαίρεσις τῆς χώρας, III. 40, 9. *diviſio agrorum.* Denique, ſi qua dubitatio ſupereſſet, levaretur ea ex II. 45, 1. coll. cum h. l. & cum IX. 34, 6 ſq. Primum enim II. 45, 1. καταδιελέσθαι tamquam ſynonymum ponitur verbi διανείμασθαι: tum vero, pro hoc ipſo quod h. l. & IX. 34. 6. dicit *Aetolos & Antigonum ſocietatem iniiſſe* ὑπὲρ διαιρέσεως τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, II. 45, 1. ait οἱ Αἰτωλοὶ ἐπεβάλοντο διανείμασθαι τὰς τῶν Ἀχαιῶν πόλεις πρὸς Ἀντίγονον; & viciſſim, pro eo, quod II. 45, 1. dicit τὰς Ἀκαρνάνων πόλεις διενείμαντο πρὸς Ἀλέξανδρον, IX. 34, 7. ait πρὸς Ἀλέξανδρον ὅρκους ποιήσαμενοι ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ μερισμῷ τῆς Ἀκαρνανίας. Conf. III. 2, 8. Ceterum, quod διαιρήσεως h. l. pro διαιρέσεως dant ed. 2. 3. 4. nonniſi operarum Baſileenſium culpa factum eſt.

Cap. XLIV.

CAPVT XLIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. καὶ συνθεμένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ συμμαχίαν πρὸς Αἰτωλούς. καὶ, ante συμμαχίαν, quod cum editis agnoſcunt ſcripti libri omnes, deletum ſua auctoritate voluit Vrſinus, cui ſuffragatur Reiſkius, niſi εἰρήνην καὶ συμμαχίαν legere malueris. Sed nihil incommodi habet repetitio illius particulæ, quæ æquivalet latino *atque etiam.*

Ibid. δυσμενείας. δυσμενίας ed. 1. 2. 3. 4. & Reg. B. C. invitis vetuſtioribus libris. — *Ibid.* ὑπεγένετο δὲ κοιν. ὑπεγένετο δὲ καὶ κοιν. Aug. Reg. A. — *Ibid.* κοινωνικῇ adoptavi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. Confer Lexic. Polyb.

Verſ.

Verf. 2. περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων. Obitus Demetrii, patris Philippi, ponitur a Chronographis in extremam Olymp. CXXXVI. A. V. 521. ab aliis etiam in ejufdem Olympiadis initium. At prima Romanorum in Illyricum trajectio incidit in Coff. L. Poftumium, Cn. Fulvium, A. V. 524. Erit ergo poft μεταλλάξαντος τὸν βίον nonnihil diftinguenda oratio; & verba περὶ τὴν πρώτην διάβασιν ad illa, quæ fequuntur, referenda: ut læta rerum converfio, de qua nunc dicere adgreditur, aliquanto poft mortem Demetrii accidiffe intelligatur. Verf. 2.

Verf. 3. προτείνοντα. Mendofe προτείνοντος Vat. Flor. Et mox iidem ἐπανατεινόμενος pro ἐπανατεινόμενον. Verf. 3.

Verf. 5. Λυδιάδας. Sic fcribendum putavi, collatis inter fe variis locis, quibus mentio hujus viri cum apud Polybium, tum apud alios fcriptores, occurrit. Hoc quidem loco in Λυσιάδας libri confentiunt omnes; fed cap. 51, 3. Λυδιάδας dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Tum vero IV. 77, 10. ΑΛΛΙΑΔΟΥ, quod mendofe dant libri, utique ex ΛΥΔΙΑΔΟΥ potius, quam ex ΛΥCΙΑΔΟΥ corruptum effe intelligitur. Denique confer XXV. 1, 8. ubi de alio quidem viro, fed cognomine ac fortaffe filio hujus, agitur; & ibi per δ, non per σ, fcriptum erat hoc nomen in Vrfini codice. Apud Plutarchum, in Cleomene, tyranni Megapolitani nomen conftanter Λυδιάδας editur: rurfufque apud eumdem Λυδιάδας in lib. de fera Numinis Vindicta p. 552. Sed in vita Arati Λυσιάδης; at ibi quoque editio Florentina Λυδιάδης habet. Apud Paufaniam lib. VIII. c. 11. p. 619 fq. & cap. 27. p. 656 fq. conftanter Λυδιάδης fcribitur. Verf. 5.

Verf. 6. Κλεώνυμος. Κλεόνυμος Vat. — *Ibid.* ἐκοινώνησαν τῆς τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίας. Hanc unice veram fcripturam dederunt Vat. & Flor. Minus recte tamen iidem δημοκρατείας fcribunt pro δημοκρατίας. Potuerat Polybius, fi voluiffet, fic dicere: ἐκοινώνησαν τοῖς Ἀχαιοῖς τῆς δημοκρατίας. Verf. 6.

CAPVT XLV.

Cap. XLV. Verf. 1. *Verf.* 1. τὸ δὲ πλεῖον· τὸ δὲ πλεῖστον folus Flor. *Ibid.* ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις. Cafaubonus: *fpe diffolvendi conjunctas invicem urbes.* Rectius Erneftus in Lexic. Polyb. *fpe dividendi urbes*, fcil *veluti prædam cum fociis* Conf. ad cap. 43, 10. — *Ibid.* τὰς μὲν Ἀκαρνάνων διενείμαντο πρὸς Ἀλέξανδρον. Ἀκαρνῶν mendofe Aug. Reg. A. De confer IX. 34, 7. *Alexander* hic, Pyrrhi filius, Epiri rex erat: de cujus tamen focietate cum Aetolis adverfus Acarnanas non modo mentio nulla fit apud alios fcriptores, verum etiam, Acarnanum focietate & auxilio in regnum Epiri reftitutum effe eumdem Alexandrum, poftquam a Demetrio, Philippi patre, regno effet exutus, Iuftinus refert lib. XXVI. cap. 2. fq. Idem eft Alexander, cujus librum de Tactica arte laudaverunt Arrianus & Aelianus initio fuorum Tacticorum; quorum verba fupra retulimus in Teftimoniis Veterum de Scriptis Polybii.

Verf. 2. *Verf.* 2. Ἀντιγόνῳ τε, τῷ κατ' ἐκείνους &c. Illum dicit *Antigonum*, qui *Dofon* folet cognominari. — *Ibid.* κοινωνεῖν. Conftrue κοινωνεῖν Ἀντιγόνῳ fcil. τῶν πραγμάτων, qui genitivus aliâs adjicitur: vide ad II. 42, 5. — *Ibid.* ἀμφοτέροις ἅμα. ἅμα caret ed. 1. operarum errore, propagato in Reg. B. C.

Verf. 3. *Verf.* 3. διὰ τὴν κατὰ τὸν Ἀκροκόρινθον πρᾶξιν. Mendofe Vat. Flor. Aug. & Reg. A. dant διὰ τὸ τὸν Ἀκροκόρινθον πράξειν.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἔτι προσλαβόντες. Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. προσλαβόντες ἔτι ed. 2 fqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προεμβιβάσομεν. Temere Reifkius προσεμβιβ. fcribere juffit. Imo fignatam quamdam vim habere videtur præpofitio πρὸ, *primum Lacedæmonios ad odium & ad bellum cum Achæis concitare voluerunt, deinde & ipfi eos adgredi.* ἀπέχθεια idem h. l. fonat, quod πόλεμος, ut cap. 46, 7.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐκ τῶν κατὰ λόγον. ἐκ τοῦ κατὰ λόγον edd. ex codice Bav. in quo tamen fuperfcriptum ab eadem manu

ἐκ

ἐκ τῶν, quod dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. in quibus eiſdem deinde vitioſe κατaλόγων. — *Ibid.* πάσης εὐστοχεῖν. εὐστοχεῖν πάσης Flor. Ex codice Vat. leviores hujuſmodi diſcrepantias adnotare, quæ in ſerie verborum obtinent, conſulto plerumque ſuperſedit diligentiſſimus ceteroquin Spallettus noſter. Verſ. 5.

CAPVT XLVI. Cap. XLVI.

Verſ. 1. τὸν μὲν πόλεμον. μὲν abeſt ab ed. 2 & ſeqq. operarum errore. Verſ. 1.

Verſ. 2. Τέγεαν. Τέγαιαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Ad ἀγανακτοῦντας, ob præcedens ὥστε, requiri infinitivum φαίνεσθαι, vel ὁρᾶσθαι, cenſuit Reiſkius. Sed bene habet ὥστε cum participio, quoniam præceſſit participium φθονοῦντας ἐπὶ τοσοῦτον. Verſ. 2.

Verſ. 3. καὶ τότε συνορῶν. Adſentior Reiſkio, aut delendam h. l. copulam καὶ, aut ἀδικίαν, vel aliud nomen ei addendum. Verſ. 3.

Verſ. 5. Ἀθήναιον. Plutarch. in Cleom. p. 806. (cap. 4.) τὸ περὶ τὴν Βελβίναν Ἀθήναιον· ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χορίον ἐστί. *Athenæum* (id eſt, *Minervæ templum*) *prope Belbinam: eſt autem aditus is locus Laconiæ.* — *Ibid.* ἀναδεικνύντα. ἀναδεικνῦντα Aug. Reg. A. Verſ. 5.

Verſ. 7. Ὁ μὲν οὖν Κλεομενικὸς &c. Ad marginem noſtræ editionis rectius hoc loco & foliis nonnullis ſequentibus pro A. V. 529. ſcribetur A. V. 530. Scilicet ex lib. IV. c. 35. diſcimus, mortuum eſſe Cleomenem anno tertio, poſtquam ex Græcia profugit. Mortuus eſt autem (ut ex eodem loco & ex V. 39. patet) Olymp. CXXXIX. 4. A. V. 534. Ergo victus profugit Ol. CXXXIX. 2. A. V. 532. Sed in tertium annum duravit bellum. (conf. Adnot. ad II. 54, 13.) Cœpit igitur A. V. 530, qui incidit in poſteriorem partem Olymp. CXXXVIII. 4. & in priorem partem Ol. CXXXIX. 1. Verſ. 7.

Ibid. τοιαύτην ἔλαβε. Sic Vat. Flor. & codex Vrſini. τὴν αὐτὴν Aug. Reg. A. ſed in Reg. A. intra lineas eſt τοιαύτην. ταύτην edd. & Reg. B. C. cum Bav.

Cap. XLVII.

CAPVT XLVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. σώζειν τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perott. Mendoſe τὴν πόλιν καὶ τὰς χώρας Bav. ſed ſuperſcr. eadem manu τὴν χώραν. Hinc τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν edd. & Reg. B. C.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. διὰ τὰς προγεγενημένας εὐεργεσίας. Vide Plutarch. in Arat. p. 1032. (cap. 11.) — *Ibid.* πρὸς ἑτέρους ἐκτείνοντες τὰς χεῖρας. Mendoſe πρὸς ἑκατέρους Aug. Reg. A. Tum ἐκτείνοντας χεῖρας ed. 1. 2. cum vetuſtioribus codd. omnibus; ex quo Caſaub. cum Reg. B. C. ἐκτείνοντες χεῖρας fecit. Nos præterea cum eiſdem Reg. B. C. (quod & res ipſa poſcebat, & veſtigia veteris ſcripturæ ſuadebant) articulum τὰς ad χεῖρας adjecimus, ſuffragante Gronovio in Notis msstis, & Reiſkio. conf. verſ. 6. & cap. 45, 2. & V. 104, 1. &c.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τοῦ πολέμου. Corrupte τοῦ Πτολεμαίου ed. 1. 2. ex Bav. — *Ibid.* τοῦ μὲν Κλεομ. Carent μὲν Vat. Flor. — *Ibid.* χρωμένου δὲ recte ex Reg. B. C. adſcivit Caſaub. monente etiam Vrſino ex ing. Sic vero perſpicue dedit Aug. Mendoſe χρωμένῳ ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. Reg. A.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. προορώμενος &c. Turbatam vulgo ſeriem verborum tali modo reſtitutam voluit Scaliger: προορωμ. Ἀρ. τήν τε τῶν Αἰτ. ἐπιν. καὶ τόλμαν, καὶ τὸ μέλλον δεδιώς. Expeditior Reiſkii ratio videtur, quam adoptavimus. — *Ibid.* Αἰτωλῶν ἐπίνοιαν. ἀπόνοιαν ſuſpicatus erat Caſaub. in ora Baſil. Sed nil opus eſt ſolicitare vulgatam ſcripturam.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. σύνεσιν recte jam adoptavit Gronov. ex Suida, qui hunc locum recitavit in verbo Ἀντιποιοῦμ. cum quo faciunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. σύνευσιν ed. 1. 2. cum Bav. quod in σύννευσιν cum Reg. B. C. mutavit Caſaub. Quid differat inter πρᾶξιν & σύνεσιν, haud incommode his

verbis

verbis declaravit REISKIVS: „Eſt quidem in πράξει quoque prudentia, ſed magis illa *callida*, verſuta, vafra, cum agilitate, efficacia, induſtria conjuncta, poteſtque etiam in improbo eſſe; ſed σύνεσις eſt *ſedata futurorum providentia*, & præſentium ad propoſitum finem accommodatio, cum gravitate & dignitate & probitate conjuncta.“ — Verſ. 5.

Ibid. νομίζοντας. Perperam νομίζοντες ed. 1. 2. cum ſolo Bav. — *Ibid.* οὔτε ἐχθρὸν, οὔτε φίλον. Sic editum ex Bav. quod & Reg. B. C. tenuerunt. οὔτ' ἐχθρὸν, οὔτε πολέμιον Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Suidas l. c. — *Ibid.* ἀεί. αἰεὶ Vat. — *Ibid.* καὶ τὰς φιλίας. καὶ abeſt ab ed. 2 & ſqq. operarum errore.

Verſ. 6. ἐπεβάλετο. ἐπεβάλλετο Suid. Verſ. 6.

Verſ. 7. παρασκευάζειν adſcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. παραλαμβάνειν edd. ex Bav. ſed & in hujus ora ab eadem manu notatur γρ'. παρασκευάζειν. — *Ibid.* ἔμελλε edd. & Reg. B. C. cum Bav. & Aug. ἤμελλε Vat. Flor. & Reg. A. conf. ad verſ. 10. Verſ. 7.

Verſ. 8. φαίνεσθαι πράττων. Dederunt hoc Flor. Aug. & Reg. A. Neſcio an & Vat. e quo nihil notatur. Sic & reſcribere Reiſkius juſſerat. Verſ. 8.

Verſ. 10. ἔμελλε ſcripſi h. l. cum uno Aug. Ceteri vulgo ἤμελλε, quod perinde teneri poterat. conf. ad verſ. 7. — *Ibid.* ὑποδεικνύων. ὑποδεικνύω ed. 1. 2. operar. errore. — *Verſ.* 11. κατέταξεν. Mendoſe κατέταξαν Aug. quod non opus erat ut ad oram ed. 2. adnotaretur, in quo tot probæ lectiones ejuſdem codicis Auguſtani prorſus neglectæ ſunt. Verſ. 10.

CAPVT XLVIII. Cap. XLVIII.

Verſ. 2. ἐκ τῶν κατὰ τὸν 'Αμύντου Φίλιππον εὐεργεσιῶν. κατὰ τὸν Φίλιππον idem eſt, ac τοῦ Φιλίππου. Vtitur autem iſta periphraſi ad evitandum ſimilium caſuum concurſum, cum jam duo alii adeſſent genitivi, 'Αμύντου & εὐεργεσιῶν. Quænam vero ſint illa beneficia, quæ a Philippo, Amyntæ filio, acceperint Megalopolitani, nuſquam memoriæ proditum reperi. Philippum illum & imperium Macedonum Verſ. 2.

 magnum

Verſ. 2. magnum adjumentum accepiſſe ab Arcadibus & Megalopolitanis eo, quod in pugna ad Chæroneam præſto non fuerint ceteris Græcis, Pauſanias ait lib. VIII. cap. 27. p. 656. Sed ejus rei cauſam ad bellum refert, quod tunc Arcades cum Lacedæmoniis geſſerunt: de beneficiis autem Philippi in Arcades & Megapolitanos prorſus ſilet Pauſanias.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. δεῖγμα ποιούμενος, id eſt, τεκμαιρόμενος, *ex ea re indicium ſibi fecit, indicium ſumſit.* Vni codici Bav. debetur hæc lectio. In Vat. Flor. Aug. Reg. A. eſt δει διότι ταχέως (ſic) interjecto vacuo ſpatio, quod in Aug. quidem & Reg. A. ab alia manu expletum eſt ita, ut dant editi ex Bav. Ceterum *de tranſitu Arati ad partes Macedonum* confer Plutarchum in Arato p. 1045. (cap. 38.) ubi, poſtquam reprehendit illum Arati ad Macedones tranſitum, hunc ipſum Polybii locum reſpiciens adjicit: ὁ Πολύβιος δὲ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ, φησὶ, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης, ὑφορώμενον τὸ θράσος τὸ τοῦ Κλεομένους, κρύφα τῷ Ἀντιγόνῳ διαλέγεσθαι, καὶ τοὺς Μεγαλοπολίτας προκαθιέναι δεομένους Ἀχαιῶν ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ἀντίγονον. Quod vero a Ptolemæi amicitia recedens Aratus (conf. II. 47, 2.) ad Macedonum partes tranſiit, id fieri fere non potuiſſe contendit Baumgarten (ad Hiſtoriam Vniverſ. ex Angl. in germanicum ſermonem tranſlatam, Tom. VI. not. 10. & T. V. not. 555.) niſi Ptolemæus, ſpretis Achæis, Cleomenem fovere cœpiſſet. Sed hac quidem excuſatione Polybius, ſatis ceteroquin Arato favens, non auſus eſt uti; qui, poſthac demum Ptolemæum cœpiſſe ſuis opibus adjuvare Cleomenem, ſcribit cap. 51, 2. Ac videtur unam cauſam, cur ad Macedonum partes Aratus tranſierit, ſignificare Polybius hanc, quod non ſatis præſidii ineſſe judicaverit in Ptolemæi amicitia, ad reſiſtendum Lacedæmoniorum & Aetolorum adverſus Achæos conatibus. Ceterum in hujus *Belli Cleomenici hiſtoria* multum a Polybii narratione ſubinde diſcedit Plutarchus; ita tamen, ut, quæ in Arati vita narrat, multis etiam in rebus pugnent cum eis, quæ in vita Cleomenis ipſe poſuit, & paulo propius ad Polybii narrationem

ſionem accedant. conf. Baumgarten ad Hiſt. Vniv. Tom. V. not. 551 ſqq.

Verſ. 4 & 6. Κερκιδᾷ & Κερκιδᾶν. Sic ſcripti & impreſſi: unus Caſaubonus ſua auctoritate Κερκίδᾳ & Κερκίδαν edidit, quem deſeruerunt in hoc quidem poſteriores editores. — *Verſ.* 4 *& ſeq.* Verba οἵτινες ἦσαν & ſeqq. uſque παρέστησε τοῖς Μεγαλοπολίταις per errorem omiſſa ſunt in Aug. & Reg. A. Verſ. 4 ſqq.

Verſ. 6. Μεγαλοπολῖται. Sic, cum accentu circumflexo, dederunt Aug. & Reg. A. Vulgo Μεγαλοπολίται. — *Ibid.* αὐτοὺς τοὺς περί. τοὺς abeſt ab edit. 2. operarum culpa. — *Ibid.* ΝικοΦάνην. ΝικοΦάνη Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ſic deinde, ut Κλεομένη & alia hujuſmodi. Verſ. 6.

Verſ. 8. τὰς ἐντολὰς τὰς Ἀράτου. τὰς ἐντολὰς τοῦ Ἀράτου ſolus Aug. Verſ. 8.

CAPVT XLIX. Cap. XLIX.

Verſ. 1. αὗται tenui ex ed. Erneſti, qui id receperat monente Reiſkio. Sic αὕτη δ' ἦν I. 32, 9. VIII. 18, 7. Scaliger ſuſpicatus erat οἷοι δ' ἦσαν. — *Ibid.* ὑποδεικνύναι. Vulgo omnes h. l. ὑποδεικνῦναι cum accentu circumflexo, & ſic rurſus cap. 50, 1. & conſtanter fere aliàs. Verſ. 1.

Verſ. 2. οὐδὲ μενοῦσιν. οὐδ' ἐμμένωσιν voluit Vrſin. Placeret utique ἐμμενοῦσι, niſi cum dativo potius, quam cum præpoſ. ἐπὶ, conſtrui ſoleret illud verbum. Vehementiori remedio opus eſſe putavit Reiſkius: κρατήσαντες, τούτων οὐκ εὐδοκήσωσιν οὐδενὶ, οὐδὲ μείνωσι. Sed, ut taceam, nimis hæc recedere abſque neceſſitate a librorum ſcriptura, gravius etiam vulnus ſic infligitur verbis, nam partic. ὡς h. l. verbum in indicativo modo poſitum requirit. Verſ. 2.

Ibid. ἔτι τοῦ πρόσθεν ῥᾷον εἶναι. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἔτι τοῦτο πρόσθεν ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Vtramque ſcripturam junxit Caſaubonus, ἔτι τοῦτο τοῦ πρόσθεν. Sed præceſſit jam τοῦτο, & incommode repetitur. — *Ibid.* τῷ νοῦν ἔχοντι. Sic libri omnes. τὸ νοῦν

ἔχοντι ed. 2. operarum errore; ne putes, τὸν νοῦν dare aliquem codicem.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Φιλοτιμίαν recte edd. ex Bav. Φιλοξενίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τὸν προειρημένον. In Bav. pro alia lectione ſuperſcribitur τῶν προειρημένων, quod nihili eſſe adparet. — *Ibid.* ἡγεμονίας. ἡγεμονείας Bav. Aug. & ſic rurſus iidem verſ. ſeq.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸ μέγιστον ἔθνος. Sic Bav. Flor. & Vrſin. τὸ caret ed. 1. operarum errore, & hinc Reg. B. C. Mendoſe τὸ μέγιστον τὸ ἔθνος Vat. Reg. A. Aug. Inde μέγιστον τὸ ἔθνος, deleto priori articulo, ed. 2 & ſeqq.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐντρεπόμενοι. εὐτρεπ. ed. 1. ex perperam accepto ſcripturæ nexu. ἐκτρεπόμενοι ſuſpicatus eſt Vrſinus, temere. — *Ibid.* βοηθησόντων. βοηθησάντων Flor.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. αὐτὸν εὑρ. αὐτῶν εὑρ. male.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Verba ὁμοίως & ſeqq. uſque ὑποδείξειν abſunt ab Aug. & Reg. A. In Aug. a recentiori manu margini ſunt adſcripta, ſicut alia multa, quæ paſſim omiſſa in contextu erant.

Cap. L.

CAPVT L.

Verſ. 1 ſqq. *Verſ.* 1. πραγματικῶς. πρακτικῶς unus Flor. ſed altera lectio in marg. — *Verſ.* 3. εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ προθυμίαν. εὔν. καὶ προθ. αὐτοῦ ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Verſ.* 5. τὴν τοῦ βασιλέως αἵρεσιν. τήν τε τοῦ βασ. αἱρ. edd. invitis msstis. — *Ibid.* ἣν ἔχει. ἣν ἔχοι Aug. Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. πρὸς λόγον. Imperite ad oram ed. 2. ſcribitur παρὰ λόγον, quod ne habet quidem ullus codex mstus. — *Ibid.* τὸ τοὺς Μεγαλοπ. Perperam abeſt τὸ ab edd. & Reg. B. C. errore ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* προθύμους. προθύμως ed. 1. 2. & Reg. B. invitis vett. codd.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. μάλιστα μὲν γάρ. μὲν caret ed. 1. & Reg. B. C. errore operarum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἀλλοιότερόν τι. — „ἀλλ' ὕστερον poſſet accipi pro ἄλλο ὕστερον; ſed id ſi voluiſſet Polybius, dixiſſet ἄλλο τι ὕστερον, non ἄλλο ὕστερόν τι. Forte legendum ἀλλοιό-

ἀλλοιότερόν τι. Sæpe υ & οι in msstis [ob ſoni ſimilitudinem] permutantur, & poteſt ille error huic mendo locum dediſſe, & ο facile in σ [O in C] potuit tranſire. Thucyd. IV. 106. οἱ δὲ πολλοὶ, ἀκούσαντες, ἀλλοιότεροι ἐγίγνοντο τὰς γνώμας. Comparativus in hoc vocab. ſignificat diverſitatem ab eo, quod ſit aut quæſitum, aut ſperatum, aut rei conveniens. Vide pag. 258, 38. [III. 32, 5.] & 1071, 15." [XVIII. 33, 4.] REISKIUS. — Abſque hæſitatione in contextum adoptanda viſa eſt viri perſpicacis conjectura. Pariter, ut hoc loco, in pejorem partem accipitur hoc vocabulum XVIII. 33, 4. & X. 30, 6. Prorſus vero geminus noſtri locus eſt apud Herodot. V. 40. ἵνα μή τι ἀλλοῖον περί σευ οἱ Σπαρτιῆται βουλεύσωνται. Ceterum quod in ora ed. 2. pro vulgato ἀλλ' ὕστερόν τι notatur καὶ ὕστερόν τι, id e nullo cod. msto ductum eſt. In Flor. autem eſt ὕστερόν τι, abſque ἀλλ'. Verſ. 8.

Verſ. 9. δόξαντος, ſcil. τοῦ βασιλέως. Perperam δόξαντας Vat. & δόξαντες ed. 2. invitis msstis. — *Ibid.* Μακεδόνων οἰκίαν. Μακεδονίαν Aug. & caret οἰκίαν. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἐπιδεικνύναι. Vulgo omnes ἐπιδεικνῦναι cum circumfl. Conf. ad c. 49, 1. — *Ibid.* ἐπισπάσασθαι. Male ἐπισπάσεσθαι ed. 2. operarum errore, propagato in ſeqq. editiones. Verſ. 10.

Verſ. 11. προσελθὼν, *progrediens in medium.* Nil variant libri. Conf. ad I. 69, 10. & II. 2, 10. — *Ibid.* τῶν πολλῶν. τῶν παλαιῶν Aug. Reg. A. — *Ibid.* παρεκάλει διὰ πλ. παρεκάλει δὲ διὰ πλ. ed. 2 ſeqq. perperam & contra codicum fidem. — *Ibid.* Verbo πειρᾶσθαι carent Aug. Reg. A. — *Ibid.* συμφορώτερον. Sic corrigere juſſerunt Scaliger & Erneſtus. conf. III. 8, 9. & V. 49, 6. Verſ. 11.

Verſ. 12. ἐὰν δ' ἄρα Vat. Aug. Reg. A. Neſcio an & Flor. ex quo tamen nihil adnotavit Gronov. Oportuit autem ἐὰν ob ſequens ἀντιβαίνῃ. εἰ δ' ἄρα edd. & Reg. B. C. ex Bav. — *Ibid.* ἀντιβαίνῃ revocavi ex msstis, qui in hoc conſentiunt omnes: nam licet in Bav. itemque in Reg. A. decurtatum videri poſſit verbum, (eſt enim ἀντιβαί. Verſ. 12.

Verſ. 12. βαί, & ſuperſcripta in fine litera ν, omiſſa ultima vocali;) factum id eſt per uſitatum ſcripturæ compendium, quod nil aliud niſi ἀντιβαίνῃ ſignificare poteſt. conf. ad cap. 38, 3. ἀντιβαίῃ ed. 1. & Reg. B. C. commode quidem ad εἰ δ' ἄρα, quod ibi præceſſit; ſed invitis vett. codicibus ἀντιβαίνει, quod habet ed. 2. in ora, & per ſe nihili eſt hoc loco, nec a codice ullo agnoſcitur.

Cap. LI.

CAPVT. LI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐπὶ τῶν ὑποκειμ. Male ὑπὸ τῶν ὑποκ. Vat. Aug. Reg. A.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Πτολεμαῖος μὲν ἀπογνούς. Sic Caſaub. ex Reg. B. C. edidit, commodiore utique ſerie verborum, quam Πτολεμ. ἀπογνοὺς μὲν, quod eſt in ed. 1. 2. & vett. codd. Poteſt autem ἀπογνοὺς τὸ ἔθνος verti *ſpretis, abjectis, omiſſis Achæis;* ſed haud incommode h. l. Caſaubonus videtur interpretatus, *deſperans retinere ſe poſſe in amicitia ſua gentem Achæorum.* De re confer Adnotat. ad cap. 48, 3.

Ibid. ἐπεβάλετο Caſaubonus ſua auctoritate edidit. ἐπεβάλλετο ed. 1. 2. conſentientibus codicibus; niſi forte unus Flor. (e quo diſcrepantia nulla ad h. l. enotata eſt) ſimplicem λ pro duplici habet, ut ſæpe aliâs. Ac teneri ἐπεβάλλετο debuit: certe non ita intelligendus aoriſtus fuerit, tamquam jam pridem hoc conſilium cepiſſet Ptolemæus; id enim ſi dicere voluiſſet Polybius, non nunc demum, ſed ſupra, cap. 47 vel 48. erat commemoraturus, ad excuſandum Aratum, quod a Ptolemæi partibus ad Macedones tranſierit.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Verbum ἠλαττώθησαν deeſt Auguſtano. — *Ibid.* περὶ τὸ Λύκαιον, intell. ὄρος, *ad Lycæum montem.* Mendoſe Λύβαιον Reg. A. ſed Λύκαιον in ora. Λιλύβαιον Aug. Vide Plutarch. in Cleom. p. 806 ſq. (cap. 5.) De Lycæo hoc, Arcadiæ monte, fuſe egit Pauſanias VIII. 38. Conf. eumdem IV. 20. p. 327. — *Ibid.* ἐκ παρατάξεως ἡττηθ. Sic ed. 1. Bav. Vat. Flor. Reg. A. B. C. ἡττηθ. ἐκ παραταξ. ed. 2 & ſeqq. ex Aug.

Ibid.

Ibid. ἐν τοῖς Λαδοκείοις καλουμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος. Λαοδικίοις h. l. edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Λαοδοκίοις Vat. Flor. Sed cap. 55, 2. ubi τῇ περὶ Λαοδίκια μάχῃ cum Reg. B. C. edidit Casaubonus, Λαδοκείᾳ dat Vat. Λαδοκείους Flor. Λαοδικείᾳ Aug. Λαοδίκεια Reg. A. Λαοδικίῳ Bav. Hinc ibi Λαοδικίῳ ed. 1. Λαοδικίᾳ ed. 2. Laodiceam prope Megalopolin, aut omnino in Peloponneso, nemo novit; pervulgatus autem error librariorum est, ut celebriora nomina substituant sæpenumero in locum obscuriorum. Confer quæ notavimus ad Κερύνειαν, cap. 41, 8. Ad verum proxime accedere scripturam codicum Vat. & Flor. ex Pausania discimus, apud quem lib. VIII. c. 44. sic vulgo legimus: Ἔστιν ἐκ Μεγάλης πόλεως ἐς Παλλάντιον ὁδὸς καὶ ἐς Τέγεαν. Κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν Λαδοκέα (Λαδόκεια scribe, vel Λαδοκεῖα) σφίσιν ὠνόμασται τὰ πρὸ τοῦ ἄστεος ἀπὸ Λαδόκου τοῦ Ἐχέμου. Id est: *A Megalopoli via ducit Pallantiam & Tegeam. In ea via ante urbem locus est, quem Ladocea adpellant a Ladoco, Echemi filio.* Prorsus corruperunt hoc nomen Plutarchi librarii, ut vix vestigium veri agnoscas, in Cleomene p. 807. (cap. 6.) ubi τῆς Μεγαλοπολίτιδος χωρίον Λεῦκτρα vulgo scribitur, pro Λαδόκεια. Vers. 3.

Ibid. ὅτε καὶ Λυδιάδας ἔπεσε. De nomine vide Adnot. ad II. 44, 5. De re confer Plutarch. l. c. — *Ibid.* ἐν τῇ Δυμαίᾳ περὶ τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον. Conf. Plutarch. Cleom. p. 811. (cap. 14.) & Pausaniam II. 9. p. 131. & VII. 7. p. 539. qui tamen Hecatombæi nomen non habet, & tantum περὶ Δύμην pugnatam illam pugnam ait.

Vers. 4. τὰ περιεστῶτα. τὰ προεστῶτα ed. 4 & 5. operarum errore. — *Vers.* 5. πρὸς Ἀντίγονον. πρὸς τὸν Ἀντιγ. ed. 1, 2. Reg. B. C. invitis vett. codd. Vers. 4. 5.

CAPUT LII. Cap. LII.

Vers. 1. καταπληξάμενος τοῖς προειρημένοις ἀτυχήμασι, *terrore sui incusso prædictis rebus feliciter gestis.* Rarior quidem usus hic videri potest verbi καταπλήττεσθαι absque Vers. 1.

accusa-

Verſ. 1. accuſativo caſu; nec tamen probabilis eſt Reiſkii conjectura, τοὺς προειρημένους, ſcil. *Achæos.* Sic enim nimis nude ſtaret vocab. ἀτυχήμασι. — *Ibid.* ἐπεπορεύετο recte edidit Caſaub. ex Reg. B. C. cui ſuffragantur Vat. & Flor. ἐπορεύετο ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. C. Vide ad I. 30, 4. — *Ibid.* φόβον ἀνατεινόμενος. Non opus eſt, ut cum Reiſkio corrigamus ἐπανατειν. Vide XXXII. 21, 13.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Φενεόν. Φένεον Vat. — *Ibid.* Φλιοῦντα. Φλοῦντα Vat. Φλοιοῦντα Flor. — *Ibid.* Τροιζῆνα. Τροίζηνα Vat. Τρυζῆνα Aug. Reg. A. — *Ibid.* προσεστρατοπ. recte Caſaub. cum Reg. B. C. & Scalig. Mendoſe προεστρατ. ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Vulgo, inciſa poſt Ἀχαιῶν oratione, cum Bav. ſcribunt τότε τὸν τόπον δούς. male. τὸν τόπον τοῦτον pendet a προτείνας, cujus interpretamentum eſt δούς. Suidas: προτείνειν· δωρεῖσθαι. Heſych. προτείνεται· (forſ. προτείνει·) δίδωσι.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀπὸ τοῦ Σικυῶνος. Sic recte edd. & mssti noſtri. Temere ἀπὸ τῆς Σικ. Vrſin. — *Ibid.* Ὀνείων. Ὄνεια ὄρη, *Onei montes* (quaſi dicas *Aſinini*) a Corintho verſus Bœotiam excurrentes. Strabo VIII. p. 380. Conf. Plutarch. Cleom. p. 813. cap. 20. & quæ ibi monuerunt interpretes.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τότε δέ. Facile poſt τότε excidere potuit particula δὲ; quam niſi adoptaveris, legendum paulo ante ex Gronovii conjectura erit ὢν ἐν παρασκευῇ, pro ἦν. Sed præferenda partic. δὲ cum Reiſkio. — *Ibid.* καραδοκιῶν. Mendoſe & invitis msstis παραδοκῶν ed. 2.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἕως εἰς Θετταλίαν. ὂν εἰς Θετταλίαν ed. 1. Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. & codex Vrſini. ὡς εἰς Θετταλ. ſolus Reg. C. ὃς Θετταλ. ed. 2. omiſſo εἰς operarum errore. Verba ἔτ' ὢν ignorant vett. codices omnes, præter Bav. in quo multa contra aliorum probatorum codicem fidem paſſim inſerta ſunt. Verba iſta tenens Caſaubonus, deleto pronomine ὅς, ſcripſit εἰς Θετταλίαν ἔτ' ὤν, διαπρεσβευσάμενος &c. quæ interpretatus eſt, *miſſo, dum*

adhuc

adhuc in Thessalia esset, ad Aratum. Reiskius prorsus Vers. 7.
probavit scripturam edit. 1. & cod. Bav. ita quidem, ut ab ὃς εἰς Θετ]. ἔτ' ὢν nova incipiatur sententia: *Qui* (Antigonus, puta) *cum, quo tempore adhuc in Thessalia erat, legatos misisset.* Monetque, εἰς Θετ]αλίαν idem esse, ac ἐν Θετ]αλίᾳ, cujus quidem usus nullum apud Polybium exemplum reperire me memini. Sed placeant ista, cui placere possunt. Mihi persuasum est, temere in cod. Bav. intrusa esse verba ἔτ' ὢν: quibus, ut par est, rejectis, carere facile possumus pronomine ὃς, quod ante εἰς Θετ]αλ. ponunt veteres libri omnes; & prorsus abjici illud posset, nisi probabilius utique videri deberet, esse ex alia voce, nempe ex ὡς vel ex ἕως, corruptum.

Ibid. ὡμολογημένων. Mendose ὁμολογημένων Reg. A. Dein ὁμολογουμένων Aug. — *Ibid.* διὰ τῆς Εὐβοίας. Corrupte εὐσεβίας Vat. Flor. Aug. Reg. A. Quæsivit Gronovius in Notis msstis: „Cur non per *Bœotiam*, quæ fœderata erat?" (II. 65, 4.) Responderi facile potest. Primo per Eubœam, dein ex Eubœa utique per Bœotiam ad Isthmum transiit. conf. IV. 67, 7.

Vers. 8. κωλῦσαι. κωλύσαι Aug. Reg. A. κωλῆσαι ed. 1. Vers. 8.
operarum errore.

CAPUT LIII. Cap. LIII.

Vers. 1. ἀφίσταντο. ἐφίσταντο ed. 2. err. oper. — Vers. 1.
Ibid. ἐγκατέλιπον. ἐγκατέλειπον unus Reg. C.

Vers. 2. Ἀριστοτέλην. Ἀριστοτέλη Vat. Flor. Aug. Vers. 2.
Reg. A. sicut in aliis hujusmodi. — *Ibid.* μετὰ Τιμοξένους τοῦ στρατηγοῦ. Casaubonus: *duce Timoxeno.* Imo, *cum Timoxeno prætore:* id enim indicatur adjecto articulo τοῦ στρατ. & prætorem per id tempus fuisse Timoxenum, docet Plutarch. in Arato.

Vers. 3. τῆς τῶν πραγμ. κατορθ. Vtroque articulo, Vers. 3.
τῆς & τῶν, perperam carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Vers.* 5. τὰ προδεδηλωμ. προσδεδηλ. ed. 2. invitis msstis. — *Ibid.* δείσας μή. δείσας τῇ ed. 1. operar. err.

Vers.

Verf. 6. *Verf.* 6. παραπεσών. παρεπεσών ed. 1. quod ex παρεμπεσὼν corruptum fufpicatus eft Reifkius; fed unice debetur operarum culpæ. παραπίπτειν εἰς πόλιν idem fonat, quod παρεισπίπτειν, quo ufus eft verf. 2. Irruperat autem in ipfam urbem Cleomenes, & partem urbis jam tenebat, cum, ad Antigoni adventum cum exercitu, confultius duxit fe recipere, ut docet Plutarch. in Cleom. p. 814. (cap. 21.)

Cap. LIV.

CAPVT LIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. οὐδένα δὲ χρόνον. οὐδένα τὸν χρόνον ed. 1. operar. err. — *Ibid.* εἰς Ἄργος correxit Cafaub. cum Perotto, Vrfino & Reg. B. C. Notatum etiam erat in ora ed. 2. Sed contextus ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus mendofe εἰς ἔργον habet. Simili quadam ratione V. 16, 6. ἐν Ἀργεῖ in ἐναργῇ erat detortum.

Verf. 3. *Verf.* 3. τοὺς Φρουρούς. Nufquam alias apud Polybium nomen hoc me legere memini: ac verior videtur fcriptura codd. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quibus adfentitur codex Vrfini.

Ibid. τὴν Αἰγῦτιν correxi, præeunte Meurfio in Mifcellan. Laconicis lib. IV. cap. 1. Αἰγίτιν ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Αἰγύτιν Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus. Stephanus Byzant. Αἴγυς· πόλις Λακωνική. οἱ πολῖται, Αἰγῦται. Conf. Paufan. III. 2. p. 208.

Ibid. Βελμινᾶτιν. Βελμινάτιν edd. & mssti. Vtrumque fortaffe in ufu fuit, Βέλμινα & Βέλβινα. Certe μ in fecunda fyllaba, præter Polybianos codices, habent etiam conftanter codices Paufaniæ & Ptolemæi; conf. Sylburg. ad Paufan. p. 263. edit. Kuhnii. Sed Stephanus Byz. ex eodem Paufania Βέλβινα citat; quemadmodum & apud Plutarchum, & apud Hefychium, & apud Livium fcribitur. Confer Meurfii Mifcell. Lacon. IV. 4. & Interpretes Livii ad XXXVIII. 34, 8. Ceterum fieri etiam poteft, ut Belbinæ infulæ nomen per errorem in illud Laconiæ oppidum fuerit tranflatum. De literarum β & μ permutatione

cum

cum aliàs dixi, tum ad I. 75, 5. In agro Belbinate vel Belminate fuit Athenæum illud, cujus meminit Polyb. II. 46, 5.

Verf. 4. ἀπολογισάμενος correxit Casaub. ἀπολογησαμ. ed. 1. 2. cum scriptis omnibus. Conf. Adnot. ad II. 12, 4. Verf. 4.

Verf. 5. παραχειμάζων adscivi ex Vat. Flor. & Vrsini codice. Mendose χειμάζων edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. τινὰ, quod præcedit, non esse in suo vetere codice, ait Vrsinus; sed est in Vat. & Flor. sicut in aliis. — *Verf.* 6. περιστρατοπεδ. Conf. verf. 11. — *Ibid.* ἐνταῦθα cum Bav. caret ed. 1. sed habet editio 2 & seqq. cum ceteris codd. & Reg. B. C. Verf. 5. 6.

Verf. 7. τῶν δὲ Μακεδ. τῶν γὰρ Μακ. Aug. male. — *Ibid.* παρέδοσαν αὐτούς. Tenui hoc ex edit. Ernesti. Superiores editiones αὐτοὺς dabant, cum leni spiritu, non male: sic & Reg. A. & Aug. a pr. manu. Sed Bav. h. l. αὑτούς. Perinde est. Conf. ad I. 18, 3. Verf. 7.

Verf. 10. προσπεσόντος. προσπεσόντας Aug. — *Ibid.* τοὺς ἐξ Ὀρχομενοῦ. τοὺς ἐξερχομένους Vat. Flor. Verf. 10.

Verf. 12. Τελφούσης h. l. scripsi, quemadmodum aliàs constanter dant codd. nostri omnes, per Τ, & per σ simplex, ut IV. 60, 3. 73, 3. 77, 5. quamquam alii auctores duplicata sigma utuntur, & apud Pausaniam etiam cum litere Θ (Θέλπουσα) scriptum reperitur hoc nomen. Conf. Steph. Byz. & Cellar. Orb. Antiq. II. 13. Verf. 12.

Verf. 13. ἐθελοντί. ἐθελοντὴν Vat. pro more. Sic rursus cap. 57, 1. — *Ibid.* προσχωρησάντων αὐτῷ. αὐτῶν ed. 1. perperam accepto scripturæ compendio, quod erat in cod. Bav. Verf. 13.

Ibid. ἤδη συνάπτοντος τοῦ χειμῶνος, *adpetente jam hyeme.* — „Ergo duravit Bellum Cleomenicum in annum tertium. Nam prima æstate Antigonus Corinthum & Argos recepit, & præsidia Spartana ex Arcadia ejecit, & conventui Achæorum ad Aegium interfuit, quo imperator totius fœderis est nuncupatus. Illa æstate Timoxenus fuit prætor Achæorum: vide p. 193, 7. [cap. 53, 2.] Inde

primam

Verſ. 13. primam hyemen egit circa Sicyonem & Corinthum. [cap. 54, 5.] Secunda æſtate, qua prætor Achæorum erat ipſe rex Antigonus, [cap. 54, 4.] cepit Tegeam, Orchomenum, Mantineam, Heræam, Telphuſſam: quibus rebus geſtis, appropinquante hyeme, [ut hoc ipſo loco, in quo verſamur, ait Polybius] copias Macedonicas domum dimiſit. Tertio vere [cap. 64, 1. & 65, 1.] eduxit Antigonus copias ex hybernis adverſus Cleomenem, & cum eo apud Olympum in agro Laconico conflixit prælio, quo ejectus Cleomenes e Græcia aufugit in Aegyptum. Male itaque bellum hoc Cleomenicum in unum A. V. C. 531. confertur a Caſaubono in Synopſi Chronologica." REISKIVS. — Conf. Adnot. ad II. 46, 7.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. συνδιενοεῖτο. διενοεῖτο unus Aug.

Cap. LV.

CAPVT LV.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. Λαδόκεια. Vide Adnot. ad cap. 51, 3. — *Verſ.* 3. Μεσσήνης. Μεσήνης ed. 1. 2. cum Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῆς δ' ἡμέρας ἐπιγενομένης. Sic ante Reiſkium Voſſius jam in ora ſui libri correxerat: & ſic Perottus videri poteſt in ſuo cod. inveniſſe; vertit enim, *facta vero luce:* ſed & ex facili conjectura pariter videre potuit verum. Nihil apud Polybium frequentius hac phraſi, ἡμέρας vel νυκτὸς ἐπιγενομένης.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. κατὰ τὸν Κωλαιόν. Lib. IX. 18, 2. ubi de eadem re agitur, unus codex Φωλαιὸν habet, ceteri Φωλεὸν, quod verum videtur, & ibi Caſaubonus *ad Speluncam* interpretatus eſt.

Verſ. 6. 7. *Verſ.* 6. προκαταλαμβάνεσθαι. προκαταλαβέσθαι unus Reg. C. — *Verſ.* 7. ἐλπίσαι. ἐλπίσας ed. Caſaub. errore operarum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. παρὰ μόνοις Μεγαλοπολίταις. Adoptavi certiſſimam Reiſkii conjecturam. Mire παρὰ λιονεῖς Μεγ. ed. 1. 2. Bav. Reg. C. παρὰ λιονοῖς Aug. Reg. A. παρὰ λιόνοις Vat. Flor. Caſaubonus ex Reg. B. παρὰ τοῖς Μεγαλ. edidit. Reiſkius, cognitis (ex ed. 1. & ex Bœcleri excerptis ex

ex cod. Auguſtano) veſtigiis veteris ſcripturæ, pro ſua ſagacitate veram Polybii ſcripturam facile perſpexit. Minus feliciter Scaliger, primum παρ' ὅλοις conjecerat, deinde παρὰ τοῖς. — *Ibid.* Στυμφαλίοις. Στυμφαλίαις ed. 2. quod ex Στυμφαλίταις corruptum putavit Scaliger; ſed unice debetur errori operarum. Verſ. 8.

Verſ. 9. τὸ μὲν γάρ. Caret γὰρ Aug. — *Ibid.* Poſt ὑποβολιμαῖον excidiſſe verbum εἶναι, ſuſpicatus eſt Reiſk. — *Ibid.* ἐπηλύδων. Male ἐπηλίδων ed. 1. 2. 3. & Reg. B. cum Bav. Verſ. 9.

CAPVT LVI. Cap. LVI.

Verſ. 1. Φύλαρχος. Sic recte edidit Caſaub. & eodem modo cum h. l. tum deinde conſtanter & Vrſini liber, & noſtri veteres codices omnes, excepto Bav. qui in textu quidem & h. l. & deinde plerumque pariter Φύλαρχος habet, ſed ſuperſcripta ſuper υ vocali jota; unde Φίλαρχος conſtanter ed. 1. Reg. B. C. quod etiam ſemel aut bis Bav. in contextu habet. Sed Φύλαρχος, per υ, cum apud alios ſcriptores conſtanter ſcribitur, tum apud Plutarchum & Suidam. Plutarchi notandum eſt de Phylarcho judicium, cum Polybio conſentiens, in Arato p. 1045. (cap. 38 extr.) ὁμοίως δὲ, ait, καὶ Φύλαρχος ἱστόρηκε περὶ τούτων· (de cauſa & origine Belli Cleomenici:) ᾧ, μὴ τοῦ Πολυβίου μαρτυροῦντος, οὐ πάνυ τι πιστεύειν ἄξιον ἦν. ἐνθουσιᾷ γὰρ, ὅταν ἅψηται τοῦ Κλεομένους, ὑπ' εὐνοίας, καὶ καθάπερ ἐν δίκῃ, τῇ ἱστορίᾳ, τῷ μὲν ἀντιδικῶν διατελεῖ, τῷ δὲ συναγορεύων. Id eſt: *Pari modo de his ſcribit Phylarchus: cui, niſi teſtis accederet Polybius, non ſane fides foret adhibenda. Nam ubi Cleomenem adtingit, præ ſtudio, quo in illum fertur, motu quodam adficitur fanatico; & veluti in judicio, ſic in hiſtoria, huic perpetuo patrocinatur, illum* (Aratum) *oppugnat.* Apud Suidam monere oblitus eſt Küſterus, mendoſe ſcribi Κλεωνύμου τοῦ Λακεδαιμονίου, pro Κλεομένους. Ceterum de hoc Phylarcho copioſe & diligenter egit Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis, cap. 17. Verſ. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. χρήσιμον ἂν εἴη. Sic Flor. Aug. Reg. A. C. χρήσιμον δ' ἂν εἴη ed. 1. & Reg. B. ex Bav. quod fortaſſe ab ipſius Polybii manu eſt. Vide Adnot. ad II. 37, 3. & quæ ibi citantur loca. Quid det h. l. Vat. haud ſatis ſcio; nam, cum collatus fuerit cum ed. 2. (in qua temere, omiſſa particula ἂν, eſt χρήσιμον δ' εἴη) nullam diſcrepantiam notatam video in Spalletti noſtri ſchedis. Caſaubonus, ſcripturam ed. 2. ob oculos habens, cum Scaligero delevit δὲ, & χρήσιμον εἴη edidit.

Ibid. προῃρημένοις. Temere προειρημ. ed. 2. — *Ibid.* μὴ παραλιπεῖν. Neſcio quid ſpectarit Vrſinus, cum ex ingenio καὶ μὴ παραλιπεῖν ſcribere juſſit. — *Ibid.* τοῖς γράμμασιν. τοῖς συγγράμμασιν Flor.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ὑφ' ἡμῶν. ὑφ' ὑμῶν ed. 1. 2. 3. & Reg. B. C. errore operar. ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* διευκρινεῖν. διακρινεῖν ed. 1. perperam accepto ſcripturæ compendio, quod erat in Bav. In uno Aug. tamen perſpicue ſic ſcribitur, διακρινεῖν, quo minus mirum eſt, tenuiſſe hoc editorem Baſileenſem. Nec ab ed. 1. diſceſſerunt Reg. B. C. Sed verum, quod eſt in Bav. Flor. & Reg. A. Polybio reſtituit Caſaubonus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὠμότητα τὴν 'Αντιγόνου. Caret τὴν Aug. — *Ibid.* τηλικαύταις. τηλικαύτας ed. Caſaub. errore operarum.

Ibid. εἰς ἔκστασιν, *in ſtuporem.* Male me feciſſe intelligo, quod Polybio non reſtitui unice veram ſcripturam ἐπίστασιν, quam offerebat codex Vat. cum ſuis ſociis, cujus vim in verſione latina expreſſit (nec tamen exhauſit) Caſaubonus, *ut Græcos omnes ea res adverteret:* poterat dicere, *Græcis omnibus cogitationem & curam injiceret.* Sic X. 40, 4. εἰς ἐπίστασιν ἤγαγε τὸν Πόπλιον τὸ γιγνόμενον, *advertit ea res animum Scipionis; cogitationem & curam ei injecit:* & XXXVI. 2, 9. εἰς μεγάλην ἐπίστασιν ἦγε καὶ ἀμηχανίαν. Iſtam vim vocabuli non intelligens is, cujus ex ingenio multa paſſim in codicem Bav. irrepſerunt, ἔκστασιν h. l. poſuit pro ἐπίστασιν, eadem temeritate,

qua

quâ II. 2, 2. ἐπιστασίας scripsit pro ἐπιστάσεως, & II. 40, 5. ἐπιστασίαν pro ἐπίστασιν.

Vers. 7. κόμας διεῤῥιμμένας Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrs. διερεγμένας (sic) ed. 1. 2. & Reg. B. ex Bav. Hinc διεῤῥηγμένας Casaub. & seqq. edd. cum Reg. C. — *Ibid.* ἀνακμὶξ ἅμα. Perperam deest ἅμα Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 7.

Vers. 9. ἀγεννές. ἀγενὲς ed. Ernesti, invitis msstis. Vers. 9.

Vers. 10. ἐκπλήττειν. ἐπιπλήττειν dant h. l. edd. & mssti omnes: sed id *increpare* significat, & dativo casui jungitur, nec est omnino hujus loci. ἐκπλήττειν scriptum voluisse Casaubonum, ex ora Basileensi refert Mericus, & ostendit interpretatio, *percellere.* Sic & Vossius in ora sui libri correxit: itemque Reiskius, qui *perterrefacere* vertit, pariter Ernestus, qui commodius verbo magis generali *obstupefacere* exposuit. Versu sq. libri omnes recte in ἐκπλῆξαι consentiunt. Vers. 10.

Ibid. τοὺς ἐνδεχομένους λόγους, *sermones, qui haberi potuerunt:* vel, ut commode Casaubonus interpretatus est, *sermones, quos fuisse habitos sit verisimile.* Nec vero video, cur hoc improbet Ernestus, (in Lexic. Polyb. verbo Ἐνδέχομαι.) & velit *narrationes probabiliter fictas:* hæ sunt enim quas statim deinde dicit τὰ παρεπόμενα τοῖς ὑποκειμένοις; mox vero *fictis sermonibus* & fictis narrationibus opponit vere facta & *vere dicta*, τὰ πραχθέντα καὶ ῥηθέντα κατ' ἀλήθειαν eodem hoc versu, & τὰ ἀληθινὰ ἔργα καὶ ἀληθινοὺς λόγους vers. seq.

Ibid. πάμπαν, ἂν πάνυ μέτρια τυγχάνωσιν ὄντα. — „πάμπαν accipio hic pro πάντως, *utique, tum certe, quum aliquo modo tolerabilia sunt, nec plane indigna relatione.*" REISKIUS. — Sed πάνυ notat *admodum, valde;* non, *aliquo modo:* & τὰ μέτρια utique opponi videntur τοῖς ἐκπληκτικοῖς. Itaque rectius Casaubonus: *omnia, quantumvis parva* [id est, ut nos interpretati sumus, *parum mirabilia*] *illa sint.* Sic vero particula ἂν vel accipienda pro κἂν, vel in κἂν mutanda, quemadmodum vers. 12. dicit

κἂν ᾖ ψεῦδος. Sic vero & Perottus expoſuit: *etiamſi mediocria ſint.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ταυτόν. Scribe ταὐτόν. — *Ibid.* ἐνθάδε δὲ διά. Carent δὲ ed. 1. 2. Nempe Bav. mendoſe ſic dederat ἐνθάδὲ διά.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων. Interpretatus ſum cum Caſaubono, *ut decipiantur ſpectatores.* Monent autem grammatici, uſurpari potiſſimum nomen ἀπάτη de *illecebris & lenociniis, quibus lubens volenſque aliquis falli ſe patitur.* Mœris: Ἀπάτη· ἡ πλάνη παρ᾽ Ἀττικοῖς. ἀπάτη δὲ, ἡ τέρψις παρ᾽ Ἕλλησιν. Ad quæ verba vide quæ congeſſit Pierſonus p. 65 ſq. Cum alia nonnulla eodem facientia, tum verba Ioſephi in Antiq. Iud. VIII. 2, 8. adnotavit ad hunc locum Reikius, ubi ait ille: μηδὲν ἔξω τῆς ἀληθείας λέγομεν, μηδὲ πιθανοῖς τισι καὶ πρὸς ἀπάτην καὶ τέρψιν ἐπαγωγοῖς τὴν ἱστορίαν διαλαμβάνοντες, τὴν μὲν ἐξέτασιν φεύγειν πειρώμεθα, πιστεύεσθαι δ᾽ εὐθὺς ἀξιοῦμεν. Nil itaque opus eſt, ut ἀγωγὴν vel ἀπαγωγὴν, quod eſt *delectatio*, ſcribendum ſuſpicemur cum Merico Caſaubono.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. τρόπον. Cum τρόπιν dediſſet ed. 1. operarum errore, ſervavit hoc editor Baſileenſis, τρόπον in ora ponere contentus.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. ἀποκτιννύναι. ἀποκτεινῦναι ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. Hinc ἀποκτιννῦναι Caſaub. cum Reg. B. Mendoſe ἀποδεικνῦναι Aug. & Reg. A. ſed in hoc ab ead. manu ſuperſcr. κτει. In Bav. quoque prius fortaſſe ſcriptum fuerat ἀποδεικνῦναι, ſed eraſæ ſunt literæ δεικ, & earum loco ſcriptum κτει. — *Ibid.* ἀθῶος. ἀθῶιος (id eſt ἀθῷος) Vat. Mendoſe ἀθῶς ed. 1. quod religioſe ſervans editor Baſil. ἀθῶος in oram relegavit.

Ibid. τιμωρῶν. τιμῶν Vat. Flor. Vrſin. — „τιμωρῶν, *puniens.* Græcitas terſior eo ſenſu τιμωρούμενος uſurpat. [Sic ipſe Polybius I. 88, 5.] Sed haud raro activum quoque, τιμωρεῖν τινα, pro *punire aliquem*, reperitur. Vide interpretes ad Acta Apoſtol. cap. 26, 11." REISK. — *Ibid.* προεδρείας. προεδρίας Aug. Reg. A.

Verſ.

Verſ. 16. ὑπέρ τε τῶν * *. Acute vidit Reiſkius, vulgatam lectionem ὑπὲρ τῶν περιπετειῶν (quam ex Reg. B. adoptavit Caſaubonus) meram eſſe παραδιόρθωσιν; ſed non video, quo pacto placere illi ὑπὲρ τελῶν potuerit, quod ita interpretatus eſt, *finem judicii de eventis poſitum eſſe non in eventis ipſis, ſed in cauſis & deſignationibus rerum.* Equidem *lacunæ ſignum* utique interſerendum putavi, de qua ſupplenda liberum penes lectorem eſto judicium. Vide, an placeat ὑπέρ τε τῶν δικαίως καὶ τῶν ἀδίκως πραχθέντων. Verſ. 16.

Ibid. τῶν πραττόντων ex Reg. B. adoptavit Caſaub. quod ipſum exhibent Vat. Flor & cod. Vrſini. πραγμάτων probans REISKIVS, hoc fundamento nititur: „Recte dicitur (inquit) αἰτία τοῦ πράγματος, inepte αἰτία τοῦ πράττοντος. Sed recte & eleganter poteſt dici ἡ προαίρεσις τοῦ πράγματος, pro *eo fine, qui quæritur iſta re vel illo inſtituto.*" — Me quidem non admodum commovit iſta ratio; ſed fateor, deſideraſſe me poſt ταῖς αἰτίαις repetitum articulum καὶ ταῖς προαιρέσεσι.

CAPVT LVII. Cap. LVII.

Verſ. 1. ἐθελοντήν. ἐθελοντὶ Vat. — *Ibid.* ἐνεχείρισαν αὐτούς. ἐνεχείρησαν Flor. αὑτοὺς edd. & Reg. B. C. non male, ſed invitis msstis, e quibus αὐτοὺς reſtitui. — *Verſ.* 3. γενέσθαι συνέβη. συνέβη γενέσθαι Vat. Flor. — *Verſ.* 4. παρήγγελλε. παρήγγειλε Aug. παρήγγελε Reg. A. B. — *Verſ.* 6. ἀνυπονοήτου. Mendoſe ἀνυπονοήτους ed. 1. 2. ἀνυποστάτου voluit Vrſinus: temere. Verſ. 1 ſqq.

Verſ. 7. πρὸς οὓς μικρῷ πρότερον. Sic recte vett. codd. omnes. πρὸς τοὺς προτ. μικρῷ ed. 1. Reg. B. πρὸς τοὺς μικρ. προτ. ed. 2. πρὸς οὓς προτ. μικρῷ Reg. C. Verſ. 7.

Ibid. βιαίοις πράγμασι περιπεσόντας. Cum in ed. 1 & 2. eſſet πράγμασιν πεσόντας, REISKIVS legendum cenſuit τραύμασιν πεσόντας, & verba illa οὐκ ὀλίγους δ' αὐτῶν βιαίοις &c. ſic interpretatus eſt: „*& quorum* (Achæorum) *non paucos viderant proſtratos* (id eſt, *exanimatos*) *vulneribus, vi & ira adactis* (ſcil. a ſemet, Mantinenſibus.)" —

Verf. 7. At & contorta omnino videri debet hæc interpretatio, nec fententia per fe fatis apta ad contextum; &, verum fi quærimus, verbum πεσόντας, cui emendationem fuam fuperftruxit Reifkius, nonnifi negligentiæ debetur operarum typographicarum, nam in περιπεσόντας confentiunt codices omnes. Neque vero eo minus probanda, atque unice tenenda illa Reifkii conjectura, qua τραύμασι pro πράγμασι repofitum voluit. βιαίοις τραύμασι περιπίπτειν, eft *graviter vulnerari:* vide II. 69, 2. III. 116, 9. αὐτῶν vero non ad *Achæos*, fed ad *Mantinenfes* referendum. Igitur fententia hæc eft: *qui neceffariorum fuorum multos interfectos, & haud paucos ex fuo numero graviter vulneratos viderant.* Monet Thomas Magifter p. 335. verbum ἐπείδω *de miferabili cafu* potiffimum, qui oculis noftris fubjicitur, ufurpari: rectius, puto, dixiffet, præpofitionem ἐπὶ vim aliquam hujufmodi adjicere verbo, *adfpicio, præfens adfpicio, oculis meis video.*

Ibid. εἰσαγόμενοι. εἰσαγαγόμενοι ed. Cafaub. & feqq. ex Reg. B. C. commode quidem: fed, quamquam fequitur ποιησάμενοι in aorifto, nil tamen opus erat difcedere a fcriptura, in quam cum ed. 1. 2. confentiunt veteres libri omnes. — *Ibid.* ὁμεστίους accepi a Vat. & Flor. & fic libro IV. c. 33, 5. dant veteres codd. omnes cum editis. Vulgo h. l. ὁμοεστίους edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C.

Verf. 8. *Verf.* 8. εἴ τινες ἀνθρώπων. Sic recte veteres libri. Temere οἵ τινες ed. 1. 2. Reg. B. C. — *Ibid.* οὐδ' εἴ τινες. οὐδ' οἵ τινες foli Reg. B. C.

Cap. LVIII.

CAPVT LVIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐπιβουλὰς recte dant editi & manufcripti. Si voluiffet ἐπιβολὰς, non fcripfiffet τὰς ὑπ' Αἰτωλῶν, fed τὰς τῶν Αἰτωλῶν.

Verf. 2. *Verf.* 2. Verba ὥρμησαν ἀπολιπόντες & feqq. ufque παραφυλάττοντες omiffa in ed. 1 errore operarum. Habent ea Reg. B. C. ex alio codice. Rurfus *verf.* 3. τὴν ante ὑποκειμ. temere abeft ab ed. 1. 2. & Reg. B. C.

Verf.

Verſ. 4. παρὰ τῶν Ἀχαιῶν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. παρ' Ἀχαιῶν edd. & Reg. B. C. ex Bav. Verſ. 4.

Verſ. 7. οἱ δ'. Imperite in ora ed. 2. ſcribitur οὐδ', quod nullus codex habet. — *Ibid.* παραβάντες. παραβώντες ed. 1. 2. errore operarum, propagato in Reg. B. — *Ibid.* ἀπετέλεσαν recte dederunt Vat. & Flor. Conf. ad I. 54, 1. I. 59, 12. III. 84, 15. IV. 72, 10. Eodem verbo in media forma utitur verſ. 10. μηθὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσάμενος. Verſ. 7.

Verſ. 8. δόξαιεν. δόξουσι ſolus Aug. Verſ. 8.

Verſ. 9. τυχὸν ἴσως. ἴσως in Flor. ad oram, non in contextu eſt: unde ſuſpicari quis poſſit temere in contextum receptum, niſi & aliàs duo iſta jungerentur. (cf. Henr. Stephani Theſaur. in τυχόν.) Ex cod. Vat. nihil ad h. l. notatur, & ceteri codices nil mutant. Verſ. 9.

Verſ. 10. μηθέν. μηδὲν ed. 1 & ſeqq. invitis mstis. Verſ. 10.

Verſ. 11. Φύλαρχος. Φίλαρχος ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. ubi tamen nonniſi intra lineas indicatur hæc ſcriptura. Vide ad cap. 56, 1. — *Ibid.* ἔλεον. Mendoſe ἔλεγον Aug. — *Verſ.* 12. συνεξακολουθήσαντος. συνεξακολουθήσαντες male ed. 1. 2. & Reg. B. cum Bav. — *Ibid.* ψεῦδος εἰσήνεγκα adſcivi ex Vat. Flor. & cod. Peireſc. e quo hoc enotavit Valeſius. — *Verſ.* 13. τῆς ἀγνοίας. ἀνοίας voluit Scaliger. Nil opus. Vide ad II. 7, 12. Verſ. 11 ſqq.

Verſ. 14. πραττόντων Reg. B. C. edidit Caſaub. ſuffragantibus Vat. Flor. & cod. Vrſini. πραττομένων ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ταὐτά. ταῦτα ed. 1. 2. Reg. B. C. invitis vett. codd. Verſ. 14.

CAPVT LIX. Cap. LIX.

Verſ. 1. τὸν Ἀργεῖον caret ed. 1. & Bav. Habent Reg. B. C. cum ceteris. De *Ariſtomacho*, Argiuorum tyranno, conſulendus Plutarchus in Arato, p. 1043. cap. 35. & p. 1048. cap. 44. — *Ibid.* Κεγχρεὰς recte edd. ex Bav. Κεγχρειὰς Vat. Flor. conf. cap. 60, 7. Κεγχρέας Aug. Κεγχρείας Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. — „διὰ τῆς νυκτὸς h. l. eſt non ſimpliciter *de nocte*, ſed *per totam noctem.*" REISK. διὰ νυκτὸς pro δι' ὅλης νυκτὸς dici, ſatis notum: (conf. Steph. Theſ. T. I. p. 978.) an & διὰ τῆς νυκτὸς eodem modo dicatur, dubitari poteſt: certe, ſi h. l. Polybius id dicere voluiſſet, videtur deinde cap. 60, 7. non τὴν νύκτα, ſed μίαν νύκτα fuiſſe ſcripturus. — *Ibid.* Tria verba τοὺς δ' ἀπιστοῦντας deſunt Flor. — *Ibid.* γιγνομένοις Aug. γινομένοις ed. 1. Bav. Reg. A. C. γενομένοις ed. 2 ſqq. Ex Vat. & Flor. nil adnotatum in ſchedis.

Verſ. 3 ſqq. *Verſ.* 3. παρείσθω. παρήσθω ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. — *Verſ.* 4. ἕτερον ἥμαρτε. ἥμαρτε ἕτερον ed. 1. Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* εἰς τὴν πατρίδα. τὴν, quod deeſt ed. 1. 2. 3. & codicibus noſtris omnibus, adjecit Gronov. ex codice Peireſc. — *Verſ.* 6. κατηγορίαν ἢ πικροτέραν. Temere κατηγορίας ἢ πικροτέρας ed. 1. 2. Omitto alia operarum ſphalmata.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τέλος δ' ἐκπεσόντος. Quænam vis poſſit eſſe h. l. particulæ τέως, non video. Pro τελέως mendoſe τέως ſcriptum IV. 56, 9. & II. 15, 10. Hoc loco quin ex τέλος fuerit corruptum, non dubitandum videtur. Ceterum de hoc primo impetu in urbem Argivorum, facto ab Arato, & de facinore iſto Ariſtomachi, quod dicit Polybius, nihil memorat Plutarchus. Quod particula δὲ caret ed. 1. & Reg. B. C. non exemplaris Bavarici, ſed operarum Hagenoënſium culpa commiſſum eſt.

Ibid. τῶν ἔσωθεν αὐτῷ ταξαμένων. τάσσεσθαί τινι vel πρός τινα, i. q. συντάσσεσθαί τινι, *paciſci cum aliquo*, vel *tempus & locum cum aliquo conſtituere.* Sic ταξάμενος ἡμέραν πρὸς τὸν Φίλιππον, XVIII. 19, 1. Et abſolute, ταξάμενοι, *conſtituentes inter ſe*, XVII. 7, 7. Hinc ὁ ταχθεὶς τόπος XVII. 7, 8. & ſæpe aliâs, & ἡ ταχθεῖσα ἡμέρα, & ſimilia.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἀπέσφαξε. κατέσφαξε Vat. Flor. — *Ibid.* Cum ἐναντίων τῶν ἀναγκαίων eſſet in ed. 2. operarum errore, Vrſinus *ex ingenio*, ut ait, ἐναντίον ſcribere juſſit. Qui

Qui si inspicere codicem suum mstum voluisset, ita scriptum inventurus erat. Nam in veram scripturam consentiunt cum ed. 1. codices omnes. Sed id quidem multis locis (& sic statim rursus cap. sq. vers. 1 & 3.) obtinet, ut, quae Vrsinus *ex ingenio* a se correcta jactat, ea communi consensu codices omnes exhibeant. Vers. 9.

CAPVT LX. Cap. LX.

Vers. 1. In versione latina neglectum est vocabulum *ἀθῷος, impunis.* Vers. 1.

Vers. 2. *λαβόντες κατὰ πόλεμον ὑποχείριον, captum jure belli;* nempe quo tempore Argos ceperunt Achaei, de quo vide supra cap. 53. conf. Plutarch. in Arat. p. 1048. (c. 44.) — *Ibid.* *ὅν γε καί.* Deest particula *καὶ* ed. 2. 3. Adjecit Gronov. ex cod. Peiresc. sed agnoscunt eam pariter codices omnes cum ed. 1. Malim tamen *κἂν* pro *καὶ*, inclusa particula potentiali. Vers. 2.

Vers. 4. *ἀπέθετο μέν.* Caret *μὲν* ed. 1. Reg. B. C. cum Bav. quod probans Reiskius, sic distinguere jussit orationem, *τί παθεῖν ἦν ἄξιος ἐκεῖνος; ὡς γὰρ ἀπέθετο τὴν τυραννίδα &c.* cujus periodi apodosin incipere ait ab illis verbis *ὁ δ' ἐπιλαθόμενος* vers. 6. Vers. 5.

Ibid. *περισταλεὶς* restituit Casaub. ex Reg. B. C. & ora ed. 2. quibus adsentiuntur vett. libri omnes, nisi quod in Bav. intra lineas super literis *λε* superscripta est litera *θ*, qua vel *περισταθεὶς* indicatur, vel potius *περισταλθείς*. Hinc igitur *περισταθεὶς* dedit ed. 1. quod & ed. 2. tenuit, in ora exhibens alteram lectionem *περισταλείς*. Inde Reiskius, cum nesciret, unde ducta esset haec scriptura *περισταλεὶς*, quam adoptavit Casaubonus, non improbavit illam quidem, sed tamen *περισταθεὶς*, quod dabat editio prima, defendit, & miro modo exposuit per *reformidatus & reverentur habitus ab Achaeis.* Recte vero Ernestus, (in Lexic. Polyb.) *περισταλεὶς* unice verum judicans, monuit, non *exceptus* vertendum esse cum Casaubono, sed *tectus*, quod bene convenire ait *τῇ ἀσφαλείᾳ*, quam adeptus erat Aristo-

Aristomachus clementia Achæorum. Sane περιστέλλειν est *tegere*, sicut vestis vel clypeus tegit corpus: & translata notione, prorsus ut hoc loco, sic V. 67, 13. περιστέλλειν τοὺς ἀποστάτας est *protegere rebelles.*

Vers. 6. *Vers.* 6. τῶν προειρημένων Φιλανθρώπων. Φιλανθρωπιῶν voluit Reiskius, & sic habet Reg. B. eademque lectio in Reg. A. intra lineas indicatur. Sed vulgatam abunde probat usus Polybianus. — *Ibid.* ἐπεὶ μικρὸν recte editum ex Bav. ἐπὶ μικρὸν Vat. Aug. Reg. A. Ex Flor. nil notatur.

Vers. 7. *Vers.* 7. Κεγχρεαῖς. Κεγχραιαῖς Vat. Reg. A. conf. cap. 59, 1. Sed mox vers. seq. nulla est, quod sciam, varietas. — *Ibid.* Φύλαρχος. Nunc & in contextu Φίλαρχος habet Bav. ut ed. 1. 2. Reg. B. C. — *Ibid.* εἰς τὴν Πελοπ. Caret τὴν Flor.

Vers. 8. *Vers.* 8. διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχρεαῖς π ε π ρ α γ μ έ ν ω ν. Imo vero τ α τ τ ο μ έ ν ω ν vel potius τ ε τ α γ μ έ ν ω ν utique videtur rescribendum, id est, *per Cenchrearum præfectos*; nisi plenius etiam, διὰ τῶν ἐπὶ τούτῳ ἐν Κεγχρεαῖς τεταγμένων, malueris, id est, *per eos, quibus hoc negotium Cenchreis mandatum est.* πεπραγμένων certe non est hujus loci; ex quo verbo ut aliquam sententiam exprimeret Casaubonus, ita illud vertit, tamquam esset διά τ ι ν α τῶν ἐν Κεγχρεαῖς πεπραγμένων, *propter nonnulla, quæ Cenchreis fecerat.*

Cap. LXI.

CAPUT LXI.

Vers. 1. *Vers.* 1. χωρὶς δέ. χωρίς τε Flor. — *Ibid.* μετ' αὐξήσεως καὶ διαθέσεως. μετὰ διαθέσεως Ernestus cum Casaubono & Reiskio interpretatus est *cum affectu, vehementius.* Ego vero διάθεσιν *quamcumque* dici *animi vel corporis adfectionem, conditionem, dispositionem*, novi; & absolute positum id nomen, de *adfectione corporis morbosa* inprimis accipi scio; (conf. ad II. 70, 6.) sed absolute positum pro *vehementiori animi adfectu* nusquam videre me memini. Quare suspicatus sum, phrasin hanc μετὰ διαθέ-

σεως

σεως exponendam ex illis, λόγους, μύθους, πολὺν τερατείαν διατίθεσθαι vel διατιθέναι (I. 2, 1. II. 17, 6. III. 38, 3. &c.) &, ficut in his dictionibus verbum διατίθεσθαι notat *difponere* & quafi *venum exponere;* (quod Galli *étaler*, Germani *auskramen* dicunt;) fic μετὰ διαθέσεως fufpicatus fum effe *cum adparatu verborum, fufe, multis verbis;* quod Germani *mit vielem Wortkram* dicerent. Verf. 1.

Ibid. καθήκειν ὑπολαμβάνων τοῖς συγγραφεῦσι Vat. Flor. Aug. Reg. A. καθηκ. τοῖς συγγρ. ὑπολ. ed. 1. Reg. B. C. ex Bav. & fic rurfus ed. Cafaub. & feqq. καθ. τοῖς ὑπολ. συγγρ. ed. 2. errore operarum.

Verf. 2. ἐχρήσαντο. ἐχρήσατο ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. — *Verf.* 3. ἤπερ ὑπὸ τῶν. ὑπὸ τῶν ἤπερ ed. 2. oper. err. — *Verf.* 6. ἐπ' ἀγαθῷ. Male ἐπ' ἀγαθῶν Aug. — *Ibid.* ἐμποδὼν ἦν, *ante pedes, in promtu erat.* Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. abfque οὐδὲν, quod temere adfutum in Bav. Verf. 2 fqq.

Verf. 7. ὑπομείναντας πόλεμον. Vocabulum πόλεμον, quo carent vulgo editi & Reg. B. C. cum Bavarico, adfcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Peirefc. — *Verf.* 9. οἱ πρῶτον. Propagatus error inde ab ed. 1. Scribe οἳ cum codicibus omnibus. — *Ibid.* προεῖντο. πρόειντο Aug. Reg. A. — *Verf.* 10. δοθ. ἀνελπ. καὶ παρ. αὐτ. ἔξουσ. Sic Vat. Flor. Reg. A. & cod. Peirefc. Vulgo δοθ. αὐτ. ἀνελπ. καὶ παρ. ἔξουσ. cum Bav. & Aug. — *Ibid.* τάφων. τάφρων temere ed. 2. Verf. 7 fqq.

Verf. 11. ἔργον ἢ γέγονεν. ἢ, cum abeffet a fuperioribus editionibus, adjecit Gronov. ex cod. Peirefc. cum quo faciunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐπιστῆσαι. Male ἐπιστῆσαι Aug. Reg. A. Sic & iidem mox παρορμῆσαι. — *Ibid.* ἀληθινῶν. ἀληθινῶς ed. 1. ἀληθινὴν fufpicati funt Gronov. & Reifk. & iidem deinde βέβαιον vel βεβαίαν. Sed nil movendum. κοινωνία ἀληθινῶν πραγμάτων eft *fentire, focietatem colere cum his, quorum rationes veræ & finceræ funt, nihil ficti, nihil fimulati habent.* — *Ibid.* Φύλαρχος. Rurfus Φίλαρχος ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Verf. 11.

CAPVT

CAPVT LXII.

Cap. LXII. Verf. 1. *Verf.* 1. Μεγάλης πόλεως. Μεγαλοπόλεως solus Aug. & sic deinde constanter. — *Ibid.* Vocabulum τάλαντα, quod deest ed. 2, agnoscunt codices omnes.

Ibid. ἑξακισχίλια & δισχίλια librariorum culpa corrupta esse suspicatus est REISKIVS, & ἑξακόσια & διακόσια scripsisse Plutarchum; quandoquidem Polybius hoc cap. vers. 8. ait, neminem, ne quidem si exaggerare rem vellet, dicere ausurum, plura quam trecenta talenta tunc ex Megalopoli rediisse. Sic vero etiam cap. 63, 3. legendum foret ἑξακοσίων pro ἑξακισχιλίων: sed tunc repugnare utique videtur, quod ibidem de Ptolemæi χορηγίαις dicit Polybius.

Verf. 2 sq. *Verf.* 2. ἐννοίας. εὐνοίας ed. 1. 2. Reg. B. C. perperam accepto scripturæ nexu. — *Verf.* 3. κατέφθαρτο. κατεφθάρη unus Aug.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς . . μεγίστην καρποῦσθαι δοκοῦσιν εὐδαιμονίαν. Conf. ad cap. 38, 4. & 40, 2. Loquitur de eo tempore, quo inde ab A. V. 573. usque sub annum 606 (conf. XXV. 1 sq. & III. 3, 7. & 5, 6.) omnes Peloponnesi populi, & in his Messenii etiam & Lacedæmonii, fœderi Achaico fuerunt adscripti. Quo tempore ex Romanorum quidem nutu & arbitrio multis modis pendebant, ac deinde post bellum Persicum multi etiam ex nobilissimis Achæorum, Romam evocati, in vinculis agebant in Italia: sed tamen suis legibus, suis institutis vivebant in Peloponneso Achæi, nec tributum ullum Romanis pendebant, & ceteroquin sic satis & læto & florenti statu erant res Achæorum, ut & Ptolemæi fratres, Aegypti reges A. V. 586. auxilia ab eis peterent adversus Antiochum; (vide lib. XXIX. 8.) & Rhodii atque Cretenses eorumdem opem implorarent A. V. 601. (lib. XXXIII. 15.) Quare & passim id agit in sua historia Polybius, ut ad tranquillitatem & ad concordiæ firmitatem adhortetur suos populares, suadeatque, ut sorte sua contenti patienter ferant & revereantur præpotentem romani populi auctoritatem.

ritatem. Vide IV. 32, 9 sq. III. 4, 3 & 7. &c. — *Ibid.* ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπίπλων. Carent τῶν Aug. Reg. A.

Vers. 6. πρὸς Λακεδαιμονίους. πρὸς τοὺς Λακ. edd. & Reg. B. C. invitis vett. codd. — *Ibid.* ἐνέβαινον dedit Vat. Flor. & cod. Peiresc. ἀνέβαινον edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. perperam. Vers. 6.

Vers. 7. τήν τε χώραν τὴν Ἀττικήν. Sic Vat. & cod. Peiresc. τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. nescio an & Flor. e quo nulla notatur varietas. — *Ibid.* τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας &c. Demosthenes (ut monuit Gronovius in Notis msstis ad h. l.) in Oratione περὶ Συμμοριῶν p. 383. ed. Reisk. (p. 74. ed. Wolfii) de sua ætate loquens, τὸ τίμημά ἐστι, ait, τὸ τῆς χώρας (τῆς Ἀττικῆς) ἑξακισχιλίων ταλάντων. Et ibi (ut h. l. apud Polybium) τίμημα intelligi τὸ κεφάλαιον, id est, *caput, vel summam pecuniæ*, quam *sortem* latine dicimus, monuit Harpocration, & ex eo Suidas, apud quem mendose scriptum περὶ Συμμάχων, pro περὶ Συμμοριῶν. Vers. 7.

Vers. 11. κατὰ τὴν περιουσίαν. Deest τὴν Aug. — *Ibid.* ὡς αὐτός. Deest ὡς ed. 1. & Reg. B. operar. err. — *Ibid.* μήτε διαφυγεῖν. Sic recte Vat. Flor. μὴ διαφυγεῖν edd. cum ceteris libris. Vers. 11.

CAPVT LXIII. Cap. LXIII.

Vers. 1. συνεχὲς τούτῳ. Sic Vat. & Flor. quemadmodum ex conject. scribere jusserunt Scalig. & Reisk. — *Ibid.* τὸ μὲν χορηγεῖν. τῷ μὲν Flor. Vers. 1.

Vers. 2. Φησὶ utique, pro Φασὶ, fuit rescribendum, ut redeat ad Phylarchum. — *Ibid.* πρὸ τοῦ συνιέναι. συνεῖναι malim cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. pro quo mendose in ora Hervag. est συνῆναι. Vers. 2.

Vers. 3. τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν ἠδύνατο ταῖς χορηγίαις ὑπερθέσθαι. *Ipsum Ptolemæum potuisset sumtibus* (sic enim malim, quam *opibus*) *superare.* Quod si paulo ante cum Reiskio pro ἑξακισχιλίων poneres ἑξακοσίων, (conf. ad cap. 62, 1.) non video, quo pacto *Cleomenem sumtibus superatu-* Vers. 3.

peraturum ipsum Ptolemæum dicere potuisset Polybius. Evergetes is fuit Ptolemæus, cujus florentissimum erat imperium, & cui immanes etiam opes a patre Philadelpho in thesauris fuerant relictæ. Conf. Appiani Procem. Histo-riar. cap. 10.

Vers. 4. *Vers.* 4. εἰ μόνον Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Vers. 5. *Vers.* 5. Ad τὰς ἐλπίδας intellige ex sequentibus verbum γεγονέναι. — *Ibid.* τοσούτων χρημάτων. τοσοῦτον ed. 1. 2. ex Bav. In veram scripturam cum ceteris codd. consentiunt Reg. B. C. — *Ibid.* φάναι recte scripsit Aug. Vulgo φᾶναι edd. ex Bav. — *Ibid.* πῶς οὐ ex Reg. B. C. adoptavit Casaub. Mendose ὅπως οὐ ed. 1. 2. cum vett. codd. — *Ibid.* ἀλογίας, ἔτι δ' ἀσκεψίας. Satis hinc adparet, quod & aliâs passim observasse mihi videor, particulas ἔτι δὲ apud Polybium non augendi vim habere, sed simpliciter idem valere, quod copula καὶ, non enim majus, aut gravius delictum indicat vocabulum ἀσκεψία, quam ἀλογία. — *Ibid.* ἔστι σημεῖον. σημεῖον ἐστί. Flor.

Cap. LXIV. CAPVT LXIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Verba τοὺς στρατιώτας desunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐξαγαγὼν τὴν στρατιάν. τὴν στρατείαν Vat. Aug. Reg. A. Ex Flor. nil notatur. Conf. ad I. 9, 3.

Vers. 2. *Vers.* 2. ὡς δὲ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. Laudat hoc Polybii judicium Plutarchus in Cleom. p. 816 sq. cap. 25.

Vers. 3. *Vers.* 3. διαφεινότα recte Casaub. monente Vrsino & Scaligero. διαφηκότα ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* ᾔδει σαφῶς. Sic ed. 1. cum Bav. & Reg. A. B. C. ᾔδη ed. 2. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod Casaubonus in ἤδη mutavit, formam atticam, non male; sed incidere saltem debuit ante hoc verbum orationem. Mox ὅτι perperam abest a Vat. & Flor. librarii alicujus culpa, qui præcedens ᾔδη pro adverbio acceperat, non pro ᾔδει. — *Ibid.* δεύτερον δε ὅτι. ὅτι debetur Casaubono. Mendose ἔτι ed. 1. 2. cum codd. omnibus. Vicissim ὅτι pro ἔτι perperam scriptum vidimus in cod. Vat. & aliis II. 10, 8. δὲ vero etiam

etiam h. l. caret Flor. & dat δεύτερον ἔτι. — *Ibid.* τῶν τειχῶν. τῶν τοιχῶν edd. & Reg. B. C. operarum errore, ex ed. 1. propagato.

Verſ. 4. ἐπιῤῥαπισμόν. ἐπιραπισμ. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐκ τῶν κατὰ λόγον. Sic recte edd. & Reg. B. C. καταλόγων Aug. Reg. A. Sic & Bav. ſed in fine ſuperſcripta litera ο indicat veram lectionem. — *Ibid.* Quod ὅτι pro διότι dant Reg. B. C. in eo conſtanter fere & conſulto aberrarunt a conſentiente librorum omnium ſcriptura. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐφησυχάζοι. Vulgo ἐφησυχάζει ex Bav. Terminationem optativi adoptavi ex Flor. Aug. Reg. A. in quibus eſt ἀφησυχάζοι. Forſan eodem modo in Vat. e quo tamen in Spalletti noſtri ſchedis ἀφησυχάζει citatur. Verbum ἐφησυχάζειν analogiæ conſentaneum eſt; & ἐφησυχάζειν τοῖς γνωσθεῖσι, *adquieſcere, ſtare decretis*, citavit (neſcio unde; ex Pandectis ait Henr. Stephanus) Guil. Budæus in Comment. Ling. Græc. p. 39. Verbum ἀφησυχάζειν nuſquam, quod ſciam, reperitur. Verſ. 5.

Ibid. ἀσφαλῶς ὑπέλαβε ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν. Sic ed. 2. & 5. cum msstis omnibus. Mendoſe ἐποιήσασθαι ed. 1. ποιήσεσθαι ed. 3. 4. unius Caſauboni auctoritate. Sed intellexit deinde idem Caſaub. præpropere id a ſe factum. Certe in tractatu de Stylo Polybiano (teſte Merico Caſaub. ad III. 71.) monuit, Aoriſtis primis infinitivi pro Futuris ſæpe uti Polybium, & cum aliis exemplis hoc probavit, velut IV. 1, 9. IV. 28, 3 ſq. V. 104, 3. tum nonnullis ſimillimis ei, quod præ manibus habemus, ſcil. III. 98, 8-10. IV. 10, 8 ſq. Taceo ejuſmodi loca, ubi Aoriſto adjecta eſt particula ἄν, ut III. 49, 2. IV. 71, 5. IX. 4, 7. &c. Conf. Wolfii Caſauboniana p. 69-74. Vide etiam mox II. 65, 7.

Ibid. εἰς τὴν οἰκείαν. Sic veteres codd. omnes. οἰκίαν ed. 1. 2. Reg. B. C. οἰκεῖαν ed. 4. 5.

Verſ. 6. οὐδὲν περὶ πλείονος ποιούμενος τοῖς κατὰ λόγον πράγμασιν. In corruptam hanc ſcripturam libri conjurarunt Verſ. 6.

Verf. 6. runt omnes. Poftquam excidit verbum χρήσασθαι, facile turbari etiam potuerunt reliqua. Paulo pluribus verbis hoc ipfum, quod h. l. dixit, aut dicere voluit Polybius, perfequitur Plutarchus in Cleom. p. 817. (cap. 25.) Ὁ δ' Ἀντίγονος, ὡς ἔδει στρατηγὸν ἔμφρονα, τὸ κινδυνεῦσαι παραλόγως, καὶ προέσθαι τὴν ἀσφάλειαν, αἰσχρὸν, οὐ τὸ κακῶς ἀκοῦσαι παρὰ τοῖς ἐκτὸς, ἡγούμενος, οὐ προῆλθεν, ἀλλ' ἐνέμενεν τοῖς (fic enim fcribendum cum cod. San-germanenfi) αὐτοῦ λογισμοῖς.

Verf. 7. *Verf.* 7. εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε. Sic Bav. Aug. Reg. A. puto & Vat. & Flor. licet ex his nil notetur. Temere οἰκίαν edd. & Reg. B. C.

Cap. LXV.

CAPVT LXV.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὴν στρατιάν. τὴν στρατείαν h. l. folus Vat. — *Ibid.* προῆγε Cafaub. cum Reg. B. C. edidit. προσῆγε ed. 1. 2. cum vett. msstis.

Verf. 2. *Verf.* 2. Ἀγριᾶνας recte Cafaub. Ἀριάνας ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* μισθοφόρους *mercenarios*, fcil. ex variis gentibus: nam & Agrianes & Galli mercenarii erant.

Verf. 3. *Verf.* 3. Ἀχαιῶν δ' ἐπιλέκτους &c. Ex novem verbis, quibus carebat ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. & cod. Perotti, fex priora, Ἀχαιῶν ufque τρισχιλίους adjicere ex cod. fuo jufferat Vrfinus; omnia autem exhibent Vat. & Flor. itemque Reg. B. C. a quibus accepit Cafaub. Et requirebantur hæc ad conficiendam fummam, quam dicit deinde verf. 5. — *Ibid.* Κερκιδᾶς. Sic veteres codd. ut fupra. Κερκίδας ed. 1. 2. 3. 4. Reg. B. C.

Verf. 4. *Verf.* 4. Poft τῶν δὲ συμμάχων leviter incidenda oratio. — *Ibid.* ἐφ' ὧν recte editum ex Bav. cum Reg. B. C. Sic verf. 9. ἐφ' ὧν ἐπέστησε τὸν ἀδελφόν. Mendofe h. l. ἀφ' ἧς Vat. Flor. Aug. Reg. A. & in hoc fuperfcr. ἐφ' οἷς ἦν.

Verf. 5. *Verf.* 5. πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους ὀκτακισχιλίους *&c.* Ex fingulis numeris, quos fupra pofuit, conficitur fumma 1200 equitum, peditum 27,600, pro quibus numero rotundo nunc 28,000 ponit. Hinc vero Plutarchus in Cleom.

Cleom. p. 818. (c. 27.) ait: ἠναγκάσθη (ὁ Κλεομένης) δισμυρίοις, ὡς Πολύβιός φησι, πρὸς τρισμυρίους ἀντιπαρατάξασθαι. conf. mox verf. 7. Mendofe h. l. δυσμυρίους pro δισμυρ. ed. 2. 3. 4.

Verf. 6. Ὁ δὲ Κλεομένης &c. Initium hinc capit *Ecloga in* COD. VRB. quæ continuatur usque ad cap. 69 extr. — *Ibid.* τὰς μὲν ἄλλας τὰς εἰς τὴν χώραν εἰσβολάς. τὰς post ἄλλας abeft ab edit. 1. & Reg. B. C. fed agnofcunt illud vett. codices omnes cum ed. 2 & feqq. Sufpicatus olim eram, ex τρεῖς fortaffe corruptum τάς. Teneri poffet, mutata verborum ferie, fic: τὰς μὲν ἄλλας εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν χώραν, ut III. 78, 6. — *Ibid.* δένδρων. δενδρῶν ed. 1. 2. 3. Reg. B. errore operar. continuato ex ed. 1. Verf. 6.

Verf. 7. Σελλασίαν dederunt Vat. Flor. Reg. Vrb. & Perott. Sed IV. 69, 5. in fimplicem λ confentiunt omnes. Rurfus vero cum duplici λλ XVI. 37, 2. cf. XVI. 16, 2. Apud alios pariter auctores utraque invenitur fcriptura: conf. Steph. Byz. — *Ibid.* στρατιᾶς. στρατείας Vrb. — *Ibid.* στοχαζόμενος - - ταύτῃ ποιήσασθαι. ποιήσεσθαι ex conject. edidit Cafaub. præeunte Scaligero. Revocavi aoriftum ex ed. 1. 2. pro quibus faciunt mssti omnes. conf. ad II. 64, 5. Adhiberi videtur ifte Aoriftus pro Futuro tunc præfertim, cum non omnino certa res eft, de qua agitur, ut in illa forma fimul includatur notio adverbii *fortaffe*, *probabiliter*, *haud dubie*. Verf. 7.

Verf. 8. τὸν μὲν Εὔαν. Probabilis utique eft Reifkii conjectura, ὧν τὸν μὲν &c. ut fequentia verba verfu 9. τῆς δ' ὁδοῦ &c. cum his conjuncta intelligantur. ὧν a præcedente verbo κειμένων facile potuit abforberi, & tuto in contextum reftitui poterat. De Eva & Olympo conf. V. 24, 8 fq. Verf. 8.

Verf. 9. προβαλόμενος. προβαλλόμενος Aug. Reg. A. — *Ibid.* τοὺς Περιοίκους καὶ συμμάχους. Carent καὶ editi & Reg. B. C. cum Bav. Sed habent Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb. & Vrfini & Perotti codices. Malim tamen καὶ τοὺς συμμάχους, repetito articulo. Περιοίκους pro adpellativo Verf. 9.

nomine habuit Casaubonus, quod tamen satis constat proprium quodammodo nomen esse *incolarum agri, Spartæ finitimi, Lacedæmoniorum imperio subjectorum.* conf. IV. 34, 9. & Dukerum ad Thucyd. VIII. 22. p. 517.

Vers. 10. *Vers.* 10. *μετὰ μέρους τινὸς τῶν μισθοφόρων.* Confer ad cap. 67, 2.

Vers. 11. *Vers.* 11. *παραγενόμενος.* *παραγινόμενος* edd. & Reg. B. C. invitis vett. codd. — *Ibid.* *τήν τε τῶν τόπων.* *τε*, quod vulgo aberat, adjeci ex Flor. Aug. Reg. A. Nescio an habeant & Vat. & Vrb. e quibus nihil ad h. l. est adnotatum.

Ibid. *τῆς τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῆς.* De vi vocabuli *προβολὴ ὁπλομάχων*, præter ea, quæ post Guil. Budæum Henricus Stephanus in Thesauro habet, vide, quæ congessit Ernestus in Indice Græcitatis ad Ciceronem. Frequentissimi usus in rerum bellicarum narratione est verbum *προβάλλεσθαι*, de quavis munitione, aut de amne, de colle &c. quo quis se tutatur: sigillatim vero *προβολὴ θυρεοῦ* I. 22, 10. est *projectio, objectio scuti;* & *προβάλλεσθαι*, scil. *τὰ δόρατα*, XV. 13, 9. est *hastas prætendere.* Hinc *προβολὴ ὁπλίτου* vel *ὁπλομάχου* est ille *status militis in pugna, ubi & objecto scuto & prætenta hasta sive exserto gladio paratus est ad impetum hostis excipiendum.* Conf. Appian. Civ. II. 79. & quæ ad eum locum adnotavimus T. III. p. 763.

Vers. 12. *Vers.* 12. *ἀπέλιπε.* *ἀπέλειπε* ora cod. Reg. A. — *Ibid.* *ἐνεργής.* Sic ed. 1. & Reg. B. C. & rursus ed. Casaub. & seqq. ex Bav. Sed verum utique & Polybianum est *ἐνεργὸς*, quod est in Vat. & Flor. Et eodem modo dare debuerunt Vrb. Aug. Reg. A. in quibus est *ἐνεργῶς*; in Reg. A. tamen inter lineas scriptum *ἐνεργὸς*, atque ita expressum est in ed. 2.

Vers. 13. *Vers.* 13. *διό.* Incipit hæc particula veluti apodosin, quæ refertur ad verba *Ἀντίγονος δὲ παραγενόμενος* vers. 11. vel potius resumit Polybius hujus particulæ ope filum orationis cœptum initio vers. 11. & dein intorruptum aliis inter-

interfertis. conf. ad I. 82, 13. Incommode superiores editores majus posuerant punctum ante διὸ, & ab his verbis διὸ καὶ τότε novi capitis initium fecerant. Vers. 13.

Ibid. καταπειράζειν adscivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb. Vulgo καταπειράζεσθαι ex Bav. contra usum Polybii. Sed superest adhuc alia macula, ab hoc loco abstergenda. Scilicet pro καὶ τότε μὲν, in quod consentiunt quidem libri omnes, scribendum καὶ τὸ μέν. Articulum enim nenecessario requirit verbum ἀπέγνω, quod cum accusativo casu construi solet. Sic ἀπέγνωσαν τὸ διακωλύειν I. 44, 4. τὸ μὲν πολιορκεῖν ἀπέγνωσαν I. 48, 10. Nec vero vim signatam h. l. ullam habet particula τότε; nec ad τότε μὲν infertur ἔπειτα δὲ, aut aliquid simile. Quod si vero tenere utique τότε malles, scribendum foret καὶ τότε μὲν τὸ ἐξ ἐφόδου &c. Sed ne ferri quidem ullo modo τότε potest: non enim *tunc quidem* damnavit consilium ex itinere & e vestigio tentandi aliquid, *deinde* vero id consilium cepit: nam post aliquot dies non amplius poterat sane ἐξ ἐφόδου aliquid tentare. Sed dividere vocem possis, ut sit τό τε μὲν, & ut τε referatur ad sequens καί.

CAPVT LXVI.

Cap. LXVII.

Vers. 1. ἐπιμένων. Nolim equidem cum Reiskio statuere, ἐπικειμένων, quod est in libris, ex ἐπ' εἰκῇ μένων esse corruptum, quod ille interpretatur *otiose, nihil agendo transactis ibi diebus.* Longe similius vero est, esse istam scripturam ex duabus diversis lectionibus imperite contractam. Scriptum primo videtur utique fuisse ἐπιμένων, tum super literis πι scripsit aliquis κει, significans, sibi placere ἐκεῖ μένων. Posses & suspicari ἔτι ἐκεῖ μένων, sed hoc quidem minus placet. Vers. 1.

Ibid. Γόργυλον. Consentiunt in hoc nomen libri omnes, cum hoc loco, tum deinde vers. 10. Apud nullum autem alium auctorem nomen hujus fluvii memoriæ proditum, quoad equidem compertum habeam, reperitur.

Verf. 3. 4. *Verf.* 3. τὸν Κλεομένην. τὸν Κλεομένη Vat. Flor. Vrb. ut aliâs. Sed mendofe τῷ Κλεομένη Reg. A. & τῷ Κλεομένει Aug. — *Verf.* 4. πάνυ γάρ. Caret γὰρ ed. 1. Habet ed. 2 & feqq. cum codd. omnibus.

Verf. 5. *Verf.* 5. κατὰ τὸν Εὔαν. κατὰ τὴν Εὔαν ed. 1. errore operar. — *Ibid.* τῶν τε Μακεδόνων. Carent τὲ edd. & Reg. B. C. contra veterum codicum fidem. — *Ibid.* Ἰλλυριοὺς κατὰ σπείρας ἐναλλὰξ τεταγμένους. Ἰλλυριοὺς καὶ τὰς σπείρας ed. 1. 2. confentientibus vett. codd. Hinc Cafaubonus cum Reg. B. C. correxit κατὰ τὰς σπείρας. Prætuli κατὰ σπείρας cum Reifkio. conf. ad II. 3, 2. Cafaubonus græca ita vertit: *Illyriorumque cohortes inter horum* (chalcafpidum) *turmas alternatim locavit:* quafi *equites* fuiffent *chalcafpides* illi; quod ipfum rurfus diferte fignificat idem Cafaub. in Præfat. de prioribus Polybii Interpretibus, T. III. ed. Gronov. p. 75. (p. 673. ed. Erneft.) nefcio quo ufus fundamento. Imo vere equites omnes, quos diferte diftinguit a reliqua acie, de qua nunc verf. 5 & 6. agitur, in planitie inter utrumque montem funt locati, vide verf. 7. coll. cap. 65, 10. hi autem chalcafpides cum Illyriis ad montem funt pofiti, & eum primi confcendere debent; vide cap. 67, 1-3. Pariter vero IV. 67, 6. diferte ab equitibus diftinguuntur chalcafpides.

Verf. 7. 8. *Verf.* 7. Ἀλέξανδρον ἡγεμόνα. Diftinguitur hic Alexander ab illo Aemeti filio, & idem effe vifus eft Reifkio cum eo, qui memoratur IV. 87, 8 fq. & VII. 12, 6. — *Ibid.* πεζοὺς τῶν Ἀχαιῶν. Ἀχαϊκῶν h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. bene — *Verf.* 8. περὶ τὸν Κλεομένην. Caret τὸν Flor.

Verf. 9. *Verf.* 9. διφαλαγγίαν cum Vrb. & Reg. B. C. correxit Cafaub. & confentit Flor. Forfan & Vat. Mendofe διαφαλαγγίαν ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. fed hujus ora verum habet. Locum hunc Polybii per occafionem tractans CASAVBONVS in Præfatione de prioribus Polybii interpretibus, T. III. ed. Gron. p. 75 fq. (p. 673. ed. Ern.) ait: „Διφαλαγγία & Τριφαλαγγία appellantur phalangis partes, in

in quas fuerit divisa phalanx propter angustias, aut alias difficultates locorum, quod vel adjecta a Polybio ratio clarissime docet. Vide Aelianum cap. XXXVI. [cap. XXXV.] Erit igitur διφαλαγγία ἐπάλληλος, *phalanx una in duo agmina divisa, quorum alterum præit, alterum sequitur.*" — Est utique διφαλαγγία, *exercitus omnis gravis armaturæ, in duas vel tres partes, in duo vel tria corpora divisus;* sive *in itinere*, ut sint *duo*, *tria agmina;* (conf. Arriani Tactic. p. 66. Aelian. cap. 35. Polyb. VI. 40, 11.) sive *in acie*, ubi eodem fere modo accipiuntur illa vocabula, quo Romani dicunt *duplicem*, *triplicem aciem* unius ejusdemque exercitus. Non vero, ut Casaubonus innuit, ad *diphalangiæ* vel *triphalangiæ* rationem per se hoc pertinet, ut *propter loci angustias* divisa fuerit phalanx, & ut *altera pars præcedat*, *altera sequatur*. Scilicet hæc quidem est ἐπαλλήλου διφαλαγγίας aut τριφαλαγγίας ratio, cum, propter loci angustias, aut aliam ob caussam, *una pars phalangis*, una acies, *post alteram* ponitur, sicut h. l. & XII. 18, 5. Confer & mox deinde II. 69, 9. Sed ubi satis est spatii, ibi (si ceteroquin ita fert usus) παράλληλος in acie locatur aut in itinere ducitur διφαλαγγία sive τριφαλαγγία, id est, duabus vel tribus aciebus, aut agminibus, *juxta se invicem*, *eadem fronte* stantibus, aut incedentibus, ut VI. 40, 11. Ceterum quod in Lexico Tactico, Suidæ subjecto, (Tom. III. ed. Küst. p. 713.) & apud ipsum Suidam sub vocab. Διφαλαγγία vulgo legitur: Διφαλαγγία· (aut, quod cumulata etiam menda apud Suidam est, Διφαλαγγίαι·) αἱ δύο φαλαγγαρχίαι, ἄνδρες ὀκτακισχίλιοι ἑκατὸν ἐννενήκοντα δύο· monuit Schefferus ad Arrianum, ex quo hæc sumta sunt, (cap. 15. edit. Scheff.) non διφαλαγγία ibi, sed διφαλαγγαρχία, ut apud Aelian. cap. 9. legitur, esse scribendum; quemadmodum etiam apud Arrianum deinde edidit Blancardus p. 31. Scilicet διφαλαγγαρχία est certum quoddam corpus & definitus numerus militum: aliud vero est διφαλαγγία, quæ non inter certa corpora, verum inter σχήματα τάξεως refertur. At pot-

Vers. 9.

erit fortasse utroque etiam modo vocabulum διφαλαγγία accipi.

Vers. 10. *Vers.* 10. προσηρτημένοι - - πρὸς αὐτῇ τῇ τοῦ λόφου ῥίζῃ. In προσηρτημένοι consentiunt libri: nec opus est cum Scaligero προσηρτισμένοι suspicari, quod ne auditum quidem Graecis verbum est. Bene Suidas προσηρτημένος· προσκεκολλημένος. Scilicet, ne conspicerentur ab eis, qui in monte erant, (cf. cap. 67, 1.) *noctu* in insidiis hi sunt locati, *presse adpliciti ad ipsas montis radices, ut veluti adhaererent monti;* & quidem ἐν τῷ Γοργύλῳ ποταμῷ, *in Gorgylo rivo,* id est, *partim in ipso alveo rivi, sub monte fluentis, partim in ejus ripa in infimo monte.* Vocabulum ποταμῷ abest a Flor. non male, quia jam supra vers. 1. erat adjectum.

Vers. 11. *Vers.* 11. Φοινικὶς recte Casaub. monente Vrsino & Scaligero, cum Vat. & Flor. Φοινικὶ ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. Sed & in Reg. A. correctum ab ead. manu.

Cap. LXVII.

CAPVT LXVII.

Vers. 1. *Vers.* 1. καιρὸς ἧκε τῆς χρείας. ἡ χρεία h. l. ut saepius aliâs, est *ipsa actio pugnandi, ipsum praelium.* Hujus praelii, quo Antigonus cum Cleomene ad Sellasiam oppidum super Oenunta fluvium dimicavit, obiter mentionem fecit Livius XXXIV. 28.

Ibid. πάντες εὐθέως. πάντες δ' εὐθέως edd. cum Bav. Aug. Reg. A, B, C. quapropter δὲ post παρήγγειλαν, ut suspectum, duobus punctis notavit Aug. Sed δὲ ad εὐθέως ignorant vetustissimi ex nostris codicibus, Vat. Flor. Vrb. quorum auctoritate delevi particulam: pro qua quidem tuenda provocare aliquis posset ad usum illum Homericum, Polybio frequentatum, de quo saepius dixi, & nuperrime ad II. 37, 3. & II. 56, 2. sed hoc loco, ob repetitam jam aliquoties in protasi eamdem particulam, ingrata quaedam ambiguitas videri poterat oritura, si in apodosi pariter repeteretur.

Ibid.

Ibid. ἀναδείξαντες αὑτοὺς, *ostendunt sese*; scil. cum sub radicibus montis abditi quodammodo adhuc hæsissent. vide ad cap. 66, 10. Itaque non opus est, ut cum Reiskio ἀνελίξαντες corrigendum suspicemur, id est, *evolvunt, explicant se.* Vers. 1.

Vers. 2. οἱ δὲ μετὰ τῶν Κλεομ. Vide cap. 65, 10. Qui ibi μισθοφόροι vocantur, hoc loco sunt εὔζωνοι, sed rursus eosdem vers. 3. & 7. μισθοφόρους dicit. Pro εὔζωνοι in Vrb. vitiose est εὔτωνοι, tum in Aug. & Reg. A. εὔτονοι. In ceteris recte. — *Ibid.* ἦγον. Mendose εἶχον ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. Vers. 2.

Vers. 3. Εὐκλείδαν. Εὐκλειδᾶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. constanter. Vers. 3.

Vers. 4. Φιλοποίμην. In equitatu hic erat Achæorum, qui in planitie equitatui Lacedæmoniorum erat oppositus. Vers. 4.

Vers. 6. προσκείμενοι pro προκείμενοι, quod cum msstis dabant ed. 1. 2. 3. recte expressit Gronovius, monente Casaub. in Corrigendis & in Præfat. de prioribus Polybii Interpretibus. Idem fere est quod supra προσπίπτοντες. — *Ibid.* τοῖς προβαίνουσι. Sic ed. 1. 2. 3. cum codd. omnibus; quod, cum monente Casaubono in προσβαίνουσι mutasset Gronovius, revocavit monitus a Reiskio Ernestus, quem h. l. secutus sum. Mallem tamen, Casauboni & Gronovii tenuissem emendationem προσβαίνουσι. Sic autem simul *vers.* 7. προσβαινόντων scriptum velim, pro προβαινόντων, quod ibi pariter libri omnes habent, & intactum ibi reliquerat Gronovius. Non enim simpliciter *progredi* dicere voluit Polybius; (id si voluisset, verbo προάγειν esset usus: nec enim umquam προβαίνειν de agmine utitur;) sed *adscendere*, quemadmodum vers. 2. πρὸς τὸν λόφον βιάζεσθαι dixit: id vero non est προβαίνειν, sed προσβαίνειν, quod & Lexica docent, & usus Polybianus confirmat. Sic cap. 68, 3. in προσβαινούσας consentiunt omnes; ubi, quamquam & pro *accedere* accipi potest, tamen signate de *adscensu montis* usurpatur. Pariter IV. 11, 6. ubi ex superioribus editionibus Vers. 6.

Verf. 6. προβαινούσης πρὸς τὰς ὑπερβολὰς tenuimus, recte προσβαινούσης dant Vat. Flor. & Reg. A. cum Bav. quod ibi restitui Polybio debuerat. Rursus προσβαινόντων πρὸς τοὺς βουνοὺς, quod habent omnes XVIII. 7, 8. non *accedere*, sed *adscendere* debuit verti, quod res ipsa ibi docet. Similiter nomen πρόσβασις de *montis adscensu* usurpatur V. 70, 6. & I. 55, 10. ubi vide Adnot.

Ibid. ἀφέμενοι τῶν προκειμένων. Temere τῶν προειρημένων ed. 2 & seqq. contra librorum omnium fidem. — *Ibid.* προσεβοήθουν. Perperam ac temere προεβοήθουν ed. 1. 2. & inde Reg. B.

Verf. 7. *Verf.* 7. προβαινόντων. Vide ad προβαίνουσι vers. 6. — *Ibid.* ὑπεναντίους. ἐναντίους solus Aug,

Verf. 8. *Verf.* 8. τοῦ κατὰ τὸν Εὐκλείδαν προτερήματος, *victoriæ ejus partis copiarum Antigoni, quæ* κατὰ τὸν Εὐκλείδαν (id est, eo loco, ubi ex adverso Euclides stabat, ubi Euclides oppositus erat) *pugnaverat*, adeoque, *victoria de Euclide relata*. Nisi tamen ex contextu adpareret sententia, ambigua forent verba, quæ & haud temere scrupulum aliquem injecerunt Reiskio, ut suspicaretur κατὰ τὸν Εὔαν, aut κατὰ τῶν περὶ τὸν Εὐκλείδαν. Nam II. 10, 6. τὸ κατὰ τοὺς Ἰλλυριοὺς προτέρημα est *victoria Illyriorum*: sic & I. 87, 10. γενομένου τοῦ νικήματος κατὰ τοὺς Καρχηδονίους. — *Ibid.* ἐγίγνετο dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb.

Cap. LXVIII.

CAPVT LXVIII.

Verf. 2 sqq. *Verf.* 2. διότι - - ποιήσαι. Sic recte Casaub. cum Scalig. ποιῆσαι ed. 1. 2. ποιῆσαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Bav. ποιήσαν Vrb. — *Verf.* 4. συναντῶντας καὶ προσπιπτ. καὶ carent Vrb. Vat. Flor. — *Verf.* 5. τὴν τῶν τόπων. Sic vett. codd. omnes. Mendose τὴν τόπον ed. 1. Hinc τὴν τόπων Reg. B. C. & τὴν τόπου ed. 2. Denique τὴν τοῦ τόπου Casaub. — *Verf.* 6. δ' ἐξ ἑτοίμου. Carent δὲ ed. 1. 2. Bav. Reg. A. C. Recte habent ceteri.

Verf.

Verf. 7. κατὰ γὰρ dederunt Vat. Flor. Reg. C. & codex Vrfini. κατὰ δὲ edd. cum ceteris. Verf. 7.

Verf. 8. Poft τοὐναντίον repetunt vulgo τοῖς πολεμίοις cum Bav. Otiofa verba delevi cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προσδεξάμενοι dederunt iidem hi codices & Reg. B. Conf. cap. 69, 6. Verf. 8.

Ibid. ὥστε δι' αὐτῆς τῆς τοῦ λόφου κορυφῆς διαμάχεσθαι. δι' αὐτῆς τῆς κορυφῆς, *in ipfo vertice*, vel potius, *fecundum ipfum verticem*, *fecundum fummum jugum*, *pro fummo jugo*, *ante fummum jugum montis*. De qua fignificatione præpofitionis διὰ multis egit REISKIVS ad pag. 318, 6. editionis Gronov. id eft, ad III. 77, 1. ubi κατεστρατοπέδευσε διὰ τῆς τῶν Ἀῤῥητίνων πόλεως, eft, *ad urbem, ante urbem, fecundum, præter urbem;* & exponitur ab ipfo auctore per στρατοπ. πρὸ τῆς τῶν Ἀῤῥητίνων πόλεως, III. 80, 1. Ex ifta autem præpofitione διὰ intelligi debet, *in longitudinem* ædificatam fuiffe illam urbem, *oblongam* fuiffe ejus formam. Sic porro III. 72, 9. τὰ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων, δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο, *elephantos divifit ante cornua, & ante frontem locavit fecundum utrumque cornu;* gallice, *tout le long des deux ailes.* Eodem modo apud Ariftidem, (T. I. p. 241, 1.) citatum a Reifkio, περίπατοι δι' αὐτοῦ διήκοντες κύκλῳ, funt *ambulacra ante templum & juxta templi longitudinem decurrentia.* Et apud Diodor. Sicul. lib. XIII. cap. 8. δι' ὅλης τῆς Ἐπιπολῆς τὸ τεῖχος κατέσκαψαν, eft, *totum murum, qui juxta Epipolas ductus erat,* (qui Epipolas præcingebat) *dejecerunt.* Alia ex aliis auctoribus Reifkius loco cit. dabit, &, quos ille laudavit, Abrefchius ad Ariftænet. p. 33. & in Novis Obferv. Mifcell. p. 626. & Krebfius ad Lucæ cap. 17, 8. in Obfervatt. ad Nov. Teft. e Iofepho illuftratum p. 128.

Verf. 9. λοιπὸν, *proinde, itaque,* ut fæpe aliàs. ὅσον ἐκ ποδὸς, *fere e veftigio, continuo.* Sic ὅσον ἤδη II. 4, 4. ubi vide Adnotat. — *Ibid.* τὴν κατάστασιν ἐλάμβανον, *firmum locum ceperunt, ftatione potiti funt, quam tenuerant hoftes*, fcil. in ipfo fummo jugo. Hoftes vero, preffi, & Verf. 9.

recipientes ſeſe, *ceperunt* τὴν ὑπὸ πόδα ſc. στάσιν, *inferiorem locum, qui a tergo erat, a poſteriore parte jugi, quo pedem referre ſunt coacti.* Quum in planitie quis pedem refert, tum ἐπὶ πόδα dicitur ſe recipere, ut cap. 69, 8.

Cap. LXIX.

CAPVT LXIX.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. δι' ἀμφοῖν τοῖν μηροῖν. Digna lectu ſunt quæ de hoc Plutarchus habet in Philopœm p. 359.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. παρ' ἑκατέροις σχεδὸν ὑπαρχόντων. Veteres ſcripti libri omnes (excepto fortaſſe Vrb. e quo nullo varietas ad h. l. adnotatur) poſt ἑκατέροις interpungunt orationem, & deinde ſic pergunt, σχεδὸν δ' ὑπαρχόντων &c. Incommodam particulam δὲ recte delevit Obſopœus, unde & abeſt a ſeqq. editionibus & a Reg. B. C. tum Caſaubonus porro verba παρ' ἑκατέροις a præcedentibus ſeparavit, & cum ſequentibus junxit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συνέβαινε. Sic Vrb. Flor. Aug. Reg. A. Puto & Vat. quamquam ex eo nil monetur. Eodem mode dare debuit Bav. ſed oblitus eſt librarius ſuperſcribere, ut fere conſuevit, reliquo verbo extremam ſyllabam νε, unde συνέβαι ibi legitur, ex quo συνέβη fecit Obſopœus, quod tenuerunt ceteri editores.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. εὐψυχίαις monente Vrſino correxit Caſaub. Mendoſe ed. 1. 2. cum msstis omnibus εὐτυχίαις. Sic III. 9, 6. perperam τύχῃ pro ψυχῇ dederunt omnes; & VIII. 9, 7. τύχῃ pro ψύχῃ.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. διασπῶν. διασπῶν Vrb. & Vat. Bene, ſi abeſſet καὶ poſt προτειχίσματα.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τῶν παρ' ἑτέροις. Imo παρ' ἑκατέροις ſcribendum, ut ſupra verſ. 3. quamquam h. l. in mendoſam vulgatam codices conjurarunt omnes. Poterat etiam commodius hoc loco παρ' ἑκατέρων dicere, ut aliâs ſolet: ſed & illud probum eſt, & prætulit nunc dativum, ad evitandum diverſorum genitivorum concurſum. Conf. ad II. 22, 11. Sicut vero ἑτέροις male pro ἑκατέροις h. l. ſcriptum, ſic viciſſim II. 47, 2. pro ἑτέρους perperam ἑκατέρους

ρους habent Aug. & Reg. A. Hoc loco ἑκατέροις correxiſſe Verſ. 7.
etiam video Voſſium in ora ſui libri: eamdemque emendationem oræ Baſilenſi adſcriptam eſſe patris manu, monuit Mericus Caſaubonus.

Ibid. μεταβαλοῦσαι τὰς σαρίσσας. σαρισας ed. 1. 2. conſentientibus codicibus, & ſic mox rurſus, & ſæpius aliâs, Correxit Caſaubonus. — *Ibid.* „μεταβαλοῦσαι ſuſpectum eſt, ait REISKIVS, quod tamen plane damnare non auſim. μεταβάλλεται ſariſſa, cum *alio modo geſtatur atque antea.* Cum nondum ad certamen admitteretur phalanx, ſed prælium exſpectans in armis adſtaret, gerebat haſtas in humeris. Cum itaque illas, ab humeris ablatas, coram ſe teneret, ſeu projiceret adverſus hoſtes, revera eas μετέβαλε. Verum in uſu linguæ græcæ hoc non μεταβάλλειν dicitur, ſed καταβάλλειν." — Vide V. 85, 9. IX. 15, 6. & 16, 1. XVIII. 7, 9.

Verſ. 9. συμφράξαντες τὰς σαρίσσας. Vide lib. XVIII. Verſ. 9.
c. 12. — *Ibid.* χρησάμενοι τῷ τῆς ἐπαλλήλου φάλαγγος ἰδιώματι. Mendoſe τῆς ἐπ' ἀλλήλους Vrb. & Vat. Quam ſupra (cap. 66, 9.) διφαλαγγίαν ἐπάλληλον dixerat, nunc φάλαγγα ἐπάλληλον vocat, quod eodem redit: nihil enim prorſus intereſſe videtur, & φάλαγξ ἐπάλληλος intelligi debet, cujus duæ partes non juxta ſe invicem, ſed deinceps poſitæ ſunt; neque adeo vitio vertendum fuit Caſaubono, quemadmodum Reiſkius & Erneſtus fecerunt, quod *geminatam phalangem* h. l. interpretatus eſt. Sed videtur iſto vocabulo uſus Polybius, quo ſignificaret, ne duas quidem illas phalangis partes juſtam in fronte latitudinem habuiſſe, ſed cujuſque cohortes etiam (quæ τέλη vocantur, XI. 11, 6. & XI. 15, 2.) aliam poſt aliam in altitudinem fuiſſe locatas. Iam quum ſimplicis phalangis, quæ ſedecim viros in altitudine habebat, (XVIII. 13, 1.) ea vis eſſet, ut ſua mole ſuoque pondere violentiſſimam in hoſtium exercitum impreſſionem, cui reſiſtere nihil fere poterat, faceret, multo etiam magis proprium eſſe hoc debuit *phalangis duplicatæ, cujus cohortes deinceps erant poſitæ*, ut

tam

tam immani robore atque pondere in hoſtem ingrueret, cui reſiſtere nulla prorſus vis, nulla moles poſſet.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἀνεχώρησε editum ex Bav. ἀπεχώρησε Flor. ὑπεχώρησε Aug. Reg. A. Ex Vat. & Flor. nil notatur.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῆς νυκτός. τῆς caret ed. 1. & hinc Reg. B. C. Habent ceteri libri, & ex Aug. adoptavit ed. 2. — *Ibid.* In fine hujus Capitis deſinit Ecloga in Cod. Vrb.

Cap. LXX. CAPVT LXX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τό τε πολίτευμα τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας. ἀποκαταστήσας malim, quod voluit Erneſt. in Lexic. Polyb. Sic mox verſ. 4. τούτοις (Tegeenſibus) ἀποδοὺς τὴν πάτριον πολιτείαν. Et apud Plutarch. in Cleom. p. 819. (cap. 30.) Antigonus Lacedæmoniis νόμους καὶ πολιτείαν ἀποδούς.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, *res maximas.* Temere τὰ μάλιστα ed. 1. 2. & Reg. C. perperam accepto ſcripturæ nexu in Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. εἰ τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον. εἰς pro εἰ ex Flor. citat Gronov. εἴ τε τὰ κατὰ ſuſpicari licet cum Reiſkio. — *Ibid.* εἰς βραχύ. Sic Reg. B. C. Vrſin. & Reiſk. Omnes autem veteres codices noſtri cum editis dant εἰ βραχύ. Ceterum non ſatis mihi adhuc in plano eſt hic locus.

Ibid. τῶν καιρῶν ἀντεποιήσατο, *occaſionem exſpectaſſet* interpretatus eſt Caſaubonus. Sed, nec ἀντιποιεῖσθαί τινος eſt *exſpectare aliquid*, nec ſatis adparet, quamnam occaſionem potuerit exſpectare. Commodius, puto, rectiusque interpretabimur, *ſi pauliſper uti conatus eſſet opportunitatibus*, ſcil. quæ illi ſupererant ad defendendam urbem & ad reparandem cladem. Aliàs ἀντιποιεῖσθαι τῆς πόλεως, eſt *urbem ſibi vindicare*, eam *tenere*, & *pro ejus poſſeſſione pugnare*, II. 53, 6. Et ἀντιποιεῖσθαι, abſolute, eſt *reſiſtere.* Confer Lexic. Polyb. Ipſe autem Cleomenes (ut ait Plutarch. p. 818. c. 29.) hortatus erat cives ſuos, ut reciperent mœnibus Antigonum.

Verſ.

Verf. 6. τῇ κατ' αὐτὸν κίνδυνον. Abeft repetitus articulus τῇ non ab Aug. & Reg. A. (ut per errorem fcriptum eft in Nota noftra infra Contextum) fed a cod. Bav. & hinc ab ed. 1. & Reg. B. C. Habent illum ed. 2 & feqq. ex Aug. cum quo faciunt Vat. Flor. Reg. A. Recte abeffe ab ed. 1. contendit Reifkius. Verf. 6.

Ibid. αἵματος ἀναγωγήν. Plutarch. p. 819. (cap. 30.) πλῆθος αἵματος ἀνήγαγε, *vim fanguinis effudit.* — *Ibid.* καί τινα τοιαύτην διάθεσιν, *& hujufmodi aliquam corporis adjectionem & habitum;* fcilicet (ut monuit REISKIVS) „qualis habitus cum rejectione fanguinis conjunctus effe folet" — De fimili ufu vocis τοιοῦτος (cui refpondet, quod latine dicimus, *id genus*) conf. III. 87, 2. XI. 26, 5. XXVII. 6, 9. Vocabulam διάθεσις, abfolute pofitum pro *difpofitione morbida & hectica* recurrit VIII. 14, 3. Ceterum, phthifi jam ante laboraffe Antigonum, ait Plutarchus loc. cit.

Verf. 8. τῶ Δημητρίου. Caret τῷ ed. 1. & Reg. B. C. invitis vett. codicibus. Verf. 8.

CAPVT LXXI. Cap. LXXI.

Verf. 1. ἐπὶ πλεῖον. ἐπιπλεῖον Reg. A. & fic fæpe alii codd. — *Verf.* 2. ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς una voce ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. & eodem modo alibi plerumque. — *Ibid.* τότε καὶ τοὺς Ἕλληνας. καὶ τοὺς Ἕλληνας τότε Vat. Flor. Aug. Reg. A. convenientius ftylo Polybiano. Verf. 1. 2.

Verf. 3. Περὶ δὲ τοὺς αὐτ' καιροὺς &c, δὲ, cum male vulgo abeffet, adjeci ex Vat. & Flor. De re confer Iuftin. XXIX. 1. Verf. 3.

Verf. 4. Σέλευκος, ὁ Σελεύκου, τοῦ Καλλινίκου καὶ Πώγωνος ἐπικληθέντος. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Peretti codex, non repetito poft Καλλινίκου articulo τοῦ. *Seleucus,* (cognomine Ceraunus,) *Seleuci illius filius, qui Callinicus & Pogon eft cognominatus.* Mire Cafaubonus: *Seleucus, Seleuco patre genitus, avo Callinico; qui etiam Pogon cognomine eft dictus.* Sane fatis inter omnes conftat, Seleucum Verf. 4.

Verf. 4. leucum eum, de quo hic agitur, fratrem Antiochi illius, qui Magnus deinde eft cognominatus, filium fuiffe Seleuci Callinici, cui pater fuerat Antiochus, cognomine Deus. Errorem Cafauboni notavit Petavius de Doctr. Temp. Tom. II. p. 56. nec tamen ipfe ab errore immunis, dicens: „Polybius lib. II. fcribit, *Seleucum*, Seleuci Callinici filium „(ita enim vertendum; non, ut Cafaubonus, Callinici Ne„potem) cognomento *Pogonem*, obiiffe circa Olymp. „CXXXIX." — Atqui non *Seleucum* hunc, qui Olymp. CXXXIX. obiit, *Pogonem* cognominatum fuiffe, fcribit Polybius; fed patri hujus ait fimul *Callinici* & *Pogonis* cognomen fuiffe, ut recte monuit Gronov. ad h. l.

Ibid. ἐν Συρίᾳ. ἐν Ἀσσυρίᾳ ed. 1. 2. ex Bav.

Verf. 5. *Verf.* 5. τοῖς πρώτοις. Perperam deeft τοῖς Vat. & Flor. Dativus τοῖς πρώτοις pendet a nomine παραπλήσιον. — *Ibid.* Λυσιμάχῳ. καὶ Λυσιμάχῳ Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed amat afyntheton Polybius in plurium nominum propriorum concurfu.

Verf. 6. *Verf.* 6. καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. Vide II. 41, 2. — *Ibid.* οὗτοί τε. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 7. *Verf.* 7. δ᾽ ἐπειδή. δὲ carent ed. 1. 2. invitis omnibus msstis. — *Ibid.* ἐπίστασιν. ἐπίστασις h. l. *initium*, *ingreffus*, *introitus*: conf. I. 12, 6. II. 40, 5. pro quo aliàs vulgatius ἔνστασις dicitur.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἐπὶ τούτους τοὺς καιρούς. Sic ed. 2 fqq. cum Aug. & Reg. A. ἐπὶ τοὺς καιρ. τούτους ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Flor. nefcio an & Vat.

Verf. 10. *Verf.* 10. ἀφορίζειν fcribendum Reifkius etiam monuit: & Voffius in ora fui libri, ἴτως ἀφορίζειν. — *Ibid.* δυναστῶν, monente Vrfino, cum Reg. B. correxit Cafaubonus; & fic recte dat Vat. Mendofe δυναστειῶν ed. 1. 2. Bav. Flor. Aug. Reg. A. C.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRVM III.

ARGVMENTVM LIBRORVM III. IV. ET V.

Dixerat Polybius lib. I. c. 3. *uberiorem ſuam & propriam Hiſtoriam*, eam, quam primo ac præcipue conſcribere inſtituiſſet, a *Libro tertio* incipere, & quidem a rebus, *Olympiade* CXL. maxime geſtis, qua Olympiade apud Romanos memorabile inprimis *Bellum Punicum ſecundum* geri cœptum, apud Græcos *Bellum Sociale* geſtum eſt, in Aſia *Bellum de Cœleſyria*. Cum igitur res omnes, quæ in ſingulis univerſi terrarum orbis partibus memoria dignæ geſtæ ſunt exponere conſtituiſſet; in poſteriorum quidem temporum hiſtoria, quibus magis magiſque immiſceri connectique rebus romanis res Græciæ & Orientis cœperunt, (conf. V. 105.) ut in romanis rebus non longe progredi hiſtoria poſſet, quin continuo ſubinde græcarum rerum & Aſiaticarum & Aegyptiarum facienda mentio eſſet; in illorum igitur temporum hiſtoria res omnes, ubivis terrarum geſtas, ita per ſingulos annos eſt complexus, ut in cujuſque anni hiſtoria inciperet a rebus Italiæ, tum ad res, in Sicilia, in Hiſpania, in Africa, in Græcia, in Aſia, in Aegypto geſtas, progrederetur. Vide V. 31, 4 ſq. XXVIII. 14, 9 ſqq. coll. cum cap. 2. Et ea quidem ratione uti cœpit ab Olympiade CXLI. libro VII. eamdemque tenuit ſequentibus libris, e quibus nil niſi Fragmenta & Excerpta ad nos pervenerunt; quorum e numero Excerptorum ea potiſſimum, quæ Excerpta Antiqua vocavimus, ſatis clare expreſſa

expreſſa etiam nunc veſtigia continent, e quibus ſeries atque ordo intelligitur, quem in rebus cujuſque anni exponendis ſecutus eſt Scriptor noſter. Sed initio, ubi nondum adeo implicitæ res Romanorum rebus ceterarum omnium gentium fuerunt, continua ſerie primum *res Romanorum*, per totam Olympiadem CXL. ab anno Vrbis 535 - 538 geſtas, toto hoc Libro III. eſt complexus. Deinde *res Achæorum*, extrema Olympiade CXXXIX anno Vrbis 533 & 534. & priore parte Olympiadis CXL. anno 535 & 536 peractas, ſcilicet Bellum Achæorum & Philippi cum Aetolis & Lacedæmoniis, quod *Sociale Bellum* vocant, perſecutus eſt Lib. IV. ineunte uſque ad cap. 39. & cap. 57 uſque ad finem libri; tum rurſus Lib. V. 1 - 30. Rebus autem Achæorum lib. IV. c. 38 - 52. interſeruit *res Byzantinorum*, & horum bellum cum Rhodiis eorumque ſocio, Pruſia, Bithyniæ rege: tum *Cretenſium* turbas, cap. 53 - 55. & *Mithridatis* bellum cum Sinopenſibus, cap. 57. Porro *res Syriacas & Aegyptiacas*, eodem temporis ſpatio Olymp. CXXXIX 3 & 4. & Olymp. CXL. 1 - 3. geſtas, uſque ad pugnam ad Raphiam, complectitur Lib, V. 31-87. Interſpergit deinde memorabilem *Rhodiorum* caſum, qui per idem tempus accidit, lib. V. 88 - 90. Tum repetit res *Achæorum* & ad finem uſque *Belli Socialis* Olymp. CXL. 3. A. V. 537. perſequitur lib. V. cap. 91 - 106. Denique, leviter perſtrictis *Aegypti* & *Syriæ* rebus, extrema Olymp. CXL. anno urbis 538. (cap. 107.) ſtatum & res *Aetolorum* (eod. cap.) & *Macedonum* (cap. 108 - 110.) poſt confectum Bellum Sociale paucis exponit; &, ſubjecta *Pruſiæ* victoria de *Gallis*, Aſiam incolentibus, & ſtrage in eam gentem edita (cap. 111.) univerſæ hiſtoriæ rerum, Olympiade CXL. geſtarum, finem imponit.

Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ὅτι. Ἔτι ed. 1. 2. perperam accepta ſcriptura codicis Bav. Verum cum vett. codd. omnibus tenuerunt Reg. B. C. — *Ibid.* ὑποτιθέμεθα Vat. Flor. Aug. Reg.

Reg. A. Sic & voluit Reg. B. qui per errorem ὑποθέμεθα scripsit. — *Ibid.* τῆς αὐτῶν πραγμ. Perperam τῆς αὐτῆς πραγμ. Aug. Reg. A. Conf. ad I. 3, 5. — *Ibid.* Ἀννιβιακόν. Temere Vrsinus Ἀννιβαϊκὸν voluit. Conf. ad I. 3, 2. — *Ibid.* ἐν τῇ πρώτῃ. Vide lib. I. cap. 3. — *Ibid.* τρίτῃ. Perperam τρίτης ed. 1. 2. Nempe in Bav. superscripta in fine erat litera sigma, illa figura, quae Latinorum C similis est; quae litera quo errore huc tracta videri debeat, exposui ad I. 15, 10. Vers. 1.

Vers. 2. ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ. Vide I. 3. κείνῃ ed. 1. 2. Bav. Reg. A. B. C. ἐκείνῃ Aug. & inde ora ed. 2. e qua adscivit Casaub. Ex Vat. & Flor. nil adnotatum est: ut, nisi quid fugit h. l. diligentiam Spalletti & Gronovii, intelligatur, Vat. facere cum Bav. sed Flor. cum Aug. Vers. 2.

Vers. 3. τοὺς προειρ. τοὺς carent ed. 1. 2. operarum culpa. — *Ibid.* Proprius error est ed. 2. ἐγένετο pro ἐγένοντο. — *Ibid.* ἐξαγγέλλειν, ἐξαγγέλειν Reg. A. ἐξαγγελεῖν Reg. B. C. — *Ibid* ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πραγματείας. περὶ pro ὑπὲρ dat solus Aug. De αὐτῶν conf. vers. 1. & I. 3, 5. Vers. 3.

Vers. 4. σύμπαντος ex Reg. B. C. recepit Casaub. idque confirmant & codices Vat. & Flor. & ipse contextus orationis, nam ad τοῦ σύμπαντος referuntur deinde verba περὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῷ μερῶν. συμβάντος ed. 1. 2. cum ceteris codicibus, quod temere probavit Reiskius. Vers. 4.

Ibid. ὑπὲρ τούτου restitui ex ed. 1. 2. & msstis libris, qui in hoc consentiunt omnes, praeter unum Reg. B. cujus scriptura ὑπὲρ οὗ commoda quidem videri potest, sed nonnisi ex ingenio recentioris Critici profluxit, & nullo modo necessaria est. Sic tamen & in ora libri sui correxit Scaliger. — *Ibid.* πάντα τὰ γνωριζ. μέρη τῆς οἰκουμ. &c. Conf. ad I. 1, 5.

Vers. 5. καὶ προενθέσθαι. καὶ caret Aug. — *Vers.* 6. μάλιστα γὰρ οὕτως. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. μάλιστα γὰρ ἂν οὕτως edd. ex Bav. minus recte; nam particula ἂν Vers. 5. 6.

requirebat verbum ſequens in Aoriſto, παρασκευάσαι, non in futuro. — *Ibid.* ψύχης. τύχης Flor.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἐπίστασιν καὶ θέαν. θέα eſt *ſpectatio;* θέαμα verſ. 4. *ſpectaculum, id quod ſpectatur.* Videtur autem per Hendyadin dicere ἐπίστασιν καὶ θέαν, pro ἐπίστασιν τῆς θέας. Pro eo autem, quod alibi dicit ἐπίστασιν ποιεῖσθαι ἀπὸ τινὸς, (I. 12, 6. II. 40, 5.) nunc ἐκ τινὸς uſurpat, τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἐπίστασιν. Sententia igitur hæc eſſe videtur: *utiliſſimum ducimus, ut ſpectationis noſtræ initium faciamus ab utroque;* ſcilicet, ut, poſtquam totius argumenti ſummam & rerum exponendarum initium atque finem brevibus verbis declaravimus, nunc etiam ſingulas quaſque illuſtriores partes, quæ illud argumentum conficiunt, & inter initium finemque interjectæ ſunt, brevi veluti tabula oculis lectorum ſubjiciamus. cf. cap. 5, 9.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἔτη πεντήκοντα τρία. Vno verbo πεντηκοντατρία ſcribunt codices noſtri, Bav. Aug. Reg. A. De re vide ad I. 1, 5.

Cap. II.

CAPVT II.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. εἰς μέγαν μὲν φόβον. Caret μὲν ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* καὶ τῆς Ῥώμης. τῆς abeſt ab edit. 4. 5. errore operarum. — *Ibid.* κρατήσοντες recte edidit Caſaub. ex cod. Bavarico, quo invito κρατήσαντες dederunt ed. 1. 2. quod ipſum quidem habent Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐπεβάλετο. ἐπεβάλλετο Aug. Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Στήσαντες δὲ &c. Quæ adhuc memorata ſunt, ea exponuntur Libris III. IV. & V. de quorum Argumento paulo ante diximus. Diſputatio *de Romanorum Republica* Libro ſexto continebatur, cujus pars quidem intercidit, pars tamen haud ſpernenda ætatem tulit.

Ibid. ᾧ κατὰ τὸ συνεχές. ᾧ ſcribendum pro vulgato ὡς, Reiſkius etiam ſuſpicatus erat: & id ſane requirebat grammatica ratio. Sic τὸ συνεχὲς τούτῳ II. 63, 1. & τούτοις κατὰ τὸ συνεχὲς VII. 18, 6. De errore librariorum, quo

quo ῳ in ὡς est corruptum, modo dixi ad III. 1, 1. & uberius exposui ad I. 15, 10. — *Ibid.* ἀνακτήσασθαι τὴν Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν δυναστείαν &c. *ad dominatum Italiæ Siciliæque recuperandum* &c. Persecutus est hoc argumentum Scriptor noster Lib. VII - XIV. Vers. 6.

Ibid. ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον &c. Sic editum ex Bav. — *Ibid.* ἔννοιαν ἔχειν ex ora ed. 2. adoptavit Casaub. Mendose εὔνοιαν σχεῖν ed. 1. 2. — *Ibid.* κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν Καρχ. De *Fine Belli Punici Secundi* vide Reliquias Libri XV. cap. 1 - 19.

Vers. 7. κατάλυσιν τῆς Ἱέρωνος τοῦ Συρακ. δυναστείας. Vide Reliquias Libri VII. cap. 2 seqq. VIII. 5. & 37. IX. 10. κατὰ παρέκβασιν, *per digressionem*; non, *brevi digressione.* Non satis autem video, cur dicat, *per digressionem se expositurum eversionem regni Syracusani*, quæ sane ad argumentum pertinebat, quod ex professo erat expositurus. Vers. 7.

Vers. 8. Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως μεταλλάξαντος τὸν βίον. *Ptolemæum Philopatorem* dicit, cui successit filius pupillus, Ptolemæus Epiphanes cognominatus. Vide Reliquias Libri XV. cap. 20. usque ad finem libri. — *Ibid.* τοῦ καταλελειμμένου. Temere καταλελυμμένου ed. 1. 2. Vers. 8.

Ibid. Φίλιππος μὲν τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Σάμον. *Aegypto* inhiasse Philippum, dubitari utique potest: manum ei regno non injecisse, certum videtur. Immo, auxilia Antiocho Philippum esse pollicitum ad occupandam Aegyptum, Appianus scribit Eclog. III. de rebus Macedon. (Legat. XXI.) Itaque videndum, an deleri vocabulum Αἴγυπτον, aut saltem cum alio, nescio quo, debeat commutari. Sed sicut Σάμον, quod habent libri omnes, temere deletum est a Casaubono, quandoquidem *Samum*, quæ Aegyptiorum fuerat, (V. 34, 7. 35, 11.) occupatam a Philippo diserte Appianus loc. cit. scribit, & satis clare Polybius V. 31, 4 & 9. significat: sic ne me quidem justam satis habuisse causam intelligo, cur (monente Gronovio in Nota inedita, & Reiskio ad h. l.) Καρίαν abjice-

 rem,

Verſ. 8. rem, quod probati codices cum Σάμον conjungunt. Certe quidem *Cariæ* oppida ſunt Prinaſſus & Iaſſus, quas a Philippo obſeſſas legimus XVI. 11 ſq. Ac licet deinde *Antiochi* fuiſſe Cariam legamus, cui ademtam Romani Rhodiis dederunt; (Polyb. XXII. 27, 8. Liv. XXXIII. 16.) tamen, ſi eo tempore, de quo nunc agitur, Antiochi fuiſſet Caria, Philippus, Antiochi per id tempus ſocius atque amicus, non erat illam oppugnaturus: & ſane, *Ptolemæo Philopatori* paruiſſe Cariam, ſatis intelligitur ex V. 34, 7. coll. cum V. 36, 7. Ceterum juvabit, quæ de iſta *Antiochi cum Philippo pactione* Appianus habet, (Vol. I. noſtræ edit. Part. II. pag. 508.) huc tranſſcribere: *Φίλιππος, τῶν ὑπηκόων τοῖς ἐπὶ θαλάσσης στόλον ἐπαγγείλας, Σάμον καὶ Χῖον εἷλε. - - Λόγος τε ἦν, ὅτι Φίλιππος καὶ Ἀντίοχος, ὁ Σύρων βασιλεὺς, ὑπόσχοιντο ἀλλήλοις· Ἀντιόχῳ μὲν ὁ Φίλιππος, συστρατεύσειν ἐπί τε Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ Κύπρον· - - Φιλίππῳ δ' Ἀντίοχος ἐπὶ Κυρήνην καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ Ἰωνίαν.* Conf. Iuſtin. XXX. 2.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *Ἀττάλου καὶ Ῥοδίων ναυμαχίας.* Lib. XVI. — *Ibid.* *τὸν Ῥωμαίων καὶ Φιλίππου πόλεμον.* Lib. XVII. & XVIII. Temere *τῶν Ῥωμαίων* ed. 1. 2. Reg. B. C.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τῆς Αἰτωλῶν ὀργῆς.* Vide Reliq. lib. XVIII. c. 22.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *Ἀντιόχου διάβασιν εἰς τὴν Εὐρώπην.* Reliq. lib. XX. c. 1. — *Ibid.* *πρῶτον μὲν τίνα.* *τίνα πρῶτον μὲν* ed. 1. Nempe ſic quidem erat in Bav. ſed ibidem ſuperſcriptis eadem manu minutis literis *α β γ* indicatur verus verborum ordo. — *Ibid.* *τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου.* Reliq. lib. XXI. c. 13 ſq.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *καταλύσαντες τὴν Γαλατῶν ὕβριν.* Reliq. lib. XXII. c. 16-22. & c. 24-26. — *Ibid.* *τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν.* Perperam carent *τὴν* ed. 1. 2. & Reg. B. C.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *τὰς Αἰτωλῶν καὶ Κεφαλλήνων ἀτυχίας.* Reliq. lib. XXII. c. 8-15. & c. 23. — *Ibid.* *τοὺς Εὐμένει συστάντας*

στάντας πρός τε Προυσίαν καὶ Γαλάτας πολέμους. Reliq. lib. XXIII. cap. 18. Εὐμένει penacute ſcripſi, ut ſcribi debet hoc proprium nomen. Minus recte vulgo h. l. Εὐμενεῖ. — *Ibid.* τὸν μετ' Ἀριαράθου πρὸς Φαρνάκην. Reliq. lib. XXIV. c. 10. & XXV. 4 ſq. & XXVI. 6. Φαρνάκην autem ſcribendum duxi cum Vrſino, ut ſcribitur conſtanter aliàs: & videtur hujus ſcripturæ veſtigium ſupereſſe in Φάρνακαν, quod dant Vat. & Flor. Ceteri codd. omnes h. l. cum editis Φάρνακα habent. Verſ. 6.

Verſ. 7. τῆς Πελοποννησίων ὁμονοίας καὶ καταστάσεως. Reliq. lib. XXV. cap. 1-3. περὶ, quod inter τῆς & Πελοπονν. inſerunt cum ed. 1. 2. codices omnes, delevit Caſaubonus. Reiskius ſuſpicatus eſt τῆς περὶ Πελοποννησίους, aut τῆς περὶ Πελοπόννησον. Mihi probabile ſit, τῆς παρὰ τῶν Πελοποννησίων ὁμονοίας ſcripſiſſe Polybium. cf. ad III. 9, 2. — *Ibid.* αὐξήσεως τοῦ Ῥοδίων πολιτεύματος. Reliq. lib. XXII. 27, 8. Verſ. 7.

Verſ. 8. Ἀντιόχου στρατείαν εἰς Αἴγυπτον τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς. Reliq. lib. XXVIII. 16 ſqq. XXIX. 8 ſqq. &c. — *Ibid.* τὸν Περσικὸν πόλεμον. Reliq. lib. XXVII. 1 ſqq. & 13 ſq. XXVIII. 3 ſqq. XXIX. 2 ſqq. In ora codicis Bav. eſt ſcholion: ἤγουν τοῦ Περσέως, ſcil. πόλεμον. Verſ. 8.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 1. ἢ τοὐναντίον edidit Caſaub. monente Vrſino, qui ex ingenio ſe ita corrigere ait: ſic autem ſcribunt Vat. Flor. Aug. & Reg. B. C. ἢ τοὐναντίων ed. 1. 2. cum Bav. & Reg. A. — *Ibid.* Pro ἐνθάδε που eſt ἔδει που in Reg. B. qui deinde omittit δεῖ vel ἔδει. — *Ibid.* ἔδει correxit Caſaub. monente Vrſino & Scaligero. In δεῖ Reiſkius ſuſpicatus eſt latere δέῃ. Verſ. 1.

Verſ. 3. Poſt ἐδόκει interſerit καὶ ſolus Aug. — *Verſ.* 4. Poſt κρατησάντων interſerenda verba οὔτε περὶ τῶν monuerat etiam Scaliger, ſed tenuerat ἐλαττωμάτων. Verſ. 3 4.

Verſ. 6. μετὰ ταῦτα. κατὰ ταῦτα ed. 4. 5. operarum errore. — *Ibid.* πόσαι καὶ τίνες. „An ποῖαι?" ſcripſit Caſaub. Verſ. 6.

Casaub. in ora Basil. Lubens equidem acciperem, si darent codices. Interim *πόσαι* referri potest ad *ἀποδοχαὶ*, & *τίνες* ad *διαλήψεις*. — *Ibid.* Verba, quæ sequuntur vocab. *τίνες*, ab *ὑπῆρχον* usque *ἡγητέον τίνες*, per errorem desunt ed. 1.

Verf. 9. *Verf.* 9. *δὴ τοῦτ' εἶναι.* Non aspernor *δή που τοῦτ' εἶναι*, quod dedit Casaub. sed satis est *δὴ τοῦτ' εἶναι*, quod in *δή που τινὰς* corruperunt librarii.

Verf. 10. *Verf.* 10. *οὔτε γάρ. οὐ γὰρ πολεμεῖ* solus Aug. — *Ibid.* *οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη* correxit Casaubonus. *πλεῖστα πελάγη* ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus. *πλεῖν τὰ πελάγη* Reg. B. C. — *Ibid.* *ἐμπειρίας.* Temere *ἐμπυρίας* ed. 1. 2. Reg. B. C.

Verf. 13. *Verf.* 13. *χειριστής.* Temere *χειριστὰς* ed. 1. 2.

Cap. V.

CAPVT V.

Verf. 1. *Verf.* 1. *Ἦν δ' ἡ.* Sic cum Reg. B. correxit Casaub. monente etiam Vrsino ex ingenio. *ἡ δ' ἡ* ed. 1. 2. *ἥδ' ἡ* Bav. *ἤδη.* Vat. Flor. Aug. Reg. A. & connectunt cum superioribus, *γράφειν ἤδη.* Tum *προειρημένην κίνησιν* solus Aug.

Ibid. *Οὐακκαίους* scripsi cum Flor. Reg. A. B. *Οὐακαίους* edd. cum ceteris codd. Quæ de Bello Celtiberico supersunt fragmenta, retulimus ad Reliquias libri XXXV. c. 1-5. — *Ibid.* *Μασσανάσσην.* Sic Flor. *Μασσανάσην* h. l. edd. cum ceteris msstis. De bello Carthaginiensium cum Massanissa nihil superest præter ea, quæ inseruimus Reliquiis lib. XXXII. c. 2. Fragmentum de ejus obitu retulimus ad lib. XXXVII. cap. 3.

Verf. 2. *Verf.* 2. *Ἄτταλος μὲν καὶ Προυσίας πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν.* Reliq. lib. XXXII. cap. 25 sq. XXXIII. 10 sq. — *Ibid.* *Ἀριαράθης.* Reliq. lib. XXXII. c. 20. Perperam *Ἀριαράνθης* Bav. Aug. Reg. A.

Ibid. *ὑπὸ Ὀροφέρνους.* *ὑπὸ Ῥοφέρνους* Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus, levi aberratione pro *ὑπ' Ὀροφέρνους.* Ceterum in secundam literam *ρ* consentiunt h. l. libri

omnes,

omnes; & Athenæus in Fragm. ex Polybii lib. XXXII. cap. 20, 9. & Diodorus Sicul. T. II. edit. Weſſel. p. 588. & Zonaras Annal. IX. 24. & Aelianus Var. Hiſt. II. 41. & Iuſtin. XXXV. 1. Sed Ὀλοφέρνης & Ὀλοφέρνης per λ vulgo ſcriptum & editum legitur in Leg. cxxvi. & in Fragm. Valeſ. (noſtr. edit. lib. XXXII. 20. & XXXIII. 12.) quemadmodum & apud Appianum Hiſt. Syriac. cap. 47 ſq. & paſſim apud alios nonnullos ſcriptores; quæ ſcriptura, librariis ex libro Iudith familiaris, alio temere tranſlata videtur. Verſ. 2.

Ibid. ἀνεκτήσατο δι' αὐτοῦ τὴν πατρῴαν ἀρχήν. δι' αὐτοῦ Bav. Immo vero, δι' Ἀττάλου, *Attali opera*, ſcriptum reliquiſſe putem Polybium. Vide Reliq. lib. XXXII. 23, 8. & vix dubitabis.

Verſ. 3. De *Demetrio, Seleuci filio*, ſuperſunt Fragmenta in Reliq. libri XXXI. c. 19 ſeqq. XXXII. 4 & 6 ſq. Ad vitæ regnique ejus finem pertinet XXXIII. 16. — *Ibid.* ἅμα τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρχῆς ἐστερήθη. Inverſum verborum ordinem Reiſkius voluit, ἅμα τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ βίου ἐστερήθη. Sed ſolet & aliàs Polybius, ubi duas res per particulam ἅμα conjungit, illam priori loco ponere, quæ natura poſterior eſt. Sic IV. 35, 6. προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας. Adde V. 3, 6 ſqq. Pari modo Herodianus V. 3, 1. ἐχρῆν Μακρίνῳ ἅμα τῷ βίῳ καὶ τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι. Verſ. 3.

Verſ. 4. De *reſtitutione Exſulum Achæorum* habemus Fragmentum in Reliq. lib. XXXV. cap. 6. — *Ibid.* οἱ Ῥωμαῖοι. Caret οἱ Flor. Verſ. 4.

Verſ. 5. Poſt οἱ δ' αὐτοὶ temere inſerunt μὲν ed. 1. 2. & Reg. B. quam partic. ignorant veteres libri omnes. — *Ibid.* De *Bello Punico tertio* vide Reliq. libri XXXVI. & XXXIX. — *Ibid.* μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν. Perperam caret πάλιν ed. 1. & hinc Reg. B. C. Verſ. 5.

Verſ. 6. οἷς κατάλληλα. οἷς ſcripſi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrſino. οἷς edd. & Reg. B. ex Bav. κατάλληλα adverbialiter accipiendum. Eſt autem κατάλληλος, de tem- Verſ. 6.

Verf. 6. tempore ufurpatum, idem quod σύγχρονος. — *Ibid.* Ex hiftoria *Belli Macedonici tertii* exiguum fupereft Fragmentum, quod retulimus in Reliq. lib. XXXVIII. cap. 1. De *Bello Achaico* vide Reliq. lib. XXXVIII. & XL. — *Ibid.* ἅμα τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος ἔσχε τὸ κοινὸν ἀτύχημα πάσης τῆς Ἑλλάδος. Huc fpectat illud dictum: εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν, in Reliq. lib. XL. cap. 5, 12.

Verf. 7. *Verf.* 7. προσδεῖ δὲ τῶν τῆς τύχης. Teneri, puto, poterat debebatque confentiens codicum cum ed. 1. & 2. fcriptura, προσδεῖ δὲ τὰ τῆς τύχης. Nam ficut pariter ἐνδεῖ μοι τοῦτο & ἐνδεῖ μοι τούτου invenitur apud probatos auctores; fic nihil impedit, quo minus & προσδεῖ τοῦτο peræque dici potuerit ac προσδεῖ τούτου. Quam in partem & ἐὰν δέ τι προσδεῖν δοκῇ ex Platone citat Henr. Stephanus in Thef. Et adeft rurfus ratio, de qua jam fæpius dixi, cur conftructione minus aliâs frequentata uti maluerit h. l. fcriptor, fcil. ad evitandum duorum diverforum genitivorum concurfum. Ceterum eodem verbo fæpius quidem in paffivo, προσδεῖσθαι, utitur Polybius; fed & in activo rurfus habes III. 58, 2. & 109, 7. & alibi. Itaque nec Cafauboni emendatione opus fuerit, nec ea, quam in fcholio infra contextum propofuimus. Nec turbare nos Reifkius debet, cum dicit, forte legendum προσδεῖ δὲ τὰ νῦν τῆς τύχης, aut προσδεῖ δὲ καὶ ταύτῃ τῆς τύχης, quam poftremam emendationem maxime fibi placere ait, & ipfam Polybii fcripturam referre videri. Formula illa τὰ τῆς τύχης, pro ἡ τύχη, τὰ τοῦ βίου pro ὁ βίος, familiaris admodum Polybio: plura exempla collecta dabit Lexicon Polyb. in Τά.

Verf. 8. *Verf.* 8. πέπεισμαι μὲν γάρ. Quo referatur particula caufalis γὰρ, haud fane adparet. Itaque ante ifta verba excidiffe nonnulla fufpicatus eft REISKIUS, veluti καί τοι οὐ πάνυ γε διαφέρομαι, id eft, *quamquam in ea quidem re non admodum laboro*, aut alia hujufmodi. „Minori motu (ait) fi res fit peragenda, poterit μέν τοι, *verum tamen*, pro μὲν γὰρ affumi.“ — Forfan magis etiam placebit μὲν

γοῦν,

γοῦν, ut scripturæ compendio deceptus librarius γὰρ pro γοῦν scripsisse intelligatur. Vers. 8.

Ibid. διὰ δὲ τὸ κάλλος. δὲ ex conject. inseruit Casaub. Recte; nisi quid amplius etiam turbatum est hoc loco. Perspecte etiam τὸ κάλλος ex ingenio correxit, quod ipsum habet Vat. pro τὸ καλῶς, quod cum aliis codicibus dabant ed. 1. & 2. Sed quum διὰ τὸ καὶ ἄλλους det Flor. & in eamdem sententiam διὰ τὸ κἄλλους Vrsini codex, jungenda forte utraque lectio fuerit, scribendumque διὰ δὲ τὸ κάλλος καὶ ἄλλους πολλοὺς &c. — *Ibid.* κατεγσυνηθήσεσθαι. κατεγσυήσεσθαι Flor. quod verius videtur, *in se recepturos.*

Vers. 9. ἐπὶ κεφαλαίου, *summatim.* Sic & I. 65, 5. Nec erat, cur ἐπὶ κεφαλαίων legendum suspicaretur Ernestus in Lexic. Polyb. — *Ibid.* τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. Possis suspicari τῆς αὐτῶν ὑποθέσεως, ut τῆς αὐτῶν πραγματείας III. 1, 3. Sed & illud bene habet. Vers. 9.

CAPVT VI. Cap. VI.

Vers. 1. ὑποδεικνύναι. ὑποδεικνῦναι cum circumflexo edd. cum msstis, ut alibi, quod teneri poterat. — *Ibid.* πόλεμος ἐνέστη. Inverso ordine ἐνέστη πόλεμος Vat. Flor. πόλεμος ἀνέστη Aug. & Reg. A. quod exponi potest *resuscitatum est bellum.* Sed bene habet ἐνέστη, *cæptum est:* ac videtur ἀνέστη inde natum, quod in exemplari sic scriptum erat πόλεμος[β] ἐνέστη[α], quo indicabatur inverso ordine scripta verba oportuisse. Vers. 1.

Vers. 3. οὐδαμῶς ἂν συγχωρῆσαι. Sic vett. codd. omnes. Vulgo abest ἂν, errore primæ editionis. — *Vers.* 4. χειρίζειν. Temore & invitis msstis χειρίζων ed. 1. 2. — *Vers.* 5. πρὸς τὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων. πρὸς τὴν Vat. Flor. male. κατὰ Ῥωμαίων iidem, absque articulo; bene. — *Vers.* 10. σατραπειῶν. σατραπιῶν Flor. Aug. Reg. A. Forsan & Vat. Vers. 3 sqq.

Verf. 11. *Verf.* 11. δευτέρα δὲ monente Vrfino correxit Cafaub. & fic recte dant Vat. & Flor. δευτέραν δὲ ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. — *Ibid.* τοῦ Λακεδαιμονίων. τοῦ, cum vulgo abeffet, adjeci ex Vat. & Flor. Sed excidiffe præterea puto articulum ἡ, fcribendumque fufpicor δευτέρα δ' ἡ τῶν Λακεδ. — *Ibid.* οὐδὲν ἀξιόχρεων: οὐδὲ ἀξιοχ. Flor. Aug. Reg. A. perperam.

Ibid. μεταξὺ διὰ τὰς &c. Non opus fuiffe, ut feriem verborum Cafaubonus mutaret, recte monuit Reifkius. Neque tamen equidem cum eodem Reifkio ad ἄπρακτος referendum putem hanc vocem μεταξὺ, ut fit idem ac ἐν τῷ μέσῳ ἐν ᾧ ἦν ἄπρακτος, fed ad ἐπιβολαῖς, ut intelligatur μεταξὺ τῶν ἐπιβολῶν, *medios inter conatus.*

Verf. 12. *Verf.* 12. καὶ τὴν αὐτοῦ. Sic Flor. Aug. Reg. A. cum editis; puto & Vat. καὶ τὴν αὑτοῦ Bav.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὴν Αἰτωλῶν. τὴ τῶν Αἰτωλῶν ed. 2 & fqq. cum folo Aug. Ceteri omnes negligunt articulum τῶν.

Verf. 2. *Verf.* 2. ὀλιγωρεῖσθαι. ὀλιγωρῆσθαι Flor. ut videri poffit voluiffe ὠλιγωρῆσθαι. — *Ibid.* τὴν ἔκβασιν ἐκ τοῦ Φιλίππου πολέμου, *exitum belli Philippi*, id eft, *belli Philippici*, vel *cum Philippo*. Nec vero opus eft corrigere Φιλιππικοῦ, ut voluit Gronovius, quamquam ita eft III. 32, 7 fq. nec πρὸς Φίλιππον, ut fufpicatus eft Reifkius. Supra III. 3, 2. τὸν Ῥωμαίων καὶ Φιλίππου πόλεμον dixerat: & fimpliciter τὸν Φιλίππου πόλεμον, & id genus alia, fæpe Appianus & Plutarchus, ut h. l. Polybius, dixerunt.

Verf. 3. *Verf.* 3. κατήγγελλον. κατήγγελον Flor. — *Verf.* 5. τί δ' ἀνδρός. τί δ' ἂν πρὸς ed. 1. operar. errore.

Verf. 6. *Verf.* 6. στήσασθαι τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας. Cafaubonus in ora Bafil. referente Merico monuerat: „fcribe ἐνστήσασθαι." Pariter Reifkius vel ἐνστήσασθαι vel καταστήσ. vel συστήσ. maluit, quam fimplex verbum στήσασθαι.

Verf. 7. *Verf.* 7. ῥᾷστόν ἐστι reftitui ex vett. codd. qui in hoc confentiunt omnes. Temere ῥᾷστον ἔτι ed. 1. 2. & inde

Reg.

Reg. B. C. Vnde Casaubonus *ῥᾷστον ἐπὶ παντὸς* ex conjectura edidit.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Verſ. 1. *τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι.* *κατὰ Ζακανθαίων* voluit Scaliger; citra necessitatem. conf. III. 20, 6. Simili ratione verſ. 7. *τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι.* Poterat dicere *κατὰ τῆς Ζακανθαίων πόλεως*, sed nil opus erat. Videndum tamen, an *ἀτυχήματι* h. l. legendum sit pro *ἀδικήματι* ex III. 20, 6. — *Ibid.* *Ασδρούβου.* Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. Flor. Et in eamdem formam alibi consentiunt codices, veluti III. 30, 3. Similiter *Ἀμίλκου* & *Ἀννίβου*, III. 9, 6. & aliàs. *Ἀσδρούβα* h. l. ed. 2 sqq. cum Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 9. *ἢ συμφορώτερον.* *ἢ* recepi ex Bav. Aug. Reg. A. & cod. Perotti. *καὶ* temere ed. 1. & inde editiones sequentes: sic tamen, ni fallunt schedæ, est etiam in Vat. & Flor. *συμφορώτερον* dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. *συμφερωτ.* edd. ex Bav. Verſ. 9.

Verſ. 10. *παρακαλουμένοις.* Perperam *πραττομένοις* Aug. — *Ibid.* *ἀποτριψαμένους.* Temere *ἀποτρεψαμ.* Reg. B. — *Ibid.* *τὴν ἐκδίκησιν.* *τὴν ἐκδιήγησιν* Vat. Flor. — *Ibid.* *ὡς οὐδέν.* Caret *ὡς* ed. 1. cum solo Bav. Verſ. 10.

Verſ. 11. *οἵ γε.* Suspicari possis *οἱ δέ.* Sed in illud consentiunt omnes. Verſ. 11.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verſ. 1. *Τίνος δέ.* *Τίνος δὴ* Vat. Flor. Verſ. 1.

Verſ. 2. *ἡ μὲν γὰρ παρὰ τούτων ἀλογία.* Sic ed. 1. 2. cum codicibus omnibus, quod contra Casaubonum recte defendit Reiskius. Et potest intelligi *absurditas quæ ex his elucet*; sed & simpliciter, *horum (quæ ait Fabius) absurditas.* Sæpe enim genitivo casui præpositionem *παρὰ* ita jungit Polybius, ut prorsus abundare hæc videatur. Sic *ἐν τῇ παρ' αὐτῶν χώρᾳ* III. 78, 5. *τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας* III. 43, 6. *τοὺς παρ' αὐτῶν λέμβους* II. 10, 3. *ταῖς* Verſ. 2.

παρ'

παρ' αὐτῶν ἱππεῦσι III. 64, 6. τοὺς παρὰ σφῶν εὐζώνους III. 94, 6. ἑλόμενος τὰ παρὰ Περσέως XXVII. 2, 10. ὁ παρ' ἡμῶν πατὴρ XXIII. 1, 6. Conf. ad III. 3, 7.

Verf. 6. *Verf.* 6. πρώτην μέν. πρῶτον μὲν Vat. Flor.

Verf. 7. *Verf.* 7. τῷ περὶ Σικελίαν πολέμῳ. Sic editum ex Bav. Rectius vero περὶ Σικελίας Vat. Flor. Aug. Reg. A. & codex Vrfini: *bellum de Sicilia* vel *propter Siciliam geftum*. Sic I. 13, 2. I. 63, 4. Similiter ο περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμος III. 1, 1. & alibi.

Ibid. τῇ ψυχῇ perfpecte Cafaub. Familiaris Polybio phrafis, τῇ ψυχῇ ἡτ]ᾶσθαι. conf. cap. 12, 5. Haud femel vero confufa a librariis ifta nomina funt ψυχὴ & τύχη. Sic I. 4, 1. pro τύχης Flor. ψυχῆς habet. conf. ad II. 69, 5. VIII. 9, 7. XVIII. 24, 4. Poft τῇ ψυχῇ autem rectius comma ponetur, quam majoris alicujus diftinctionis fignum.

Ibid. τηρῶν ἀεὶ πρὸς ἐπίθεσιν. Nifi adfcripfit καιρὸν Polybius, erit hoc nomen repetendum ex fuperioribus, quandoquidem modo dixerat τοῖς καιροῖς εἴκων. τηρεῖν, abfolute pofitum, vel fequente accufativo, *exfpectare* denotat: fed adjecta verba πρὸς ἐπίθεσιν, neceffario requirunt nomen καιρόν. Sic III. 67, 1. καιρὸν ἐπετήρουν πρὸς ἐπίθεσιν.

Verf. 8. *Verf.* 8. μὴ τὸ περί. Temere τὸ μὴ περὶ ed. 1. 2. Reg. B. μή τι περὶ Vat.

Cap. X.

CAPVT X.

Verf. 1. *Verf.* 1. μετὰ τὸ καταλυσ. Καρχηδ. τὴν προειρημ. ταραχήν. Cum διὰ τὴν προειρ. ταραχὴν darent libri, REISKIVS, fervandam præpofitionem διὰ exiftimans, fic legendum diftinguendumque contendit: μετὰ τὸ καταλύσασθαι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, διὰ τὴν προειρημένην ταραχὴν ἀπαγγειλάντων. Atque ita, quo unum evitaret incommodum, in plura incidit. Primum enim, ut fervaret præpofitionem διὰ, inferere coactus eft duas voces πρὸς τούς. Tum vero διὰ τὴν προειρημ. ταραχὴν exponit, *propter offen-*

fionem

sionem de mercenrariis, de qua dictum est p. 124. [ed. Gronov. id est lib. I. cap. 88, 8 sqq.] *aut propter eam super mercatoribus, de qua vide p.* 253." [id est III. 28, 3. conf. I. 83, 6 sqq.] — At ταραχὴ non est *offensio:* &, quam h. l. dicit τὴν προειρημένην ταραχὴν, eadem manifeste esse videtur ἡ ἐμφύλιος ταραχὴ, de qua modo dixerat II. 10, 9. quod & nexus orationis ostendit, & usus verbi προειρημένος, quo significare solet Polybius id, quod paulo ante dixerat, (cf. I. 11, 8. I. 12, 1. &c.) non quod multo ante commemoraverat. Huc accedit diserta ipsius Polybii interpretatio, qui pro eo, quod h. l. ait μετὰ τὸ καταλύσασθαι Καρχηδονίους τὴν προειρημένην ταραχὴν, inferius, ubi de eadem re agit, hisce utitur verbis, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν, λήξαντος (sic enim ibi scriptum oportuit, non λήξαντες) τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου, Ῥωμαῖοι Καρχηδονίοις πόλεμον ἐξενέγκαντες &c. III. 27, 7. Denique contendit Reiskius, non dici græce καταλύεσθαι τὴν ταραχὴν, sed καταπαύειν. At, quandoquidem ταραχὴ hoc loco de *bello* accipit Polybius, poterat sane perinde καταλύεσθαι τὴν ταραχὴν dicere, ac καταλύεσθαι τὸν πόλεμον dixit III. 8, 11. Sed quoniam proprium ac pervulgatum verbum de *compositione belli* est διαλύεσθαι, probabile fit id, quod in scholio infra contextum dixi, in veteri aliquo exemplari ad marginem, vel intra lineas scriptum fuisse διὰ, ut indicaretur διαλύεσθαι, pro καταλύεσθαι, atque inde præpositionem istam iniquo loco in ipsum contextum irrepsisse.

Vers. 1. *Ibid.* εἰς πᾶν συγκατέβαινον. Temere εἰς πᾶν οὐ συγκατέβαινε voluit Mericus Casaubonus. Immo *in omnes consentiebant conditiones, nullam pacis conditionem recusabant:* qua notione eadem phrasis occurrit XXI. 12, 11. Ad vocab. πᾶν Reiskius intelligendum censuit ἀγώνισμα δικαιοδοσίας, & exposuit, *nullam sponsionem, nullum judicium defugiebant, nulli recusabant tribunali caussæ suæ cognitionem atque definitionem committere; quæcunque offerrentur conditiones jure experiundi, omnes acceptabant.* Quod autem adjicit Polybius, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις περὶ

τούτων

Verſ. 1. τούτων δεδηλώκαμεν, de diſceptatione ſuper Sardinia nonniſi breviſſime dixit lib. I. cap. 88. immo diſceptationis fere ne meminit quidem; ſed, ſimul atque Pœnis, propter eorum conatum vindicandi ſibi Sardiniam, bellum indixerunt Romani, ſtatim temporibus ceſſiſſe Pœnos ait; libro autem II. cap. 1. ubi de Pœnorum rebus dicere pergit, nulla amplius Sardiniæ fit mentio. Quare intercidiſſe aliquid in fine libri I. vel in ſecundi initio videri debebit, niſi fateri maluerimus, non ſatis memorem hoc loco fuiſſe Polybium eorum, quæ libro primo dixerat. Ceterum ſatis quidem conſtat, fuiſſe auctores, qui ad luendam injuriam, mercatoribus romanis illatam, coactos Pœnos dicerent, ut Romanis Sardinia cederent. conf. Appian. de Rebus Hiſpan. cap. 4. & de Rebus Punicis cap. 5. Sed Polybius, in diverſam concedens ſententiam, aliam cauſſam indicti Pœnis belli & ablatæ eis Sardiniæ prodidit lib. I. 88. poſtquam diſceptatio de mercatoribus jam aliquanto ante, durante etiam tum bello cum mercenariis, amice eſſet compoſita, de qua diſceptatione dixit I. 83.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. οὐχ οἷόν τε ἦν. οὐχ οἷόντε γὰρ ἦν ed. 1. 2. & Reg. B. Scilicet, cum codex Bav. mendoſe in textu haberet οὐχ οἷόν τε εἶναι, in ora vero eadem manu ſcriptum eſſet γρ'. ἦν, id eſt, γράφεται, vel γράφε ἦν, Obſopœus, perperam accipiens iſtam notam, ridicule γὰρ ἦν edidit. Importunam particulam, quam ignorant veteres libri omnes, ejicit Caſaubonus. — *Ibid.* οὔτε τοῖς μετὰ ταῦτα. Carent h. l. τοῖς Aug. & Reg. A. male.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συστάντος. Temere συστήσαντος ed. 1. 2. Reg. B. C. invitis vett. codd.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὴν εὔροιαν τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχηδονίοις. Poterat addere participium γενομένην, quemadmodum cap. 15, 1. dicit τὴν γιγνομένην εὔροιαν Καρχηδονίοις. Sed pariter abeſſe participium poteſt, ut ſubſtantivum εὔροιαν adſciſcat dativum, quem aliâs regit verbum εὐροεῖν, quemadmodum I. 11, 1. τὴν ἀλογίαν dicit τῆς τοῖς Μαμερτίνοις

τίνοις ἐπικουρίας, & I. 45, 2. τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπίθεσιν τοῖς ἔργοις, & passim alia his similia.

Vers. 7. συνεβάλετο recte adscivit Casaub. ex Reg. B. C. cum quibus facit Flor. ac nescio an & Vat. συνελάβετο ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Vers. 7.

CAPVT XI. Cap. XI.

Vers. 1. ἐξεχώρησε dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. Vers. 1.

Vers. 2. πρὸς τὸν Ἀντίοχον. Articulum omisit ed. 1. & Reg. B. C. invitis vett. codd. Vers. 2.

Vers. 3. προβαίνοντος γάρ. Sic mssti omnes cum ed. 1. 2. — *Ibid.* ὑποικουρουμένην recte editum ex Bav. ὑποκυρουμ. Vat. Flor. Vrsin Reg. B. ὑπηκουρουμ. Aug. Reg. A. Vers. 3.

Ibid. ἀτοπίαν. ἀτοπία, ut monuit REISKIVS, est *inconvenientia, cum aliquid coire cum re præsente, aut cum proposito tuo consentire non vult, eique se accommodari non patitur:* hinc *aversio, abhorrentia*, &c. Ita πνεῦμα ἄτοπον apud Thucyd II. 49. *halitus fœdus, a quo abhorremus.* ἀτοπία ὕδατος, *pravitas aquæ, repugnans palato sapor*, apud Xiphil. ex Dionis libro LXXV. 2. Atque ita h. l. ἀτοπία dicitur esse inter homines, quorum *animi inter se non concordant, qui se refugiunt & aversantur.*

Vers. 5. ἔτη μὲν ἔχειν. Sic recte editum ex Bav. Perperam ἔσχεν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Conf. ad vers. 6. — *Ibid.* παρεστάναι cum acuto accentu scripsi, pro vulgato παρεστᾶναι. Vers. 5.

Vers. 6. ἐπεὶ δὲ καλλιερήσας κατασπεῖσαι &c. κατασπεῖσαι dederant ed. 1. 2. cum msstis omnibus, & deinde ποιῆσαι, tamquam essent infinitivi. Recte acutum accentum utrobique posuit Casaubonus. Vers. 6.

Ibid. κελεῦσαι. κελεύσαι suspicatus erat Reiskius, in optativo: quod non video quo pacto ferat grammatica ratio. Necessario nunc requiri videtur infinitivus & hoc loco & deinde: certe optativum modum in græco sermone

Verſ. 6. mone pro infinita oratione Latinorum uſurpatum, niſi præceſſerit ὡς, aut ſimilis aliqua particula, nuſquam puto reperiri. Et inſertam quidem habent in hac regione codices mssti particulam ὡς, ſed iniquo ſane loco: &, verum ſi quæris, nullus prorſus nunc locus erat iſti particulæ, quoniam & præcedunt in eadem oratione infinitivi ἔχειν & παρεστάναι, & ſequuntur λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν & κελεύειν.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. καί τι καὶ προσαξιῶσ. Alterum καὶ, quod abeſt vulgo inſerui cum Vat. & Flor. — *Ibid.* κελεύειν. Mendoſe κελεύει ed. 1. 2. cum Bav. Quod autem & ἁψάμενος in nominativo dant eædem editiones 1. & 2. in eo codicem Bav. non habent conſentientem.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἄν τι δυσχερές. Sic editum ex Bav. Commodior verborum ſeries in Vat. & Flor. ἕως μὲν ἂν δυσχερές τι, & ſic repoſitum malim. In Aug. & Reg. A. deſunt hoc loco a prima manu verba μὲν ἂν & ſeqq. uſque καὶ πιστεύειν. — *Ibid.* συνοργὸν operarum noſtrarum culpæ debetur, quibus facile ignoſcet æquus lector, & συνεργὸν corriget. — *Ibid.* νομίζοντα. Perperam νομίζοντες Vat. & Flor.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. συντίθηται. Sic Flor. & Reg. B. C. puto & Vat. Et ſic corrigere etiam juſſerant Scaliger & Reiſkius. Vulgo συντίθεται. — *Ibid.* πᾶν γάρ τι. Immerito deletum τι voluit Reiſkius. πᾶν τι eſt *omne, quidquid ſit.* — *Ibid.* In πρᾶξαι conveniunt omnes, nec opus eſt cum Scaligero πράξειν corrigere. Vide ad II. 64, 5. — *Ibid.* δυνατὸς ἂν εἴη. Carent ἂν Vat. Flor. Aug. Reg. A. male.

Cap. XII.

CAPVT XII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. αὐτοπαθῶς ἅμα δὲ ἀληθινῶς. Sic edd. & mssti. αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς Suidas in Αὐτοπαθῶς, quemadmodum ſuſpicatus erat Reiſkius. Sed amat Polybius iſtam formulam ἅμα δὲ, ubi commodius videri poterat ἅμα καί. Vide I. 11, 5. VII. 17, 5. Αὐτοπαθῶς Suidas inter-

interpretatur οἰκόθεν, ἐξ ἰδίας προαιρέσεως, id eſt, *ex proprio adfectu*, *ex vero animi ſenſu*.

Verſ. 5. οὐδενὸς μᾶλλον φροντίζειν, ὥστε μὴ λανθάνειν. ὡς correxit Scaliger: bene; nam nil huc facit ὥστε, amat autem Polybius ὡς, pro ἤ, poſt μᾶλλον. Vide VII. 4, 5. & XI. 2, 9. Sed ne ſic quidem perſanatum vulnus eſt. Ad μὴ λανθάνειν deſideratur omnino articulus τοῦ, qui latet in τε. Reſcribe igitur ὡς τοῦ μὴ λανθάνειν. Verſ. 5.

Ibid. πότε - - πότε. Vtrobique πότερον voluit Scaliger, citra neceſſitatem — *Ibid.* ἡτ]ωμένοι. Corrige levem errorem, ex edit. Caſaub. propagatum. ἡτ]ώμενοι recte ed. 1. 2. cum msstis.

Verſ. 6. νομίζοντες correxit Caſaub. Perperam νομίζοντας ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* Verbum πιστεύοντες deeſt Reg. A. & Aug. a prima manu. — *Ibid.* παραγ]έλλωσιν ſua auctoritate ediderat Caſaubonus: confirmant id autem Flor. Aug. & Reg. A. παραγ]έλωσιν ed. 1. 2. Reg. B. cum Bav. Ex Vat. nil notatur in ſchedis. Verſ. 6.

Verſ. 7. Αἰτίας μὲν οὖν. Carent οὖν Flor. Aug. Reg. A. Sæpe vero neglecta iſta particula eſt imperitia librariorum, compendium ſcripturæ non intelligentium, quo illa in vetuſtis codicibus (quemadmodum in Vaticanis membranis) expreſſa erat. Conf. ad cap. 13, 3. Verſ. 7.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Verſ. 1. τελευταῖον prætuli, quod Bav. in contextu habet, ubi altera lectio intra lineas indicatur. Viciſſim Flor. in contextu τελευταίων habet, & τελευταῖον intra lineas. — *Ibid.* συντεθέντων. Poſſis ἐπιτεθέντων ſuſpicari, quemadmodum *ſtipendio inſuper impoſito* ait de eadem re Livius XXI. 1. & τοὺς ἐπιταχθέντας φόρους Polyb. III. 15, 10. Sed & συντεθέντων bene habet, id eſt; *pecuniæ pactæ*, *pacto promiſſæ*, ut recte expoſuit Erneſtus in Lexic. Polyb. Nam Pœni, quamquam temporum ratione coacti, ipſi tamen in iſtam ſummam conſenſerant, vide I. 88, 12. III. 10, 3. Verſ. 1.

Verf. 2. *Verſ.* 2. ὑφ' ἑαυτούς. ὑφ' αὑτοὺς Flor.

Verf. 3. *Verſ.* 3. προσπεσούσης οὖν. οὖν ex Reg. B. recte inſeruit Caſaub. & confirmant Vat. Flor Vrſin. Carent ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Vide ad cap. 12, 7. — *Ibid.* Ἀσδρούβου ſcripſi cum Vat. & Flor. Vulgo Ἀσδρούβα h. l. editi, cum ceteris codd. Conf. ad cap. 8, 1. — *Ibid.* ἐνεχείρισαν. Perperam ἐνεχείρησαν Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 4. *Verſ.* 4. μιᾷ γνώμῃ, *unanimi conſenſu*, ſcilicet plebis, non item optimatium. Conf. Liv. XXI. 3 ſq.

Verf. 5. *Verſ.* 5. Ἀλθαίαν. Stephanus Byzant. & Suidas: Ἀλθαία· πόλις Ὀλκάδων. οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας. Confer Criticos ad Liv. XXI. 5, 4. & Cellar. Orb. Antiq. lib. II. cap. 1.

Verf. 6. *Verſ.* 6. προσβολαῖς ex Reg. B. correxit Caſaub. & conſentiunt Vat. Flor. & Reg. C. Mendoſe συμβολαῖς ed. 1. 2. ex Bav. & magis etiam corrupte συμφοραῖς Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐνέδωκαν αὑτούς. αὑτοὺς Bav.

Verf. 7. *Verſ.* 7. ἀργυρολογήσας recte Caſaub. ex Reg. B. cum Vat. Flor. & Reg. C. ἀργυρολογεῖν dicitur ut φορολογεῖν. conf. Lexic. Polyb. Eodem verbo utitur Polybiani ſtyli æmulus Diodorus Siculus. — *Ibid.* καινὴν πόλιν. Cum νευὴν πόλιν eſſet in ed. 1 & 2. νέαν πόλιν ſuſpicatus erat Scaliger: ſed illud νευὴν proprium primæ editionis monſtrum eſt; in καινὴν codices omnes conſentiunt.

Cap. XIV. CAPVT XIV.

Verf. 1. *Verſ.* 1. ἐπιγιγνομένῳ. ἐπιγινομ. ed. 1. 2. 3. Bav. Vat. Flor. Reg. B. C. ἐπιγενομ. ed. 4. 5. Aug. Reg. A. — *Ibid.* „πάλιν non ad Vaccæos referendum, nondum enim illos adortus erat, ſed ad ὁρμᾷν. *Rurſus* ſuſcipiebat expeditionem, ut ante, ſed in alios populos." REISKIVS.

Ibid. Οὐακκαίους. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo Οὐακαίους ex Bav. — *Ibid.* Ἑλμαντικήν. Stephanus Byz. Ἑλμαντική· πόλις Ἰβηρίας, τῆς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ'. Vbi ἐντὸς, non ἐκτὸς, ſcripſiſſe auctor vide-

tur, quemadmodum in verſ. lat. *intra Iberum* ſcribitur. Verſ. 1.
Vide mox ad Ἀρβουκάλην, & ad Καρπησίων.

Ibid. Ἀρβουκάλην. Stephanus: Ἀρβουκάλη· πόλις μεγίστη τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ, ἣν μόλις εἷλεν Ἀννίβας, ὡς Πολύβιος τρίτῃ.

Verſ. 2. συνδραμόντων ἐπ' αὐτόν. Reſtitui hoc ex Vat. Verſ. 2.
Flor. Aug. Reg. A. Vulgo ἐπ' αὐτῷ ex Bav.

Ibid. τῶν Καρπησίων. Stephanus: Καρπήσιον· ἔθνος Ἰβηρικὸν, τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. ἐντὸς reſtituendum ibi Stephano eſt, quod ſua auctoritate Berkelius in ἐκτὸς mutaſſe ſe fatetur. Conf. eumdem Steph. in Ἀρβουκάλη, & in Ὀλκάδες. Polybius, ex quo hæc duxit Stephanus, urbes iſtas gentesque *intra Iberum* ponit, (vide hoc cap. verſ. 9.) ſcilicet reſpectu Novæ Carthaginis, quod caput & ſedes imperii erat Pœnorum. Quos autem Polybius Καρπησίους dicit, eoſdem Livius *Carpetanos* vocat, cum alibi, tum lib. XXI. cap. 5. ubi in exponendis rebus, ab Hannibale geſtis, preſſo pede Polybium ſequitur. Et Καρπητανοὶ iidem apud ſcriptorem noſtrum vocantur X. 7, 5. *Carpeſiorum* gens, quæ apud Livium XXIII. 26. ex vulgata lectione commemoratur, nil huc ſpectat; & docuerunt critici Viri, *Tarteſſiorum* ibi cum codd. msstis eſſe legendum.

Ibid. ἰσχυρότατόν ἐστιν. Sic edit. 1. cum ſcriptis libris omnibus. Cum neſcio quo caſu ἐστὶν ἰσχυρότατον in editionem 2. irrepſiſſet, tenuerunt id poſteriores.

Verſ. 3. ἐκ τῆς Ἐλμαντικῆς. Sic recte Reg. B. & ed. 2 ſqq. Verſ. 3.
Truncatum nomen μαντικῆς in ed. 1. & vett. msstis. In Reg. A. tamen intra lineas ſcriptum ἐλ, & in Aug. ἐλ.

Verſ. 5. πρόβλημα. Temere πρόσβλημα ed. 1. 2. Reg. Verſ. 5.
B. — *Ibid.* οἷς εἶχε. Cum in Bav. litera χ fere ſimilis eſſet literæ λ, imperite Obſopœus εἶλε edidit; quod eo moneo, quoniam & a librariis noſtris paſſim confuſæ ſunt iſtæ literæ.

Verf. 6. 7. *Verf.* 6. ἐπιβαλλομένων. ἐπιβαλομ. Reg. A. — *Verf.* 7. πολλοὶ δέ. Temere & operarum errore τὸ pro δὲ habet ed. 2.

Verf. 10. *Verf.* 10. ὑποθέσεις, *monita, præcepta.* Vocabulo hoc eadem notione alibi pariter utitur, veluti II. 48, 8. II. 52, 6. Sed & ὑποθήκας probum, & aliis fcriptoribus ufitatum. Apud Suidam ὑποθήκαις exponitur per παραινέσεσι.

Cap. XV.

CAPVT XV.

Verf. 1. *Verf.* 1. γιγνομένην recepi ex Aug. γινομένην ed. 1. Bav. Flor. Reg. A. B. Temere γενομένην edit. 2 & feqq. Nefcio quid Vat. — *Verf.* 2. ἐπισκεψομένους. ἐπισκεψαμένους Reg. B.

Verf. 3. *Verf.* 3. παρῆν αὖθις. Mendofe πάλιν αὖθις Aug. & caret παρῆν. — * *Ibid.* Verba ἤ τις ὡσανεὶ, quæ recte ex Bav. funt edita, Vat. & Flor. corruperunt in ἤ τε σωμανεὶ, & magis etiam deformarunt Aug. & Reg. A. εἴ τε σῶμα ἢ πρόσχημα. — *Ibid.* πρόσχημα, per ufitatam fatis metonymiam, idem eft ac προέχον τι, &, de urbe præfertim ufurpatum, idem fuerit, ac προέχουσα πόλις, *urbs præ ceteris eminens, caput.* Sic Miletum Herodotus V. 28. τῆς Ἰωνίης πρόσχημα dixit; Iofephus XVIII. 2, 1. (ut monuit Erneftus) urbem Sepphorim, πρόσχημα totius Galilææ; Plutarchus in vita Alexandri cap. 17. p. 673. ed. Wechel. Σάρδεις, τὸ πρόσχημα τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ τῶν βαρβάρων ἡγεμονίας. Pariter Strabo lib. X. p. 450. humilis conditionis fua ætate oppida Aetolorum, Calydonem & Pleuronem, πρόσχημα olim fuiffe ait τῆς Ἑλλάδος, id eft, *eminuiffe inter Græciæ oppida.*

Ibid. Καρχηδονίων ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. Sic Vat. & Flor. Minus commode Καρχηδονίοις ἐν τοῖς &c. Aug. Reg. A. Præpoftere vulgo ex Bav. edebatur ἐν τοῖς Καρχηδονίων κατὰ τὴν Ἰβ. τοπ. Manifefte genitivus Καρχηδονίων referendus ad βασίλειον.

Verf. 4. *Verf.* 4. δοὺς αὐτόν. Cum αὐτὸν præferat Bav. nefcio, cafu-ne an confilio αὐτὸν ediderit Obfopœus, a quo acceperunt

ceperunt ceteri: sed tenui hoc, in quod hoc loco, ficut fæpe aliàs, confentiunt Flor. Aug. Reg. A. ac nefcio an & Vat. Ceterum parum admodum refert. Conf. ad I. 18, 3.

Verf. 5. διεμαρτύροντο. διεμαρτύραντο Aug. Reg. A. — *Ibid.* κεῖσθαι γὰρ ἐν τῇ σφετέρᾳ πίστει. conf. infra, cap. 30. & Adnot. ad II. 13, 7. — *Ibid.* τὰς ἐπ' Ἀσδρούβου γενομένας ὁμολογίας. Vulgo ἐπ' Ἀσδρούβα, quod perinde eft; fed Vat. & Flor. ἐπ' Ἀσδρούβαν, quod corruptum ex ἐπ' Ἀσδρούβου. De ufu præpofitionis ἐπὶ, qui obtinet hoc loco, conf. ad I. 6, 2. Verf. 5.

Verf. 6. ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς. Temere ἐν ταῖς βουλαῖς Suidas in Ἀννίβας, ubi ex hoc Polybii loco nonnulla protulit. Verf. 6.

Verf. 7. ὡς κηδομ, Caret ὡς ed. 1. operarum errore. — *Ibid.* στασιαζόντων αὐτῶν. Carent pronomine Aug. & Reg. A. — *Ibid.* τὴν ἐπιτροπὴν recte ex Reg. B. adfcivit Cafaub. Confentiunt Vat. Flor. Reg. C. τὴν ἐπιστολὴν ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐπανέλοιντο edidit idem Cafaub. confentientibus eifdem codicibus Vat. Flor. Reg. B. C. Ceteri ἐπανείλοντο, quod præferendum putavit Reifkius. Verf. 7.

Verf. 8. πιστεύοντες. πιστεύσαντες folus Aug. Verf. 8.

Verf. 10. ἦν ἄμεινον. ἦν caret ed. 1. errore operarum. — *Ibid.* οἴεσθαι δεῖν. Bene Cafaubonus *poftulare* interpretatus eft. Sæpius ifta formula utitur Polybius, pro qua Livius *æquum cenfere* dixit, cum non de fola fententia agitur, vel de voluntate, quam quis animo tenet, fed de *declaratione voluntatis*. Sic I. 33, 4. III. 23, 2. &c. Verf. 10.

Verf. 13. χρήσασθαι. Aoriftus primus pro futuro; conf. ad II. 64, 5. Ac præcipue poft verbum ἐλπίζειν, & poft alia ejufdem fere notionis verba, amantur aorifti pro futuris. Sic ὑπέλαβε παρελέσθαι, III. 17, 5. & ibidem τὴν ἐλπίδα τοῦ συστήσασθαι. Et hoc quidem loco, ob præcedens futurum πολεμήσειν, præferendum videri poterat χρήσεσθαι, quod habent Vat. & Flor. At familiaris Polybio eft ejufmodi variatio temporum: fic cap. 17, 7. & fæpe aliàs. — Verf. 13.

Ibid. τῇ Ζακανθ. Caret τῇ ed. 1. temere. Pejus etiam διὰ pro τῇ dat ed. 2. invitis msstis.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἁρμοζόμενοι. „Forſan ἁρμοζομένῃ", ait Caſaub. in ora Baſil. Et ita corrigendum duxerat Scaliger. Conf. ad I. 34, 2. — *Ibid.* ἔκρινεν. Perperam ἔμεινεν ſolus Aug.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τῶν προγεγονότων εὐεργημάτων. Conf. II. 11, 17. — *Ibid.* Ad καταπεφρονηκότα intelligendum αὐτῶν, nec tamen opus eſt, ut adjiciatur pronomen, quod maluerat Reiſkius. — *Ibid.* τότε δὲ διὰ τὸν ἀπὸ Καρχ. Sic Vat. Aug. Reg. A. B. C. Puto & Flor. quamquam indicare neglexit Gronov. Mendoſe τότε δὲ ἀπὸ Καρχ. ed. 1. cum Bav. omiſſis verbis διὰ τόν. τότε διὰ τὸν, omiſſa particula δὲ, ed. 2. & ſeqq. — *Ibid.* περιεστῶτα Ῥωμαίους. Tenui hoc, ut erat editum, conſentientibus Bav. Aug. Reg. A. B. C. Conf. ad I. 53, 6.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πρὸς Κλεομένῃ recte Aug. Flor. Reg. B. C. Vulgo πρὸς Κλεομένει edd. cum Bav. & Reg. A. De re conf. II. 65, 4. — *Ibid.* πορθεῖν μὲν καὶ καταστρεφ. &c. Confer IV. 16. 6 ſqq. — *Ibid.* Λισσοῦ. Mendoſe Δισσοῦ ed. 1. & ſcripti libri omnes; nam & in Aug. ita fuerat, ſed ibi eraſa dein litera δ, & in ejus locum ſubſtituta λ, quae in Reg. A. intra lineas ab alia manu ſcripta eſt. Hinc Λισσοῦ ed. 2. & ſeqq. quod in noſtram etiam irrepſit, ne ſic quidem ſatis recte. Reſcribe Λίσσου penacute, ut II. 12, 3. & IV. 16, 6.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. διορθωσάμενοι, tum ἐπιτιμήσαντες, & κολάσαντες. Sic recte dant libri omnes. Bav. autem, ſuper α intra lineas ubique ſcripta litera ο, futurum indicavit. — *Ibid.* τὴν Δημητρίου ed. 2 ſeqq. cum Aug. & Reg. A. & ex Vat. nulla varietas notatur. τὴν caret ed. 1. cum Bav. τοῦ pro τὴν dat Flor.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐξελών. Temere ἑλὼν correxit Scaliger. Probum omnino verbum ἐξελών, & confirmat Suidas in Διεψευσμένοι, ubi Polybii verba nonnulla ex h. l. protulit.

CAPVT

CAPUT XVII. Cap. XVII.

Verf. 1. προῆγε fcribendum monuerat jam Gronov. in Notis editis ad h. l. & fic in libro fuo correxit Scaliger. Codices noftri omnes in mendofum προσῆγε confentiunt. Verf. 1.

Verf. 4. παραστρατοπ. Mendofe στρατοπεδ. Aug. — *Verf.* 6. οὐδέν. Prætuli hoc cum Flor. Aug. Reg. A. nefcio an & Vat. Eodemque modo videtur etiam in Perotti fuiffe codice: fic fane interpres ille, *nullo hoftili loco poft fe relicto.* Verf. 4 fq.

Verf. 7. ἐνεργάσασθαι. Sic Flor. Aug. Reg. A. & Bav. Puto & Vat. qui certe & paulo poft προκαλέσασθαι habet Sed in Bav. fuperfcripta eft litera ε, unde vulgo editum ἐνεργάσεσθαι. — *Ibid.* προκαλέσασθαι δὲ recte Vat. & Flor. Ceteri, mutilato verbo, προκαλέσας' δὲ; fcribunt, quod vulgo editum eft. De variatione iftorum temporum, quandoquidem modo præceffit futurum εὐπορήσειν, conf. ad cap. 15, 13. Verf. 7.

Verf. 8. τότε μὲν ὑπόδειγμα. Imprudente me fervatum hoc ex editione Erneftina: fic tamen & ed. 1. 2. & codd. Aug. Reg. A. B. C. τοτὲ Bav. & ed. 3. 4. quod ferendum fortaffe videri poffit, fed non dubito equidem ex ποτὲ corruptum pronunciare, & fic refcriptum velim. Huic ποτὲ refpondet deinde ἔστι δ' ὅτε. Certe τοτὲ pro ποτὲ nufquam apud Polybium ufurpatum memini. — *Ibid.* ποιῶν αὐτόν. Sic Aug. & Reg. A. B. C. cum editis. Sed Bav. ποιῶν αὐτὸν, & paulo poft rurfus idem διδοὺς αὐτόν. Verf. 8.

CAPUT XVIII. Cap. XVIII.

Verf. 1. εἰς τὴν Δίμαλον. Sic h. l. omnes. Sed mox verf. 3. τῆς Διμάλου ex folo Aug. editum eft inde ab Hervagio, ceteri codices omnes ibi cum ed. 1. in Διμάλης confentiunt. Dein VII. 9, 13. Διμάλης edidit Cafaub. ex cod. Vrb. ubi ceteri codices δὴ μάλης habent, in quo latet Διμάλης. Apud Livium XXIX. 12. *Dimalium* neutro genere fcribitur. Ex VII. 9, 13. intelligitur, in Parthinis, Verf. 1.

Verf. 1. aut in eorum certe vicinia fitum fuiffe hoc oppidum, cujus ceteroquin nufquam mentio occurrit.

Ibid. ἀξιόχρεων correxit Erneftus, & fic dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἀξιόχρεω edd. ante Ern. & Reg. B. C. cum Bav.

Ibid. τὰς ἁρμοζούσας ταύτῃ χορηγίας. Sic editur ex Bav. ταύτης Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod ex imperitia librarii alicujus nafci potuit, qui jota ad ταύτῃ in fine adjectum cum figma commutavit, de qua confufione ad I. 15, 10. & fæpe aliâs dixi. Certe, ficut verbum ἁρμόζειν, fic & participium ἁρμόζων proprie cum dativo cafu, aut cum præpof. πρὸς, feq. accufativo, conftruitur; vide I. 29, 1. XVIII. 3, 2. I. 45, 5. V. 4, 6. Et defendendum quidem ταύτης videri poffit ex I. 44, 1. ubi eft τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως; fed ibi, fi vera vulgata fcriptura peculiaris cauffa aderat, cur dativo non eft ufus, de qua dixi ad II. 22, 11. — *Ibid.* ἐνεχείρισε recte edidit Caufaub. & fic Aug. & Reg. A. ἐνεχείρησε ed. 1. 2. Bav. Vat. Flor. Reg. B. C.

Verf. 6. *Verf.* 6. εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν. τῶν, vulgo neglectum, adjeci ex Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 8. *Verf.* 8. ὀχυρὰν εἶναι. ὠχυρῶσθαι Suidas in Διαφέρων. — *Ibid.* διαφερόντων. — „Subaudi ἀρετῇ, vel ἀνδρείᾳ, vel ῥώμῃ." REISK. — *Ibid.* ταῖς χορηγίαις ἐξηρτῦσθαι. Vide ad I. 25, 3. Temere ἐξηρτίσθαι voluit Scaliger. Conf. Toupii Curas Noviff. in Suidam, ad verbum Ἐξηρτίσθαι.

Verf. 10. *Verf.* 10. Ποιησάμενος γὰρ &c. Incipit ab his verbis *Ecloga in Codice* VRBINATE: Ποιησάμενος δὲ τὸν ἐπίπλουν Αἰμίλιος νυκτὸς &c. ufque ad finem cap. 19.

Verf. 12. *Verf.* 12. Verba συνορῶντες δὲ &c. ufque ἐπὶ τὸν λιμένα omiffa funt in ed. 1. incuria operarum. Habet enim eadem cod. Bav. cum reliquis omnibus codd. Habent & Reg. B. C. — *Ibid.* περὶ τὸν Δημήτριον. Articulum, temere neglectum in editis, inferui ex msstis.

CAPVT XIX.

Cap. XIX.

Verf. 1. γενομένης editum ex Bav. γιγνομένης Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. & Vrb. nulla notatur varietas. — *Ibid.* ἐξεληλύθεσαν. ἐξεληλύθεισαν Aug. Reg. A. Mendofe ἐξελύθησαν Vat. & Vrb. Ex Flor. nil notatur. Verf. 1.

Verf. 3. ἐκβεβοηθηκότας ex Vrb. & Reg. B. C. adfcivit Cafaub. & confentiunt Vat. & Flor. ἐκβεβηκότας ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Verf. 3.

Verf. 4. πρὸς τοὺς ἐπὶ τὸν λόφον. — „Aut ἐπὶ τοῦ λόφου legendum, fcil. ὄντας, aut πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἐπὶ τὸν λόφον, ut poftrema hæc verba referenda fint ad ὥρμησαν.“ REISK. Verf. 4.

Verf. 5. ἐνεργόν. Vat. Flor. Vrb. Aug. Reg. A. Eamdemque fcripturam ex nefcio quo codice laudavit Kühnius ad Pollucem I. 155. not. 83. ἐνεργῆ ex ed. 1. & 2. revocavit Gronov.. — *Ibid.* ἀντέπεσαν ταῖς σπείραις interpretatus fum *irruunt cum fuis manipulis.* Debueram *irruunt in eorum manipulos.* Conf. ad II. 3, 2. II. 66, 5. Verf. 5.

Verf. 7. πονούντων. Mendofe ποιούντων Aug. — *Ibid.* κατὰ τῆς νήσου. Sic libri omnes. Apud folum Suidam, in Ἀνοδία, legitur ἀνοδίᾳ καὶ κατὰ τὰς νήσους, importune inferta copula καὶ, nec minus incommode τὰς νήσους in plurali numero. Si quid corrigendum, oportebat κατὰ τὴν νῆσον, ut fuafit Gronov. in Fragm. Polyb. pag. 1566 fq. Sed nil opus. Eodem modo ἐσκεδασμένους κατὰ τῆς χώρας III. 76, 10. Sic in Evangelio Lucæ cap. 4, 14. Φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου. & cap. 23, 5. διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας. Confer Acta Apoft. 9, 31 & 42. Quo referunt etiam illud Homeri, Odyff. VI. 102. Verf. 7.

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον.

Ad quem locum quo pacto, quave ratione *atticum* perhibuerit Euftathius illud dicendi genus, doctioribus difpiciendum relinquo.

Verf. 8. ὑφορμοῦντας fcribendum monuerunt Reifkius & Erneftus; & fic recte dedit Flor. Perperam vulgo Verf. 8.

 ὑφορ-

ὑφορμῶντας. — *Ibid.* διέτριψε ex msstis reſtitui. Temere διέτρεψε editi, errore ex prima editione propagato.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Μεσσηνίων editur inde a Caſaub. & ſic dat Aug. & Reg. B. Μεσηνίων ed. 1. 2. Bav. Reg. A. Ex Vat. & Flor. nil notatur.

Ibid. ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πράξεως καιρῷ διεφθάρη· περὶ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος &c. Intercidit ea pars Hiſtoriarum Polybii, qua *interitus Demetrii Pharii* exponebatur. Poſtremus locus, quo mentio fit in Reliquiis Hiſtoriæ Polybianæ Demetrii hujus, eſt lib. VII. cap. 11. in rebus anni Vrbis 539. ubi Demetrius ſuaſit Philippo, ut occupatam Meſſeniorum arcem ſuis præſidiis teneret; cui conſilio tunc non obſecutus eſt Philippus. Sed novus conatus occupandi Meſſenen, cujus hic mentionem facit Polybius, atque obitus Demetrii ea occaſione, pertinere videtur in annum ſequentem 540, quo Philippus (ut Plutarchus refert in Arato, cap. 51. p. 1051. conf. Liv. XXIV. 40.) fœda fuga Epiro pulſus, in Peloponneſum rediit, & Meſſenen rurſus per dolum adgredi conatus eſt; (τοὺς Μεσσηνίους αὖθις ἐπιχειρήσας φενακίζειν·) ſed, re cognita, cum irritus eſſet conatus, aperta vi infeſtavit Meſſenios, & fines eorum vaſtavit. Quam rem Polybius libro VIII. expoſuit, ut adparet ex Reliquiis ejus libri cap. 10. & 14. Quod *Meſſenios per dolum adgredi conatum Philippum* Plutarchus dicit, in eo *Demetrii opera uſum regem* Polybius h. l. ſignificat. Et collatis utriuſque ſcriptoris verbis intelligitur, πρᾶξιν, quam dicit noſter, non tam *pugnam* eſſe, ut interpretati cum Caſaubono ſumus, quam *dolum, fraudem, proditionem;* qua notione ſæpiſſime aliâs uſurpatur hoc vocabulum. Quare totus locus, in quo verſamur, tali quodam modo commodius latine reddetur: *Vrbem enim Meſſeniorum de Philippi ſententia occupare temerario auſu conatus, in ipſo facinoris articulo oppreſſus periit.* Ceterum de ejuſdem viri obitu in diverſa a Polybio Appianus abit, qui (in lib. de Rebus Illyricis cap. 8.) a Romanis interfectum ſcribit, cum, a Philippo in Illyricum

cum reversus, Adriaticum mare deprædaretur. Cum Appiano consentit Zonaras Annal. lib. VIII. cap. 20 extr.

Ibid. διασαφήσομεν. διασαφήσωμεν Flor.

Vers. 12. διατάξας. Temere & invitis msstis omnibus διαλλάξας ed. 1. 2. Vers. 12.

CAPVT XX. Cap. XX.

Vers. 1. τῆς τῶν Ζακανθ. Temere τοῖς τῶν Ζακ. ed. 1. 2. 3. Mendum correxit Gronov. Vers. 1.

Vers. 3. στυγνότητα, *mæstitiam.* Nec opus videtur, ut solicitetur hæc scriptura. Livius XXI. 16. *Sub idem fere tempus & legati, qui redierant a Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse, & Sagunti excidium nunciatum est: tantusque simul* m o e r o r *patres - - metusque de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset.* Audiamus tamen REISKIVM, ita scribentem: „Forte στεγνότητα, *taciturnitatem, studium, ea, quæ in senatu aguntur, celandi, & sedulo cavendi, ne in vulgus emanent.* Ratiocinatur sic: qui potuerunt illi scriptores ea nosse, quæ tum in senatu dicta & decreta esse volunt, cum neque ipsi interfuerint, & incredibilem tradant esse senatus diligentiam, consilia sua clam habendi.“ — Vers. 3.

Ibid. προΐεσθαι. Sic Reiskius. προέσθαι Scaliger. In mendosum προσίεσθαι consentiunt scripti libri & editi. — *Ibid.* Post τῶν ἀποῤῥήτων οὐδὲν nil opus est ut cum Scaligero verba ἔθος ἐστὶν adjiciamus.

Vers. 5. Χαιρέας. *Chæreæ* hujus apud nullum alium scriptorem, quod sciam, mentio occurit, nisi quod Suidas, ex hoc fortasse Polybii loco, habet: Χαιρέας· ὄνομα κύριον. — *Ibid.* Σώσιλος. *Sosilum*, Iliensem, res gestas Hannibalis septem libris complexum esse, auctor est Diodorus Siculus lib. XXVI. Eclog. 3. Lacedæmonium eumdem Sosilum perhibet Cornelius Nepos in Hannib. c. 13. eoque Hannibalem ait literarum græcarum usum esse præceptore. — *Ibid.* οὐδὲν ἂν δέοι. οὐδὲν ἂν δέῃ Vat. Flor. Reg. B. Vers. 5.

Vers.

Verf. 6. *Verf.* 6. προσπεσόντος corrige, & condona operis leve erratum. — *Ibid.* τοῦ κατὰ τοὺς Ζακανθαίους ἀτυχήματος. Sic fcripfi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo ἀδικήματος edd. & Reg. B. C. ex Bav. quod convenit cum cap. 8, 1.

Verf. 7. *Verf.* 7. βλάβην ἐδόκει φέρειν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrfin. βλάβην φέρειν ἐδόκει edd. ex Bav. — *Verf.* 8. ἀπῄτουν edd. ex Bav. confentientibus Aug. Reg. A. ἐπαίτεον Vat. ἐπετέον (fic) Flor. — *Ibid.* προήγγελλον τὸν πόλεμον. προήγγελον Bav. Flor. Reg. B. Sed λλ cum edit. 1 & feqq. habent Aug. & Reg. A. Articulum τὸν neglexit ed. 1. cum Bav.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Verf. 1. *Verf.* 1. πρὸς αὐτούς. Mendofe πρὸς αὐτοῦ Vat. Flor.

Verf. 2. *Verf.* 2. Λουτατίου. ἐπὶ Λουκτατίου, & mox ὑπὸ Λουκτατίου, ed. 1. & Reg B. C. invitis vett. codicibus, qui in vulgatam h. l. confentiunt omnes, & rurfus cap. 29, 3. & 30, 3. Conf. ad I. 59, 8.

Verf. 3. *Verf.* 3. καὶ προαπηρείδοντο recte ex Bav. edidit Cafaub. & confentiunt veteres libri omnes. Temere καὶ ἀπηρείδοντο ed. 1. Reg. B. C. Magis etiam temere & mendofe καὶ προστάτην ἀπηρείδοντο ed. 2. ubi προστάτην ex vetere aliquo ductum putans Scaliger, ex πρὸς ταύτην corruptum fufpicatus erat, & correxerat ἐπίεζον πρὸς ταύτην, καὶ ἀπηρειδ. Sed nullum veftigium illius vocabuli in codicibus reperitur.

Verf. 4. *Verf.* 4. τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις &c. *fociis utriufque populi utrimque caveri.* Vox *duntaxat*, quam verfioni inferuit Cafaubonus, non eft in græcis.

Verf. 5. *Verf.* 5. παρανεγίνωσκον. Sic recte fcripti libri omnes, & editi ante Erneftinam, in qua temere παρεγίνωσκον fcribitur; quod operarum errore factum putarem, nifi diferte repetitum viderem in Lexico Polybiano. Conf. Adnot. ad II. 12, 4.

Verf

Verf. 6. ἀμφισβητουμένων recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Conf. XII. 16, 4 & 7. Verf. 6.

Verf. 7. πεπρᾶχθαι cum accentu circumflexo fcripfi, quemadmodum fcribi debet infinitivus. Vulgo omnes πεπράχθαι. Ceterum æque commode hic ftabit infinitivus, ac verbum finitum πέπρακται. — *Ibid.* τοῦτο τοὔργον. τοῦτο ex Reg. B. adfcivit Cafaub. quod ni confirmarent codices Vat. & Flor. lubens exfulare juffiffem, quemadmodum ignorant ceteri libri. Verf. 7.

Ibid. ὁμολογοῦντας δὴ κοινωνεῖν, *confitentes nimirum participare*, id eft, *confiteri igitur ipfos fuam participationem.* Sic utique, adhibita leviffima medicina, perfanatus locus videtur. Haud raro confundi a librariis particulas δὲ & δὴ, monui ad I. 20, 9. & I. 30, 12. Servata particula δὲ, neceffario ftatuenda fuerit poft hæc verba lacuna; quam his verbis, πρὸς πόλεμον παρασκευάζεσθαι, vel πόλεμον ἀναδέχεσθαι, explere tentarunt Scaliger & Reifkius.

Ibid. οὕτω καθολικῶτ. Οἱ μὲν οὖν καθολ. fufpicatus erat Reifk. οὕτω jam fcripferat Cafaub. in ora Bafil.

Verf. 9. καθήκει καὶ διαφέρει. Mendofe καθήκῃ Reg. A. (in quo tamen & ipfo prius καθήκει fuerat) & διαφέρῃ idem Reg. A. cum Bav. & hinc ed. 1. Sed veram fcripturam cum ceteris codd. habent Reg. B. C. — *Ibid.* παραπαίωσι reftitui ex Vat. & Flor. & fic jam fufpicati erant Gronov. & Erneft. παραπταίωσι edd. cum ceteris codd. Verf. 9.

Verf. 10. ἀλλ' ἥ τις ὁμολογουμένη θεωρία. Adoptavi certiffimam emendationem, qua Vrfinus *ex ingenio*, ut ait, *fed adjuvantibus veteribus libris*, fanavit corruptiffimum vulgo locum. Scilicet ἄλλη τῆς ὁμολογουμένης θεωρίας dabant ed. 1. 2. cum Aug. Bav. Reg. A. C. Sed ἀλλ' ἡ τῆς ὁμολογουμένης θεωρία (fic) dant Vat. & Flor. puto & Vrfini codex. Cafaubonus, pro immerita & indigna tanto viro invidia, qua in Vrfinum ferebatur, refpuens unice veram certamque mali medicinam, non folum inutile prorfus fed & peffimum emplaftrum vulneri ex Reg. B. adfcitum Verf. 10.

Verſ. 10. tum impoſuit, edens ὅλης τῆς ὁμολογουμένης θεωρίας, quod tenuere poſteriores editores.

Ibid. δικαίων. τὰ δίκαια *conventiones* interpretatus eſt Caſaubonus; non male hoc loco: ceterum notum eſt, proprie eſſe *jura*, & *quidquid aliquis pro tuendo ſuo jure, pro defendenda ſua cauſſa proferre poteſt.*

Cap. XXII.

CAPVT XXII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Γίγνονται οὖν συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις &c. Ne opus ſit ut in explicandis *Fœderum formulis, inter Romanos Pœnoſque ſancitorum*, multum moremur, poſt Iohannem Barbeyracium in Hiſtoria Fœderum, otium nobis præcipue fecerunt duæ Commentationes viri doctiſſimi Chriſt. Gottl. Heyne, Volumini tertio Opuſculorum Academicorum, quod Gœttingæ anno MDCCLXXXVIII prodiit, inſertæ, quibus Fœdera Carthaginienſium, cum Romanis ſuper navigatione & mercatura facta, illuſtrantur. Ad illas igitur Commentationes ablegantes ſtudioſum Lectorem, nonniſi pauca, & ea quidem fere maxime, quæ ad lectionis varietatem pertinent & ad eam ſtabiliendam ſcripturam, quam in græco contextu ſecuti ſumus, adferemus.

Ibid. πρῶται. Primum fœdus, quod Romani cum Pœnis inierunt, Diodorus Sicul. XVI. 69. illud eſſe perhibet, quod ſecundo loco Polybius poſuit cap. 24. — *Ibid.* Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον. Ἰούνιον deeſt codici Flor.

Ibid. ὑφ' ὧν, *a quibus.* Privatim me monuit Villoiſonus, vir doctus, ἐφ' ὧν legendum eſſe, id eſt, *quibus conſulibus*, vel *quo conſulatu, quo anno.* Probabiliter utique: nam & ab uno Horatio dedicatam eſſe Iovis ædem conſtat, (Liv. II. 9. Plutarch. in Poblic.) & ne potuerat quidem ab ambobus ſimul conſulibus L. Bruto & M. Horatio id fieri, quoniam non eodem tempore ambo conſules fuerunt, quandoquidem occiſo Bruto Lucretius, & huic demum Horatius ſubfectus eſt.

Ibid.

Ibid. τοῦ Καπιτωλίου. Articulum, qui vulgo abeſt hoc loco, repetii cum Flor. Aug. Reg. A. Puto eumdem agnoſcere Vat. e quo tamen nil notatur. Καπιτωλίου revocavi ex ed. 1. 2. & Bav. Rurſusque τὸν Δία τὸν Καπιτώλιον vel Καπετώλιον dant libri omnes cap. 26, 1. quemadmodum & paſſim apud alios auctores in multis codicibus & editionibus ſcriptum reperitur pro Καπιτωλῖνον. De ſcriptura per ε pro ι, in ſecunda ſyllaba, dixi ad I. 6, 2. Verſ. 1.

Verſ. 3. τῆς νῦν ex conject. correxit Caſaub. Id autem ipſum dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. τοῖς νῦν ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Verſ. 3.

Verſ. 5. τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου. De *Pulcro* quod vocatur *Promontorio* conſ. cap. 23, 1. & conſule quæ poſt alios diſputavit Heynius loc. cit. p. 47 ſqq. nota *q.* ubi in Danvillii concedit ſententiam, *Pulcrum* hoc *promontorium* eſſe promontorii *Hermæi* ſ. *Mercurii*, ab oriente Carthaginis in ſeptentrionem excurrentis, (quod *Cap Bon* hodie, & indigenis *Ras-Adder* adpellatur,) partem illam interiorem, quam *promontorii Herculis* nomine deſignavit doctus Britannus Shaw in Tab. ad p. 148. ſui Itinerarii. Verſ. 5.

Verſ. 6. λαμβάνειν μηδέν. Præeuntibus probatiſſimis codicibus, tuto deleri h. l. vox μηδὲν poterat. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἐν πέντε ἡμέραις δὲ ἀποτρεχέτωσαν οἱ κατενεχθέντες. Perottus: *intra diem quintum inde abito.* Abeſſe autem iſta verba a græcis exemplis, quæ præ oculis habuit Caſaubonus, nempe ab ed. 2. a cod. Bav. & a Reg. B. (nam in Vrbinate codice, quo pariter ille uſus eſt, nulla Ecloga ex hac parte Hiſtoriæ Polybianæ continetur) abeſſeque non minus ab ed. 1. & a codd. Aug. & Reg. A. teſtis oculatus cognovi. Abeſſe vero etiam a Flor. & a Reg. C. diſerte notavit Gronov. in ora duorum exemplorum ſuæ editionis, quibuſcum ipſe contulit illos codices. Denique deeſſe eadem verba codici Vaticano, dubitare nos non ſinit Spalletti noſtri diligentia, qui, membranas illas Vaticanas cum editione Hervagiana conferens, cum maximum numerum diverſarum lectionum ex hac ipſa præſertim Verſ. 7.

Vers. 7. tim parte Historiæ Polybianæ summa cum fide curaque adnotaverit, septem verborum, in impresso exemplo desideratorum, mentionem non fuerat sane præteriturus, si in Vaticano exemplari ea legerentur. Quod vero Perottus in latina versione verba ea, quæ supra exhibui, inseruit, credi posset, in exemplari græco verba quædam in eam sententiam h. l. eum invenisse, si ceteroquin constaret, emendatius & plenius exemplum, quam sunt ea, quibus nos usi sumus, ad manus fuisse illi interpreti. Sed id quidem plane contra esse, quamplurimis documentis intellexi. Quare certum videri debet, verba ista a Perotto ex eis, quæ Polybius de ejusdem fœderis formula cap. seq. vs. 3. repetit, suppleta esse & ratione haud improbabili hic inserta. Ex his autem latinis Perotti verbis græca confinxit & græco contextui inseruit Casaubonus, verba fere tenens ea, quibus in secundi fœderis formula cap. 24, 11. usus est Polybius. Miror tamen, nihil de hoc conatu in ora Basileensi adnotasse Casaubonum: certe nec a Merico in Notis editis, nec a Gronovio in schedis, ex eadem ora descriptis, mentionem ullam hujus rei factam video. Ante Casaubonum Guil. Xylander, eadem verba germanicæ versioni inserens, monuit in ora libri, ex latina versione se ea transtulisse, in græco contextu non inveniri.

Vers. 8. *Vers.* 8. *μηδὲν ἔστω τέλος, πλὴν ἐπὶ κήρυκι ἢ γραμματεῖ.* Nil variant libri, nisi quod mendose *ἐστὶ* pro *ἐπὶ* dant Vat. & Flor. Pro *ἢ* Reiskius *καὶ* maluit, sed in *ἢ* consentiunt codices. Casaubonus: *vectigal nullum pendunto, extra quam ad præconis aut scribæ mercedem.* In eamdemque sententiam & Perrottus & Xylander verba ista interpretati sunt. Neque a Casauboni interpretatione Heynius discessit, quamquam duram esse orationem confessus. Mihi nec dura admodum existimanda videbatur oratio, & sententia longe commodior, & ad id, quod proxime sequitur, aptior, si ita exponeremus: *nullum negotium ratum sit, nisi quod coram præcone, vel coram scriba fuerit confectum.* Quam interpretationem quum per literas cum Heynio

Heynio communicassem, calculo suo eam vir tam ingenuus quam doctus comprobavit in Addendis ad Opusc. Academ. Vol. III. p. 442. ubi simul monet, occurri adeo hac fœderis lege omni mercaturæ, privatis consiliis & artibus institutæ. Potueram pressius etiam ad verbum dicere: *Qui mercaturæ caussa advenerint, eis nulla res concludatur, vel conficiatur, pro confecta habeatur, nisi adhibito publico præcone aut scriba.* ἐπὶ κήρυκι ἢ γραμματεῖ idem valet ac τούτων παρόντων, quod est versu seq. Qui quidem usus præpositionis ἐπὶ, quamquam rarior, tamen non caret exemplis. Sic enim plus semel apud Appianum ἐπὶ μάρτυσι legimus: & apud Polybium nostrum XXIV. 4, 8. ἐφ' οἷς γενομένων λόγων πλειόνων, *apud quos, coram quibus* (judicibus, sive arbitris,) *multis verbis res agitata est.* Nec fortasse procul ab hoc usu hujus præpositionis abest illo, de quo dixi ad I. 67, 13. ubi *ad, apud, ante* potest exponi. Aliàs vero ὑπὸ κήρυκος, *per præconem vendere*, dicunt; ut Demosth. sub finem Orat. περὶ στεφάνου τῆς Τριηραρχίας, T. II. ed. Reisk. p. 1234. μονονουχὶ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά. Et Theophrast. apud Stobæum Serm. XLII. p. 278. ed. Basil. (p. 280. ed. Tigur.) Οἱ μὲν ὑπὸ κήρυκος κελεύουσι πωλεῖν, καὶ προκηρύττειν ἐκ πλειόνων ἡμερῶν· οἱ δὲ παρ' ἀρχῇ τινι, καθάπερ καὶ Πιττακὸς παρὰ βασιλεῦσι καὶ πρυτάνει. id est: *Sunt, qui per præconem res vendi jubeant, & plures antea dies prænunciari. Alii apud magistratum aliquem, ut Pittacus apud reges & prytanim.* Vers. 8.

Vers. 9. τῷ ἀποδομένῳ ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Vat. Flor. & cod. Vrsini. τῷ ἀποδιδομένῳ ed. 2 & seqq. ex Aug. — *Ibid.* ὅσα ἄν. Particulam ἄν tantummodo hiatus fallendi caussa vulgo insertam fuisse existimavit Reiskius. Equidem particulam illam, cum Heynio, sequenti vers. 10. post ἐὰν insertam malim. Sic mox ibid. & vers. sq. ὅσοι ἂν ὑπήκοοι. ἐὰν δέ τινες μὴ ὦσιν &c. Vers. 9.

Vers. 10. ἴσα ἔστω τὰ Ῥωμαίων πάντα. τῷ Ῥωμαίῳ pro τὰ Ῥωμαίων suspicatus est Reiskius, & provocavit ad cap. 24, 6-8. ubi similiter de æquo jure Romanorum & Pœno- Vers. 10.

Verf. 10. rum agitur, & ubi pariter alternatim fingulari ὁ Ῥωμαῖος, & mox plurali οἱ Ῥωμαῖοι, utitur Polybius. Heynius ad ἴσα ἔστω τὰ Ῥωμαίων πάντα intelligenda monuit verba τοῖς Καρχηδονίοις. Et hoc quidem fatis eft, nec diferte adjectis eis verbis opus erat. Poffis vero perinde intelligere καὶ τὰ Καρχηδονίων, nempe δίκαια. De re confer cap. 24, 12 fq.

Verf. 11. *Verf.* 11. ἀδικείτωσαν. Perperam ἀδικήτωσαν Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Verba Ἀντιατῶν ufque Ταῤῥακινιτῶν defunt Aug. a pr. manu, & Reg. A.

Ibid. Λαυρεντίνων. *Ex ingenio* fe ita correxiffe ait VRSINVS; tum ita pergit: „Noftram conjecturam & totum Polybii locum Strabo illuftrat his verbis: [lib. V. p. p. 231 fqq.] Πόλεις δ' ἐπὶ θαλάττῃ μέν εἰσι τῶν Λατίνων, τά τε Ὤστια. - - ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἄντιον. - - εἶτα Λαυρέντιον. [Λαύρεντον.] - - Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἀρδέα. - - μετὰ δὲ Ἄντιον [τὸ Κιρκαῖόν ἐστι.] - - ἑξῆς δ' ἑκατὸν σταδίοις τῷ Κιρκαίῳ Ταρακίνα ἐστί." — Cum Ἀρεντίνων darent libri, Ἀρετίνων correxit Scaliger: fed nil huc fpectat *Arretium*, quod Hetruriæ eft, non Latii. De Ἀρικινῶν cogitavit Gronov. in Notis msstis. Et eft quidem Aricia in Latio, fed remotior a mari, in via Appia; Laurentum autem ad ipfum mare.

Ibid. Κιρκαιΐτῶν. Sic Vat. & h. l. & cap. 24, 16. Κιρκαιτῶν ed. 1. 2. Bav. Flor. Sed idem Flor. cap. 24, 16. cum Vat. confentit. Mendofe h. l. Κιρκαιατῶν editio Cafaub. & feqq.

Ibid. Ταῤῥακινιτῶν. Hanc formam, tamquam veluti mediam inter diverfas hujus nominis fcripturas, feligendam putavi. Ταρακινιτῶν ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Et fic rurfus Ταρακινίτας cap. 24, 16. ed. 1. 2. & Reg. C. cum eodem Bav. Ταρακινητῶν h. l. ed. 2. Ταῤῥακινητῶν Vat. & Flor. Sed minus recte Ταῤῥακηνίτας iidem & Reg. B. cap. 24, 16. unde & h. l. Ταῤῥακηνιτῶν edidit Cafaub. quod tenuerunt pofteriores editores. *Tarracinam* Romani vocant oppidum: hinc gentile Ταῤῥακινίτης vel Ταῤῥα-

Ταῤῥακινήτης, ut ab Αἴγινα est Αἰγινήτης. Alias nunc non moror formas, quas adfert Stephanus Byz. in Ταῤῥακηνὰ & Ταῤῥαχίνη.

Verſ. 12. μὴ ὦσιν ὑπήκοοι. Conſentit Bav. cum ceteris. Proprium editionis primæ monſtrum eſt μὴ ὦ συνυπήκοοι. — *Ibid.* ἂν δὲ λάβωσι. Intellige τινά. — „Extrema hujus fœderis verba eo referenda ſunt, quod ſæpe factum legimus, ut injuriis acceptis, ſive in mari a prædonibus, ſive in terra, vel fraude emtorum & inſidiis, vel vi publica privatave, ſi publice ſatiſfactum non eſſet, agros prædarentur. Hoc igitur in Latii terris, quæ ſub Romanorum ditione non ſunt, adeoque nec in ſocietate, facere licet Pœnis exſcenſione facta; modo ne loca capta ſibi retineant, aut præſidiis impoſitis pedem in Latio figant." HEYNE Comment I. p. 53. Verſ. 12.

CAPVT XXIII. Cap.XXIII.

Verſ. 1. ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους. Sic ed. 1. cum mss tis ad unum omnibus. Particulam ὡς, quam amat cum πρὸς componere Polybius, temere neglexerunt ed. 2 & ſeqq. Verſ. 1.

Verſ. 2. οὐκ οἴονται δεῖν, *nolunt, vetant*. Vide ad III. 15, 10. Mendoſe οἷόν τε Flor. — *Ibid.* μακραῖς ναυσίν. — „Ex Polybii interpretatione hoc ponitur. In fœdere non de *bellicis navibus*, ſed omnino de *navigiis* univerſe memoratur." HEYN. Verſ. 2.

Ibid. Βυσσᾶτιν. Sic libri omnes. Vnus Reg. C. Βυσσάτην. Βυζάντιον, Βυζάκιον, Βυζακίαν, Βυζακηνὴν aliàs adpellatum illum Libyæ tractum invenimus; de quo, præter Cellarium in Geogr. Antiq. lib. IV. cap. 4. conferendus inprimis Bochartus in Geogr. Sacr. Parte II. lib. I. cap. 25. & doctiſſimus St. Croix in libro, gallice conſcripto, cui titulus: *de l'Etat & du Sort des Colonies des anciens Peuples*, p. 35 ſqq. Ptolemæo autem (Geogr. lib. IV. cap. 3.) Βυζακῖτις audit; ſic enim ibi pro vulgato Βαζακῖτις ſcribendum perſpecte Bochartus monuit & Holſtenius ad Stephanum in Βύζαντες. Sed litera σ vel σσ pro ζ uſurpaſſe in

Verf. 2. hoc nomine Polybium, non folum confentientes hoc loco libri teftificantur, verum etiam veftigia fcripturæ in Fragmento Polybiano ex lib. XII. apud Stephanum oftendunt. Conf. Reliq. lib. XII. 1, 5. Terminationem autem quod adtinet ejufdem nominis, ficut ea apud Ptolemæum Βυζακῖτις effertur, quæ terminatio analogiæ confentanea eft, & convenit cum forma nominis gentilis Βυζακίτης apud Stephanum, fic fufpicari licet, Βυσσακῖτιν fortaffe h. l. fcripfiffe Polybium, & Βυσσακίτιδα lib. XII. quod in Βυσσάλαδα corruptum fuit in Stephani codicibus. CASAVBONVS, referente Merico filio, ad oram fui exempli editionis Bafileenfis hæc adnotavit: „Scribendum erat Βυζακῖτιν, nifi Stephanus doceret, Polybium aliter extuliffe hoc nomen. Itaque hæreo: illum vide.“ —

Ibid. Ἐμπορεῖα adoptavi ex Vat. & Flor. Conf. ad I. 82, 6.

Ibid. Verba διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας non ad proxime præcedentia, fed ad fuperiora referenda effe, perfpecte HEYNIVS (l. c. p. 50.) monuit: „Male, inquit, accipiunt, *quæ propter foli ubertatem vocant Emporia.* Immo vero loca illa, Emporia dicta, *noluere Pœni a Romanis cognofci propter foli ubertatem.*“ — De re, quæ hic agitur, liceat ejufdem HEYNII monitum huc transfcribere: „Obfervetur (ait, ibid. p. 51.) Pœnorum prudentia, quod interiores terras adire noluere romanos mercatores: fed ex iis terris merces, fua opera advectas, ipfi vendidere Pœni Romanis, & ab iis emtas merces per Afrorum fora, pretio quod ipfi ftatuebant, venditarunt.“ —

Verf. 3. *Verf.* 3. ταῦτα, πάρεξ δὲ μηδὲν, *hæc, prætereaque nihil.* Sic, interpofito etiam commate poft ταῦτα, dederunt Vat. & Flor. Veriffime haud dubie. Particula πάρεξ etiam alibi fic utitur Polybius, III. 58, 9. VIII. 28, 9. quæ particula cum minus familiaris, ea quidem notione, aliis effet librariis, in verbum παρέξειν eam hi mutarunt, & δὲ poft μηδὲν rejecerunt. Sic editi vulgo cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. ubi in verfione latina ad verbum παρέξειν, id eft,

est, *se præbituros*, ut absolveretur saltem aliquo modo sententia, verbum *pollicentur* adjicere necesse habuit Casaubonus. Quod vero οἷόν τε pro οἴονται dant etiam codices Vat. & Flor. cum Bav. & ed. 1. 2. & Reg. B. C. solennis librariorum is error est, quem eumdem paulo ante ad vers. 2. ex Flor. notavimus. Recte tamen οἴονται (quod cum Ursino correxit Casaub.) dant h. l. Aug. & Reg. A. qui tamen ipsi rursus in eo peccant, quod verbo δεῖν carent, in quod recte consentiunt ceteri. Vers. 3.

Ibid. καὶ κατ' ἀνάγκην ἐν πενθ' ἡμέραις ἀπαλλάττεσθαι. Conf. ad cap. 22, 7. Quod vulgo omnes, omissa copula, dant λαμβάνειν κατ' ἀνάγκην, id *per vim capere* interpretatus est Casaubonus: sed id βίᾳ, κατὰ βίαν, non κατ' ἀνάγκην fuerit, quæ phrasis constanter passive accipitur, de eo, qui *necessitatem patitur*, non qui *vim infert*. Consentaneum igitur omnino est. ut hæc ipsa verba κατ' ἀνάγκην ad sequentia referantur: scil. ut, *qui tempestate. aut vi hostili ad illas oras fuerit compulsus, necessario intra quintum diem inde abscedere teneatur.* Sic Perottus: *atque intra quintum diem inde abire cogebantur.* Sic vero incommodo loco stat particula δέ. Oportebat κατ' ἀνάγκην δὲ ἐν πένθ' ἡμέραις, non κατ' ἀνάγκην ἐν πενθ' ἡμέραις δέ. At ipsam illam particulam nullus ex veteribus codicibus, præter Bavaricum, agnoscit; ceteri prorsus ignorant. Quare, omisso δὲ, quod ex critici viri conjectura in codicem Bav. intrasse videtur, leviori mutatione cum Perotto καὶ ante κατ' ἀνάγκην inserui: nam sicut passim a librariis nostris permutantur inter se καὶ & κατὰ, (I. 51, 7. I. 72, 6. V. 33. 8. XI. 2. 1.) & alibi perperam inseritur καὶ ante κατὰ, (ut II. 26, 1.) sic rursus alibi ante κατὰ temere omissa est copula; cujus erroris, præter hunc locum, manifestum exemplum habemus III. 103, 5.

Vers. 4. δημοσίᾳ πίστει. Perottus, *publica fide*. Et recte utique ac necessario adjectum h. l. a Casaubono vocab. δημοσίᾳ videtur. Conf. cap. 22. 9. Vers. 4.

Verf. 5. *Verf.* 5. ὡς περὶ ἰδίας adfcivi ex Flor. & fic corrigere jufferant Vrfin. & Reifk. Vulgo ὥσπερ ἰδίας.

Verf. 6. *Verf.* 6. περὶ τῆς Λατίνης αὐτῆς χώρας. Temere & contra auctoris fententiam Vrfinus αὐτῶν pro αὐτῆς voluit. De re conf. cap. 24, 16.

Cap.XXIV.

CAPVT XXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἑτέρας ποιοῦνται συνθήκας. Alterum hoc fœdus factum effe A. V. 406. (M. Valerio Corvo, M. Popillio Lænate IV. Coff.) intelligitur ex Liv. VII. 27. & Diodor. XVI. 69. qui tamen Diodorus primum hoc ait fœdus effe Romanorum cum Pœnis.

Ibid. προσπεριειλήφασι dederunt Vat. & Flor. περιειλήφασι edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. συμπεριειληφ. Vrfin. — *Ibid.* τὸν Ἰτυκ. δῆμον. Sic vett. codd. omnes. Mendofe τῶν Ἰτυκ. abfque τὸν, ed. 1. 2. Reg. B. Hinc τὸν τῶν Ἰτυκ edidit Cafaub. & feqq. — *Ibid.* Ἰτυκαίων recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἰτυκέων edd. & Reg. B. C. ex Bav. Sic rurfus verf. 3.

Verf. 2. *Verf.* 2. πρόσκειται, *adjecta funt*, fcil. *in fœderis formula.* vide verf. 4. Recte autem πρόσκειται editur ex Bav. Conf. cap. 25, 2. & 29, 5. Mendofe πρόκειται Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Ibid. Μαστία, Ταρσήϊον. De his oppidis, quæcumque adnotari ad h. l. merentur, occupavit Heynius in Commentat. pofter. not. *l.* p. 60 fqq. Scilicet & Μαστία & Ταρσήϊον ex cummuni auctorum confenfu prope fretum Herculeum erant fitæ. Vide de *Maftia* Stephanum Byz. in Μαστιανοὶ, in Μασσία, in Ἰβηρίαι, tum Avienum in Ora Maritima verf. 422 fq. & Conftant. Porphyrog. in Excerpto, quod exhibetur inter Ἀποσπασμάτια ad calcem T. IV. Geographor. minorum Hudfoni, cap. 4. Et Μαστιανοὺς ab Hannibale demum ex Hifpania in Africam tranflatos docet ipfe Polybius III. 33, 9. De *Tarfeio* vide eumdem Stephanum, ubi, ad ipfum hunc Polybii locum provocans, (Πολύβιος τρίτῳ) Ταρσήϊον, ait, πόλις πρὸς

ταῖς

τοῦς Ἡρακλείους στήλους. Sic igitur Romanis per hoc fœdus libera foret navigatio a promontorio prope Carthaginem per totam Africæ occidentalis & Hispaniæ oram: — „quod per se (sic disputationem hanc concludit HEYNIVS l. c. p. 91 sqq.) parum sit probabile, cum versus Orientem non ultra proximum a Carthagine promontorium evagari Romanos vellent. Et quam suspiciosi fuerint Pœni, notum est vel ex eo, quod peregrinos, qui ad Columnas Herculis nave accedere auderent, mari mersisse narrantur; (Strabo XVII. p. 1154.) [p. 802. edit. Casaub.] Tum, cur non scriptum simpliciter *per totam Africam & partem Hispaniæ?* Cur in Hispania ignobiles istæ urbes pro finibus constitutæ? Nec aliunde constat, Romanos Gades jam tum navibus adiisse; &, si adiissent, quam parum expectandum, ut extra illud in Oceano Atlantico prædarentur! - - Probabilius itaque est, fuisse *Mastiam* & *Tarseium* urbes vicinas Carthagini ab occidente, quarum nomina impertita mox sunt coloniis Hispaniæ, ex more communi Sidoniorum, Tyriorum & Pœnorum non minus, quam aliorum populorum. Vrbes illas postea e notitia hominum abiisse si quis miretur, cogitet, quam ingens urbium multitudo per Africam interierit. Nec tamen cum viro doctissimo de S. Cruce p. 38. asseverare audeamus, *Mastiam* esse *le Cap Blanc, Tarsejum le Cap Serra;* quod sine omni auctoritate pronunciatur." — Hæc Heynius. Conf. quæ de eodem hoc Polybii loco commentatus est Drakenborch. ad Liv. XXVIII. 3, 3. Vers. 2.

Vers. 6. μὴ ὑποτάττωνται δέ τι αὐτοῖς. δ' ἔτι pro δέ τι voluit Reiskius, & interpretatus est *non item pareant.* μὴ - - ἔτι, ait, est *non item, non etiam.* At equidem talem usum illius dictionis apud Polybium invenire non memini. — *Ibid.* ἀφιέσθω dederunt Vat. & Flor. ἀφέσθω Aug. Reg. A. ἀφείσθω edd. & Reg. B. C. ex Bav. Vers. 6.

Vers. 7. ὡσαύτως δέ. δὲ deest Vat. — *Ibid.* μηδ' οἱ Ῥωμαῖοι ποιείτωσαν, *pariter nec Romani faciant:* scilicet ἐὰν λάβωσί τινας πρὸς οὓς εἰρήνη μέν ἐστι ἔγγραπτος Καρ- Vers. 7.

χηδονίοις, -- μὴ καταγέτωσαν εἰς τοὺς Καρχηδονίων λιμένας, id eſt: *Si quem e populo cum Pœnis fœdere juncto ceperint, in Carthaginienſium portus ne deducant.* Nil opus eſt, ut pro μηδ' οἱ Ῥωμαῖοι, cum Vrſino, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι corrigamus.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ὡσαύτως δὲ μηδ' ὁ Καρχηδόνιος ποιείτω. In latina verſione ſcribe: *Similiter Poenus ne facito.* Hanc autem ſupplendæ lacunæ rationem, qua Barbeyracius jam uſus eſt, non ſolum contextus ſuadet, ſed & ſcripturæ diverſitas, quæ in codicibus obtinet; quandoquidem in Bav. & ex hoc in editis, (puto & in Vat. & Flor. e quibus nulla ab editis diſcrepantia notatur,) eſt Φιλία ἐστὶ Καρχηδονίοις ποείτω, in Aug. vero & in Reg. A. Φιλία ἐστὶ Καρχηδόνιος ποιείτω. Simillimam vero formulam diſerte expreſſam habemus vſ. 7. & 13.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. εἰ δὲ, μὴ ἰδίᾳ μεταπορευέσθω. [illegible]ecte orationem diſtinxit Caſaubonus. Nullam p[illegible]ius diſtinctionem adhibuerat Obſopœus, & præterea temere πορευέσθω pro μεταπορευέσθω ediderat. Poſt εἰ δὲ μὴ ἰδίᾳ, incidit orationem ed. 2. Ex Bav. quem cum edit. Caſaub. contuli, de diſtinctione nihil adnotavi. Poſt εἰ δὲ μὴ, diſtinguunt Flor. Aug. Reg. A. B. Sic & Scaliger, pariterque Grotius de Iure Belli & Pacis lib. II. cap. 16. ſect. 4. num. 5. (in verſ. gallica Barbeyracii T. II. p. 134. not. 10.) qui verba ſupra ſcripta, una cum ſequentibus, ſic interpretatur: „*Ni id fiat*, (quid id ſit, ait, incertum eſt: nam „quæ præcedunt, ſunt mutila:) *privatim quiſque jus ſuum* „*perſequitor. Id ubi fecerit*, (nimirum ni jus reddatur,) „*publicum delictum habetor.*" — Immo vero ad εἰ δὲ, intelligendum verbum ποιεῖ, ex proxime præcedente ποιείτω, vel εἰ δὲ ἀδικεῖ, ex ſuperiori ἀδικείτω, quod perinde eſt: *ſi vero fecerit injuriam*, nempe *ſive Pœnus, ſive Romanus.* Tum vero verba μὴ ἰδίᾳ μεταπορευέσθω manifeſte opponuntur eis, quæ ſequuntur, δημόσιον γιγνέσθω τὸ ἀδίκημα. Quo pertinet dictum illud legati romani ad Teutam, Illyrici reginam, Polyb. II. 8, 10. Ῥωμαίοις ἔθος ἐστὶ, τὰ κατ' ἰδίαν ἀδική-

ἀδικήματα κοινῇ μεταπορευέσθαι, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. Possit autem dubitationem aliquam adferre verbum μεταπορευέσθαι, quod contra græci sermonis usum passive accipiendum videtur. Sed ne id quidem fortasse necesse fuerit. Quin potius, sicut ad εἰ δὲ (scil. ποιεῖ vel ἀδικεῖ) intelligendus est nominativus, *sive Romanus*, *sive Pœnus*, vel generatim τις, *aliquis*, aut *alteruter*; sic ad μεταπορευέσθω haud incommode intelligi poterit *alter*, vel ὁ ἀδικούμενος, *is*, *cui facta fuerit injuria*. Verf. 10.

Verſ. 11. Quod erratum eſt in Σαρδόοι, pro Σαρδόνι, condonabit æquus lector typothetæ, ſatis ceteroquin attento diligentique. De *Sardinia*, ut monuit Heynius, Strabo docet lib. XVII. p. 802. ponto ſubmerſos a Pœnis eſſe advenas, qui adiiſſent. Verſ. 11.

Ibid. καὶ Λιβύῃ. — „Videri poteſt καὶ Λιβύῃ additum a male ſedulo, qui in priori fœdere utrumque jungi viderat. Si tamen verum eſt, ea Libya eſt, quæ ultra Tarſeiam & Maſtiam ſita erat. Sed potius abeſſe jubebo." HEYN. — At, a Polybio fuiſſe adjectum, ſatis intelligi videtur ex verſ. 14.

Ibid. Ante εἰ μὴ lacunam in græcis non indicavit Caſaub. ſed in latinis inſeruit verba *neve eo appellito*. Recte. Confer mox verſ. 14. In ſuperiori fœdere, cap. 22, 5. eſt μὴ πλεῖν Ῥωμαίους. Perottus h. l. *nihil emunto*; quod eſſet μηδὲ ἀγοραζέτω μηδέν. cf. cap. 22, 6. Sed in ſequentibus prorſus diſceſſit a græcis verbis idem interpres, ſic pergens, *præter res ad ſacra & ad navigia neceſſarias*; tamquam eſſet ἐφ' ὅσια, pro quo tamen πρὸς ἱερὰ dicturus fuerat Polybius, ut cap. 22, 6.

Verſ. 12. ἧς Καρχηδόνιοι. ἧς οἱ Καρχηδόνιοι Aug. Reg. A. — *Ibid.* πάντα καὶ ποιείτω. καὶ caret Aug. Ceterum, quæ nunc pluribus verbis explicantur, breviter priori fœdere ſic ſonabant, ἴσα ἔστω τὰ Ῥωμαίων πάντα. cap. 22, 10. Verſ. 12.

Verſ. 14. Πάλιν ἐν. Πάλιν οὖν ἐν ſcripſiſſe Polybium putem. Sæpius neglectam a librariis eſſe particulam οὖν, Verſ. 14.

 monui

monui ad III. 12, 7. & III. 13, 3. Particulam autem πάλιν, quam ſequente puncto majore ad præcedentia retulerunt ed. 1. 2. cum codibus noſtris, monente Vrſino, primus ad ſequentia retulit Caſaub.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. προσδιασαφοῦσι. Temere διασαφοῦσι ed. 1. & Reg. C. Sed Reg. B. cum Bav. & ceteris codd. adjecit προσ. — *Ibid.* ταττομένης. Temere ταττομένους ed. 1. 2.

Verſ. 16. *Verſ.* 16. Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς Λατίνης &c. Hæc ipſi formulæ fœderis adjecta fuiſſe, intelligi debet: ſed, cum eadem verbotenus jam priori fœdere eſſent contenta, cap. 22, 11. nunc ſatis habet Polybius, in tranſitu de his monere; præſertim quoniam eorum cauſſa potiſſimum, quæ in ditione Carthaginienſium erant, hæc fœdera omnino commemoravit. — *Ibid.* Poſt Ἀντιάτας videri poteſt excidiſſe nomen Λαυρεντίνους, quod inſeritur cap. 22, 11. Quatuor nomina, Ἀρδεάτας &c. deſunt Auguſtano & Reg. A. a pr. manu.

Cap. XXV.

CAPVT XXV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τελευταίας ποιοῦνται συνθήκας Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν. τελευταίας συνθήκας ποιοῦνται Vat. Flor. Aug. Reg. A. Tertio renovatum fœdus Romanorum cum Pœnis, quod Livius IX. 43 ad conſules anni Vrbis 448 refert, ſilentio præteriit Polybius; ſive quod ignoraret, ſive quod eiſdem prorſus conditionibus, quibus ſupra, factum eſſet. *Quartum renovatum fœdus cum Carthaginienſibus, Pyrrhi tempore*, memoratur in Epit. Liv. Lib. XIII. — „Pyrrhus autem trajecit Tarentum A. V. 473. Fœdus tamen ſub id demum tempus pactum eſſe videtur, cum Pyrrhus in Siciliam vocatus eſſet, adeoque ſub annum Vrbis conditæ 476. Idem ex rerum narratarum ordine in Livii Epit. lib. XIII. intelligitur." HEYNIVS. — Ad ejuſdem anni Conſules retulit Freinſhemius in Supplem. Livian. XIII. 47.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. πρόσκειται. Perperam πρόκειται Aug. — *Verſ.* 3. Vocab. ἔγγραπτον non expreſſum eſt in latinis. Supple

Supple *Romanus, aut Carthaginiensis foedere perscripto inierit.* — *Ibid* ἀλλήλοις, *sibi invicem*, scil. *Pœnis & Romanis, si ab externo hoste invaderentur alterutri.* Quo ipso (ut monuit Heynius) cavebatur, ne, pace a Romanis cum Pyrrho facta, Pœnos adgrederetur Pyrrhus.

Verf. 4. ὁπότεροι. Casu in editionem Casaub. irrepserat ἑκπότεροι, quod tenuere sequentes. — *Ibid.* εἰς τὴν ἔφοδον, *ad prælium* vertit Casaubonus, non male. Nec erat, cur εἰς τὴν ἄφοδον maluerit Reiskius. — *Ibid.* τοῖς αὐτῶν. Sic edd. cum msstis; sed in Bav. uterque est spiritus, ut sit primum αὐτῶν, tum ex emendatione αὑτῶν. Verf. 4.

Verf. 5. ἐκβαίνειν, *navibus exire*, scil. ad militiam terrestrem obeundam. Verf. 5.

Verf. 6. Δία Λίθον & h. l. & verf. seq. primus Ernestus in contextum recepit; &, sic scribendum esse, jam olim Vrsinus monuit, & Paulus Leopardus, Emendationum lib. VI. cap. 15. in Gruteri Thes. Critico Tom. III. p. 117 sq. Ac dubitari sane non debet, Polybium dictionem latinam *Iovem lapidem jurare* (Cic. ad Famil. lib. VII. epist. 12. Aulus Gellius lib. I. c. 21.) ad verbum græce repræsentare voluisse. Sic etiam ad oram cod. Flor. scripsit nescio quis, δία λίθον οἶμαι. — *Ibid.* ἐπὶ δὲ τούτων (scil. τῶν συνθηκῶν.) Sic recte dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 6.

Verf. 7. Ἔστι δὲ τὸ Δία Λίθον τοιοῦτον. Rursus h. l. eadem, quæ supra, varietas scripturæ. Festus voc. Lapidem: *Lapidem silicem tenebant juraturi per Iovem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me diespiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Plutarchus in Sylla: (p. 458. ed. Wechel.) de Cinna loquens, ait: Ἀναβὰς εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ λίθον, ὤμνυεν· εἶτα, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ, μὴ φυλάττοντι τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως, ὥσπερ ὁ λίθος διὰ τῆς χειρὸς, κατέβαλε χαμᾶζε τὸν λίθον, οὐκ ὀλίγων παρόντων. Vtrumque auctorem laudavit Paul. Leopardus l. c. Verf. 7.

Verf.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ποιεῖν τἀγαθά. Verbum ποιεῖν operarum incuria deeſt ed. 1. & hinc Reg. B. C. Pro ποιεῖν Scaliger μοὶ εἶναι ſcribendum putavit. Imo bene illud habet, intelligo εὔχομαι τὸν Δία.

Cap. XXVI.

CAPVT XXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Καπιτώλιον revocavi ex Bav. unde tenent ed. 1. 2. & Reg. B. C. Καπιτωλῖνον ante Caſaubonum h. l. repoſitum voluerat Vrſinus. Conf. ad cap. 22, 1. — *Ibid.* ἐν τῷ τῶν ἀγορανόμων ταμιείῳ, *in Aedilium ærario.* τῶν caret Aug. Erat autem hoc munus Aedilium Plebis, ut tabulas publicas, plebiſcita & ſenatusconſulta, primum in æde Cereris, dein in ærario adſervarent. Liv. III. 55. Dio Caſſ. lib. LIV. c. 36. Pomponius ICtus in Pandect. lib. II. §. 21. de Origine Iuris. Sueton. in Auguſt. cap. 94.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Φιλίνου. De *Philino,* hiſtorico, conf. lib. I. c. 14 ſq. — *Ibid.* καὶ μάλιστα δοκοῦντες. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 3 ſqq. *Verſ.* 3. ὑπάρχοιεν. ὑπάρχουσι ſolus Aug. — *Verſ.* 4. τὸ παράπαν. Deeſt τὸ Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 6. Μεσσηνίων tenui, ut aliàs. Sic autem jam ediderat Erneſtus cum Aug. & Reg. A. Μεσηνίων ed. 1. 2. 3. 4. cum Bav. & aliis.

Cap. XXVII.

CAPVT XXVII.

Verſ. 2 ſqq. *Verſ.* 2 *ſeqq.* Ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους *&c.* Confer lib. I. cap. 62 ſq.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐποικοδομεῖν editum eſt ex Bav. οἰκοδομεῖν Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* μηδὲ προσλαμβάνειν εἰς φιλίαν τοὺς ἀλλήλων συμμάχους, *neque cum alterorum ſociis amicitiæ fœdus jungat,* nempe, ut alteris abſtrahat ſocios, & ſibi propius jungat. conf. cap. 29, 9. In eamdem ſententiam Livius XXI. 19. *ne Carthaginienſium ſocii,* ait, *aut ſolicitarentur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐν ἔτεσι δέκα &c. Conf. I. 62, 9. & 63, 3.

Verf. 7. λήξαντος (fic corrige: λήξαντες errarunt operæ) τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου &c. Conf. I. 88. & III. 10, 1. — *Ibid.* πόλεμον ἐξενέγκαντες ἕως δόγματος, idem efſe intelligitur ac πόλεμον ἐψηφίσαντο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους I. 88, 10. Verf. 7.

Verf. 8. προσεξενεγκεῖν revocavi ex Bav. & Flor. Temere προσενεγκεῖν ed. 1. & hinc fequentes editiones & Reg. B. C. fic tamen & Aug. & Reg. A. forfan & Vat. a quo nulla notatur varietas. — *Ibid.* προείπομεν. προείπαμεν Vat. qui amat in hoc verbo aoriſtum primum. Sic cap. 33, 1. & alibi. Verf. 8.

Verf. 10. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς recte dant mssti omnes cum editis. Temere ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ora edit. 2. Verf. 10.

CAPVT XXVIII.

Cap. XXVIII.

Verf. 1. ὑπὲρ τοῦ δευτέρου πολέμου, *alterius belli*; nempe quod indixerunt, non re ipfa intulerunt. conf. cap. 27, 7. Verf. 1.

Verf. 3. χωρὶς λύτρων, monente Vrfino, correxit Cafaub. Recte, ut adparet ex I. 83, 8. Verf. 3.

Verf. 4. ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ. I. 83. Si fcripfit Polybius 'ΕΝ ΤΗ, Γ' ΠΡΟ ΤΑΥΤΗϹ ΒΙΒΛΩ,, facile excidere Γ potuit. Sic autem III. 1, 1. τρίτῃ ταύτης ἀνώτερον βίβλῳ ait, *primum librum* dicens. Sed III. 10, 1. ad eumdem primum librum provocans, ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ait. Verf. 4.

Verf. 5. Τούτων δὴ τοιούτων. Minus commode Τούτων δὴ καὶ τοιούτων Flor. Conf. cap. 30, 1. — *Ibid.* διευκρινῆσαι δεῖ. δεῖ editum eſt ex Bav. Nec commode abeſſe poſſe videtur. Cupide tamen commeatum fe dare huic verbo ait Gronovius in Notis msstis, cum a cod. Aug. deeſſe illud cognoviſſet. Verf. 5.

CAPVT XXIX.

Cap. XXIX.

Verf. 3. ἐπὶ τοῦ Λουτατίου. Sic & correxiſſe video Scaligerum. Λυτατίου h. l. eſt in ed. Cafaub. & Gronov. invitis msstis, qui in Λουτατ. confentiunt & rurfus cap. 30, 3. — Verf. 3.

Ibid.

Verſ. 3. *Ibid.* τῷ δήμῳ δόξῃ τῶν Ῥωμαίων. Commodius, puto, abeſſent duo poſtrema verba. Reiſkius nonnulla hic intercidiſſe ſuſpicatus erat, velut οὐ γὰρ προσέκειτο, κυρίας εἶναι ταύτας τὰς συνθήκας, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ τῶν Καρχηδονίων, καθάπερ ταῖς ἐπὶ Λουτατίου (ſcil. προσέκειτο) κυρίας εἶναι *&c.* Sed ſatis illa quidem per ſe intelliguntur.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. κἀκεῖνοι. ἐκεῖνοι Aug. Sic & Flor. ſed in hoc altera lectio inter lineas adnotatur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. προϋπάρχοντας ex ſolo Aug. in editionem Baſil. & inde in ſeqq. eſt receptum. Teneri debuerat παρὰ τοὺς ὑπάρχοντας, in quod cum ed. 1. conſentiunt ceteri codd. omnes. — *Ibid.* περιλαμβάνεσθαι. Conf. cap. 24, 1. Recte *comprehendi* interpretati ſunt Perottus & Caſaub. Id autem eſt περιλαμβ. non παραλαμβ.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὅτε δὲ, *quandoquidem vero.* — *Ibid.* ὅτι, pro mendoſo ἔτι, recte poſuit Caſaub. Sic etiam Scaliger correxerat. Sæpius iſta confunduntur: rurſusque cap. 30, 2. pro ὅτι, ἔτι habet Bav. — *Ibid.* Octo verba ἑκατ. συμμ. καὶ τοῖς οὖσι τότε καὶ τοῖς deſunt ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Ex Reg. B. C. expreſſit ea Caſaub. & confirmant Vat. Flor. & Vrſini codex. — *Ibid.* καὶ τοῖς καὶ μετὰ ταῦτα Vat. repetita particula καί. — *Ibid.* ἦν ὑπάρχειν. Carent ἦν Aug. Reg. A.

Verſ. 7. 8. *Verſ.* 7. φανῶσιν. Corrige φανῶσιν. — *Verſ.* 8. περιόψεσθαι. περιόψονται maluerat Reiſkius, ut jungeretur cum ὠφελοῦνται. Sed percommode ad præcedens verbum ἔμελλον referretur hic infinitivus, οὐδὲ μὴν περιόψεσθαι ἔμελλον.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἀμφοτ. τότε συμμάχων ἀφέξεσθαι &c. Hoc dicit: *ne quis populus cum alterius populi ſociis peculiare fœdus jungat, quo illi a priori ſocietate abſtrahantur.* conf. cap. 27, 4. — *Ibid.* Verba καὶ κατὰ μηδένα τρόπον &c. uſque εἰς συμμαχίαν, Scaliger loco movenda, & ſuperius poſt φίλοι καὶ σύμμαχοι reponenda cenſuerat.

Verſ.

Verf. 10. περὶ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα προσληφθησομένων, αὐτὸ τοῦτο &c. Non fatis in liquido eft, quid fit hoc, quod figillatim de eis dicit, *qui poftea effent adfumendi.* Præcipue vero haud fatis adparet, quo pertineant verba ifta αὐτὸ τοῦτο, quæ nos latine reddidimus *hoc ipfum cautum eft;* Cafaubonus, cujus ceteroquin verfionem ad verbum h. l. tenuimus, interpretatus eft, *de iis vero, qui poftea effent affumendi, ut illa acciperentur, ne militem conduceret* &c. Quod fi græca verba, qualia exhibuimus toto hoc verfu cum Cafaubono, attentius infpiciamus, erit αὐτὸ τοῦτο referendum ad τὸ συνέχον τῆς ἐννοίας, quod præceffit; ut hoc dicat Polybius: *de iis vero, qui poftea effent adfumendi, hoc ipfum* (vel, *hoc folum, hoc unum*) *fuit mens ac fententia utriufque populi in illo fœdere.* Atqui, fi hoc dixit Polybius, confentaneum erat, ut jam non ipfa verba fœderis, quæ huc fpectant, repeteret, fed ut ea cum aliis quibufdam commutaret, quæ planius quodammodo explicarent fententiam; quemadmodum fuperiori verfu fecit, ubi, pro illis verbis fœderis (cap. 27, 4.) μηδὲ προσλαμβάνειν εἰς φιλίαν τοὺς ἀλλήλων συμμάχους, hæc pofuit, τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἀμφοτέροις τότε συμμάχων ἀφέξεσθαι, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον &c. Sed nunc ipfa reliqua verba fœderis repetit, non explicat: nifi forte urgere volueris adjectum vocabulum συμμαχίαις ad ἐπαρχίαις, & adjectum vocabulum πᾶσι ad ἀσφάλειαν. Quare non adparet, quo pacto dicere poffit, αὐτὸ τοῦτο effe τὸ συνέχον τῆς ἐννοίας, *ipfum hoc* (vel *unum hoc*) *fuiffe mentem ac fententiam fœderis.* Reftare igitur videtur, ut aliud quid quæramus, quo commodius referantur verba illa αὐτὸ τοῦτο. Atque id inveniffe fibi vifus eft Reifkius in lectione, quam præftant ed. 1. 2. & Reg. C. ex codice Bav. cum pro ὑπάρχει τε τὴν ἀσφάλειαν πᾶσι, dant ὑπάρχειν ἐστὶ τὴν ἀσφάλειαν πᾶσι, Quam lectionem probans REISKIUS, verba illa αὐτὸ τοῦτο ad hoc ἐστὶ retulit, fimulque adoptans fcripturam codicis Aug. (cum quo confentit Reg. A.) πᾶσι τοῖς παρ' ἀμφοῖν, pro πᾶσι τὴν παρ' ἀμφοῖν,

Verf. 10.

Verf. 10. φοῖν, totum locum inde a verbis αὐτὸ τοῦτο hoc modo interpretatus eſt: „*Hæc ipſa legis, vel tabularum fœderis verba, mercenarios non conſcribere alteros in alterorum ditione, neque audere alteros alterorum aut civibus aut ſociis quicquam imperare; ἐστὶ* (h. e. δύναται, βούλεται δηλοῦν, σημαίνει) *hæc, inquam, verba ſignificant, eſſe paratam ſecuritatem omnibus iis, qui ſint penes ambos,* aut *utrique parti addictis, quocumque nomine.*“ Hæc Reiſkius. De quibus, cum haud ſatis in plano mihi res ſit, integrum erudito lectori relinquo judicium. Hoc moneo, ὑπάρχειν τε τὴν ἀσφάλειαν ex Reg. B. adoptaſſe Caſaubonum, eamque lectionem confirmari auctoritate codicum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Pro ἐστι vero, quod (ut dixi) eſt in ed. 1. & 2. ἔτι voluerunt Vrſinus & Scaliger. In ſuperioribus præterea nonnullæ ſunt codicum varietates. Pro περὶ δὲ τῶν dat περὶ δὴ τῶν Flor. Tum τὸ ante μὴ ξενολογεῖν omittunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et pro μὴ ξενολογεῖν dant μή τε ξενολογεῖν Flor. & Reg. B.

Cap. XXX.

CAPVT XXX.

Verf. 1. *Verſ.* 1. Poſt ἔτεσιν ἤδη omnia deſunt Aug. a prima manu & Reg. A. uſque κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἤδη verſ. 2.

Verf. 2. *Verſ.* 2. ὅτι στασιάσαντες. Mendoſe ἔτι στασιασ. Bav.

Verf. 3. *Verſ.* 3. τὸν πόλεμον Καρχηδονίους. Temere Καρχηδονίους ed. 1. 2. Reg. B. C. — *Ibid.* Λουτατίου. Λυτατίου ſola editio Caſaub. invitis msstis. — *Ibid.* ὑφ' ἑκατ. Sic libri omnes. ἀφ' ἑκατέρων voluit Vrſinus. — *Ibid.* Poſt συνθήκας καθ' ἃς omnia perperam omiſit ed. 1. uſque ἐπ' Ἀσδρούβου καθ' ἃς, qua tamen habet Bav. & Reg. B. C. cum ceteris codd. — *Ibid.* Ἀσδρούβου. Ἀσδρούβα ed. 2. invitis msstis.

Verf. 4. *Verſ.* 4. καιρῷ γὰρ πεισθέντες, *tempori obtemperantes.* Nil opus eſt, ut cum Reiſkio πιεσθέντες ſuſpicemur. — *Ibid.* σὺν καιρῷ τοὺς βλάψαντας reſtitui ex ed. 1. 2. conſentientibus msstis, contra quorum fidem τοὺς σὺν καιρῷ βλάψαντες edidit Caſaub. & ſeqq.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Cap. XXXI.

Verſ. 1. θεωμένων revocavi ex edit. 1. cum qua faciunt Bav. Vat. Flor. & Reg. B.C. θεωρουμένων ed. 2. cum Aug. Reg. A. Oportuiſſe θεωρούντων monuit Reiſkius. Conf. ad I. 57. 1. Verſ. 1.

Verſ. 3. τολμήσαι recte editum ex Bav. πολμῆσαι Aug. Reg. A. — *Ibid.* διὰ τὸ deeſt Flor. διὰ τοῦ κἂν dat Vat. Verſ. 3.

Ibid. μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι. Sic ex Reg. B. edidit Caſaub. & ſic ex ingenio corrigere juſſerat Vrſinus, deleta tamen particula ποτ' poſt ἐχόντων. Codex Vaticanus cum cett. codd. & ed. 1. 2. in contextu habet μηδένα τῶν νοῦν ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα (repetitum hoc μηδένα habent codd. omnes, quod in ſcholio noſtro infra contextum me imprudente omiſſum eſt) τῶν νοῦν ἐχόντων, ſed pro priori νοῦν in marg. habet νῦν. Reiſkio aliud quid includere viſa eſt iſta codicum ſcriptura, unde ita ſcripſiſſe Polybium ſuſpicabatur: διὰ τὸ, κἂν τὸ παρὸν εὐτυχῇ, τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν νῦν παρόντων εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων. Sed μὴ δεῖν non ſatis quadrat cum εὐλόγως, & ſuperfluum omnino verbum δεῖν videtur, ac poſſumus etiam verbo παρόντων carere. Itaque fortaſſe, leviſſima mutatione, priori μηδένα in μὴ διὰ mutato, teneri poterat reliqua codicum ſcriptura, hoc modo: διὰ τὸ - - - τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μὴ διὰ τῶν νῦν ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων. Sententia eadem erit, quæ Reiſkianæ ineſt emendationi: *eo quod nemo ſanæ mentis umquam per ea, quæ nunc ſunt, ſpem de futuro ſatis certo confirmatam ſibi facile putaverit.* Et ſane ad βεβαιώσασθαι τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα requiri videtur aliquid hujuſmodi διὰ τῶν νῦν, vel ἐκ aut ἀπὸ τῶν νῦν.

Verſ. 5. βοηθοὺς εὕροι καὶ συμμάχους. Sic vett. libri omnes. Temere ed. 1. βοηθοὺς ἢ συμμάχους, & caret εὕροι, quod communi conſenſu codices omnes agnoſcunt. Tum εὕροι βοηθοὺς ἢ συμμάχους Reg. B. quod expreſſit Verſ. 5.

Caſaub. & ſeqq. *βοηθοὺς εὕροι ἢ συμμάχους* ed. 2. — *Ibid. παρορμῆσαι* recte Caſaub. cum Reg. B. Ante eum edd. & mssti *παρορμῆσαι.*

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *πῶς δ' ἄν.* Temere *πῶς ἂν* ed. 1. — *Ibid. διαφυλάξοντας. διαφυλάξαντας* ed. 2. temere & invitis msstis. — *Ibid. παροξύναι* Caſaub. cum Aug. Reg. A. *παροξῦναι* ed. 1. 2. & Reg. B. cum Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *πάντες* temere neglexit ed. 1. — *Ibid. δυσθεώρητον.* Perperam *δυσθεωρητέον* ed. 1. & Reg. B. cum Bav. — *Ibid. ἐπισκοπεῖσθαι. ἐπισκοπεῖσθαι* ed. Ern. operarum errore. — *Verſ.* 8. *αὐτῶν τῶν πραγμάτων.* Temere deeſt *τῶν* edit. 1. & Reg. B. C.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *συνοργιζόμενον.* Sic ed. 1. 2. conſentientibus msstis. Si futuro opus eſſet, *συνοργισθησόμενον* mallem cum Reiſkio. — *Ibid. τὸν δικαιώσοντα.* Caſaubonus: *quis in auctorem injuriæ ſit animadverſurus. τὸν συνδικαιώσοντα* ſuſpicatus eſt Reiſkius, quod verbum nuſquam invenitur. Nec opus eſt, ut aliud quæramus, quam quod libri offerunt. Eadem notione ſumitur h. l. verbum *δικαιοῦν,* qua in græca verſione Eſajæ prophetæ cap. 1, 7. *δικαιώσατε χήραν, defendite viduam, cauſſam agite, cauſſam agite, jus defendite viduæ.* — *Ibid. πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλῶν.* Caret *καὶ* ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. *πρότερον* ſcribendum monuerat Reiſkius, & ſic recte dant Vat. & Flor. Ceteri cum editis *προτέρων.*

Verſ. 12. *Verſ.* 12. *τὸ διὰ τί.* Temere *καὶ διὰ τί* ed. 2. — *Ibid.* Poſt *τὸ καταλειπόμενον* temere omiſſa omnia in ed. 1. uſque *πρὸς δὲ τὸ μέλλον,* & ſtatim ſequitur *οὐδὲν ὠφελεῖ.* — *Ibid. ἀγώνισμα, ludicrum ſpectaculum,* ut apud Thucyd. I. 22. ex quo ſententiam hanc expreſſit Polybius. Confer Lucian. de Conſcribenda Hiſtor. cap. 42. T. II. edit. Wetſten. p. 55 ſq. — *Ibid. τὸ παράπαν.* Iunctim *τοπαράπαν* Bav. Aug.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Verf. 1. Ἠ καὶ correxit Cafaub. ἢ καὶ ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* δύσκτητον. Perperam δυσκίνητον Aug. Vide verf. 2 & 3. Cap. XXXII. Verf. 1.

Verf. 2. πόσῳ γὰρ reftitui ex Vat. & Flor. Ceteri cum editis dant πόσῳ γε, quod ortum eft ex ingenio alicujus hominis, qui hæc ad præcedens verbum ἀγνοεῖν referenda putavit, neque recordatus eft, verbum illud abfolute poni pro *errare, imperitum effe*, ut cap. 38, 3. & fæpe aliàs. — *Ibid.* καὶ κτήσασθαι dederunt iidem codd. Vat. & Flor. Ceteri vulgo negligunt h. l. copulam. Verf. 2.

Ibid. διαγνῶναι. Quamquam διαγνῶναι aliàs *decernere, ftatuere* denotat, ut II. 66. 8. tamen nil impedit, quo minus etiam alia notione, quæ huic loco conveniat, *perlegere, totum recognofcere*, ufurpari potuerit. Et fane nihil hic variant libri: ac rurfus eadem modo XXI. 9, 3. παραγενομένης δ' αὐτῷ ἐπιστολῆς, κομισάμενος ταύτην καὶ διαγνούς. Sic rurfus apud Aelianum Var. Hift. XIV. 43. (quem citavit ad h. l. Reifkius) in idem verbum confentiunt codices, λαβοῦσα τὸ βιβλίον παρὰ τοῦ παιδὸς, εἶτα οὐκ εἴασε διαγνωσθῆναι τὸ πᾶν. Quare temerarie factum utique foret, fi διαναγνῶναι h. l. (ut voluit Cafaub. in ora Bafil.) & διαναγνοὺς XXI. 9, 3. cum Gronovio, & διαναγνωσθῆναι apud Aelianum cum Perizonio corrigere, refragantibus libris cunctis, vellemus. Quo accedit, quod h. l. verbum διαγνῶναι refertur ad præcedens δύσγνωστον, quod pariter idem valet ac δυσαναγνωστον. Alia ratio eft verbi παραναγνῶναι, *recitare*, in cujus compofitione non facile abeffe præpofitio ἀνὰ poteft; de quo verbo dixi ad II. 12, 4.

Ibid. κατὰ μίτον ἐξυφασμένας. Ex ingenio fe ita corrigere ait Vrfinus, adjuvantibus conjecturam libris manufcriptis. Scilicet κατάμυκτον dabant ed. 1. & 2. fed id quidem invitis msstis, qui in κατάμικτον confentiunt. κατὰ μίτον, poft Vrfinum, Scaliger quoque correxit in ora fui libri; nec erat cur iftam emendationem follicitaret

Verf. 2. Reifkius, longius difcedens a codicum fcriptura, & *κατ' ἄτρακτον* fuadens, fcil. *ἕνα*, quod interpretatur *ad eumdem fufum*, h. e. *ad eamdem formam omnes libri & in eadem officina elaborati*, provocatque ad Iungermannum ad Polluc. VII. 30. ubi tamen nihil reperitur, quod ifti fcripturæ & interpretationi magnopere favere videatur. *Μίτος*, ut oftendunt exempla, a Suida & ab Henr. Steph. in Thef. congefta, *licium* dicitur, & omnino omne *filum*, fed præfertim quod *in textura* adhibetur. Tum, *κατὰ μίτον ἐξυφαίνειν* (vel *κατὰ μίτον γράφειν*) proverbialiter dicere confueviffe Græcos, fatis conftabit, fi cum hoc Polybii loco illud Ciceronis verbum ad Atticum contulerimus lib. XIV. epift. 16. *Herodi mandaram, ut mihi κατὰ μίτον fcriberet*. Quæ fit autem vis illius dictionis, dubitari nonnihil poteft. Apud Ciceronem Erneftus in Ind. græcolatino *κατὰ μίτον* interpretatur *fingula quæque, tamquam telæ licia, percurrendo;* ut fit idem quod *κατὰ λεπτόν*. Et poterit utcumque eadem interpretatio Polybii verbis pariter adplicari; fed ad illius inftitutum adcommodatior videtur Cafauboni verfio, *legere libros XL. continuo filo detextos:* quæ fententia ne a Ciceronis quidem mente aliena videtur, cujus verba ita intelligi commodiffime poterunt, ut dicat: Herodi mandaram, ut *mihi omnia continuo filo, continua ferie, ab initio ad finem, non abrupta nonnulla, perfcriberet.*

Ibid. *ὑπὸ Τιμαίου.* Librorum fcripturam quod adtinet, præter hæc, quæ dixi in fcholio, ipfo contextui fubjecto, notamus, in ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. ita legi, *ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Πύῤῥον καὶ Τίμαιον συγγραφέντων καιρῶν ἐξηγήσεως.* In ed. 2. cum Aug. & Reg. A. fic: *ἀπὸ τῆς τῶν κατὰ Πύῤῥον καὶ Τίμαιον συγγραφέντων καιρῶν ἐξηγήσεως.* Equidem in lectione codicum Vat. & Flor. adquiefcendum puto, inferto folum, ut dixi, pronomine *τῆς*. Perottus quid in fuo legerit codice, ex verfione ejus haud adparet; nihil enim, nifi hæc verba, habet, *a tranffretatione Pyrrhi in Italiam ufque ad captivitatem Carthaginis; &*

Timæi

Timæi nomen filentio præteriit. De re confer I. 5. 1. & ibi adnotata.

Verf. 3. τὰς τῶν κατὰ μέρος γραφόντων συντάξεις. Verf. 3.
συντάξεις funt *fcripta, libri, opera;* cum quo fane non convenit τῶν γραφέντων, *eorum, quæ fcripta funt*, fed τῶν γραφόντων, *eorum, qui fcripferunt.* Putaveram olim τῶν τὰ κατὰ μέρος effe legendum. Sed & eodem modo deinde, verf. 8. τῶν γραφόντων καθόλου abfque articulo dixit, non τὰ καθόλου, & I. 4, 6. τῶν κατὰ μέρος γραφόντων τὰς ἱστορίας. Ac differunt nonnihil (ut jam fupra monui ad II. 40, 6.) duæ dictiones, κατὰ μέρος γράφειν vel εἰπεῖν, & τὰ κατὰ μέρος. Illud denotat *ex parte quadam, aliquatenus*, adeoque h. l. *partem aliquam rerum geftarum, hiftoriam particularem* confcribere, (conf. I. 4, 3.) & idem eft ac ἐπὶ μέρος vel potius ἐπὶ μέρους eodem hoc cap. verf. 10. cui opponitur ἡ καθόλου ἱστορία, *hiftoria univerfa, hiftoria univerfalis.* Contra, τὰ κατὰ μέρος εἰπεῖν (III. 19, 11. III. 28. 4. & fæpius alibi) eft, *particulatim, enucleate dicere, fingula momenta perfequendo;* pro quo tamen & κατὰ μέρος abfque articulo invenitur X. 27, 7. & XI. 3, 5. ubi vereor, ne præter neceffitatem articulum Reifkio adjecerim.

Verf. 4. ταὐτὰ, monente Vrfino, recte edidit Cafaub. Verf. 4.
Sic autem & Bav. ταῦτα ed. 1. 2. & Aug.

Verf. 5. ἀλλοιοτέρας non video cur non placuerit Reif- Verf. 5.
kio, qui ὁμοιοτέρας aut βεβαιοτέρας fufpicatus eft. Quamquam in deteriorem partem fæpius ufurpatur illud nomen, (conf. ad II. 50, 8.) non tamen neceffario in eam partem eft accipiendum, præfertim ubi non abfolute ponitur, fed fequente genitivo.

Verf. 6. ἐπιγιγνόμενα. Mendofe ἐπιγινωσκόμενα Vat. Verf. 6.
& Flor. — *Ibid.* μάλιστα τά. Articulus, qui neceffario requirebatur, abforptus in libris eft ab extrema fyllaba vocis præcedentis.

Verf. 7. Ἀννιβικόν. Sic Vat. & Flor. & editiones Verf. 7.
fimul omnes, quamquam aliter h. l. Bav. Conf. ad I. 3, 2. —

 Ibid.

Ibid. περὶ Σικελίαν. Sic h. l. fcripti & edd. Aliâs περὶ Σικελίας dixit, I. 13, 2. I. 63, 4. III. 21, 2 fq.

Verf. 8. *Verf.* 8. τῶν γραφόντων καθόλου. Sic veteres codd. omnes. Temere edd. & Reg. B. C. γραφέντων, errore ex prima editione propagato. Poffis fufpicari τὰ καθόλου, fed haud incommode intelligitur accufativus τὰς πράξεις vel τὴν ἱστορίαν. Conf. ad vf. 3.

Ibid. Περσικόν. Articulum τὸν præpofitum voluit Reifkius, quod facile patiar. Sed nomen Περσικὸν non debuit ab eo folicitari, quo & alibi Polybius (vide III. 3, 8. III. 5, 4.) & alii fcriptores utuntur ad defignandum *Perfei bellum*. Περσεικὸν, quod voluit Reifkius, vereor, ne nufquam reperiatur.

Verf. 9. *Verf.* 9. συγγράφουσιν. γράφουσιν Flor. — *Ibid.* ὑπολαμβάνοι ex ed. 1. reftituit Gronovius. Sic autem eft in Bav. & Flor. ὑπολαμβάνουσι ed. 2. 3. cum Aug. & Reg. A. quibus (ni fallunt fchedæ) adfentitur Vat.

Verf. 10. *Verf.* 10. τῶν ἐπὶ μέρος συντάξεων. Si vera eft fcriptura ἐπὶ μέρος, dictum hoc erit, ut ἐπὶ μέγα, ἐπὶ πολὺ, ἐπὶ σμικρόν. Sed rectius videtur ἐπὶ μέρους, quod eft VII. 7, 6. & eadem ratione dicitur ac ἐπὶ κεφαλαίου vel ἐπὶ κεφαλαίων. Eft autem idem, quod κατὰ μέρος, de quo dixi ad verf. 3.

Cap. XXXIII.

CAPVT XXXIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὰ παρὰ τῶν Καρχηδ. παρὰ temere omifit ed. 1. — *Ibid.* εἶπον. De more codicis Vat. aoriftum primum præferentis, dixi ad cap. 27, 8.

Verf. 2. *Verf.* 2. δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον. Livius XXI. 18. *finu ex toga facto.* Pluribus & apertioribus verbis Zonaras, Annal. VIII. 22. Μάρκος ὁ Φάβιος, τὰς χεῖρας ὑπὸ τὸ ἱμάτιον ὑποβαλὼν, καὶ ὑπτιάσας αὐτὰς, id eft, *manus fub veftem ponens, & eas in altum tollens.* — *Ibid.* ἐνταῦθα adfcivi ex Vat. & Flor. εὐτεῦθεν edd. cum Bav. Aug. Reg. A.B.C.

Ibid.

Ibid. ἐκβαλὼν dederunt iidem Vat. & Flor. Deinde ἀπολείψειν Flor. Livius prius membrum ad verbum expreſſit, alterius membri ſententiam exprimere contentus: *Hic vobis bellum & pacem portamus: utrum placet, ſumite.* Cum ἐκβαλεῖν οὖν ὁπότερον ἂν κελεύσωσιν ἀπολήψειν vulgo legeretur, & cum ante ἀπολήψειν aſteriſcum poſuiſſet Caſaubonus, docuit MERICVS CASAVBONVS ex ora Baſileenſi, pro mendoſo habuiſſe patrem verbum ἀπολήψειν, ipſe autem defendit, compoſitum pro ſimplici λαμβάνειν uſurpari contendens, & hanc adjiciens verborum interpretationem: *Vtrum eorum (pacem an bellum) promere juſſerint Carthaginienſes*, ἀπολήψειν, *accepturos*, vel *habituros.* Tum vero, ne opus quidem omnino fuiſſe hoc verbo, ſatetur, & ſolum ἐκβαλεῖν potuiſſe ſufficere; ſed ſexcentos ait in Polybio eſſe locos, ubi major verborum redundantia. Ad quae REISKIVS monuit quidem, rectius ἀπολήψεσθαι in medio dici; nec tamen improbans Merici rationem, ait: „ſive cum Merico Caſaub. ἀπολήψειν ſervas, & accipis pro ſimplici λήψεσθαι, ſive legis ἀπολείψειν, *ſeſe ipſis relicturum, utrum vellent*, aut ἀποῤῥίψειν, *ejecturum*, *excuſſurum*, non multum refert." — Ἀπολείψειν apud Polybium legiſſe videtur Zoaras l. c. Ἐγὼ μὲν ἐνταῦθ', ὦ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὴν εἰρήνην φέρω. ὑμεῖς δ', ὁπότερον αὐτῶν βούλεσθε, ἕλεσθε. Ἀποκριθέντων δὲ, μηδέτερον μὲν αἱρεῖσθαι, δέχεσθαι δ' ἑτοίμως ὁπότερον καταλείψουσιν, *accipere vero lubenter utrum relinquerent ipſis legati.* Verſ. 2.

Verſ. 3. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Καρχηδ. Bomilcar is fuit, Hannonis pater, ut diſcimus ex cap. 42, 6. *Reges* Polybius adpellat annuos illos magiſtratus Carthaginienſium, quos *Sufetes* Livius aliique, Punico nomine latina terminatione, vocant. Conf. Cornel. Nepot. in Hannib. cap. 7. Verſ. 3.

Verſ. 4. δέχεσθαι φάσκοντες. φάσκοντες δέχεσθαι Flor. Verſ. 4.

Verſ. 6. δεύτερον δ' Ἀσδρ. Conjunctionem, temere vulgo neglectam in editis, inſerui ex veterum codicum conſenſu. — *Ibid.* τἀδελφῷ. τῷ ἀδελφῷ Flor. & ſic rurſus Verſ. 6.

verſ. 14. — *Ibid.* τῇ τε τῶν Ἰβήρων Vat. Flor. Aug. Reg. A. τε deeſt h. l. editis & Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Θερσίται. Ταρσηΐται ex ingenio ſcribere juſſit Vrſinus, quam conjecturam probavit Heynius in Commentat. poſter. de Fœderibus Carthag. cum Rom. p. 61. Confer ſupra ad cap. 24, 2. Sed DRAKENBORCHIVS, hunc locum tangens ad Liv. XXVII. 3, 3. „Pro Θερσίται, ait, legendum cenſerem Ταρσηΐται, niſi Θερσίται, populus Hiſpaniæ, obcurrerent apud Stephanum ea voce.“ — Nempe non nomen ſolum habet Stephanus, Θερσίται, ἔθνος Ἰβηρικόν· ſed & diſerte ad hunc Polybii locum provocat, Πολύβιος τρίτῳ. ut adeo in ſuo etiam Polybii exemplo Θερσίται legerit Stephanus. Fortaſſe, quemadmodum Ταρσὸς, urbs Ciliciæ, Τερσὸς ab aliis dicta eſt, ut idem docet Stephanus, ſic librarius aliquis, huic pronunciationi adſuetus, eamdem in nomen gentis Hiſpanicæ transtulit. Tum vero in nominibus geographicis exterorum præſertim populorum nil admodum mirum eſſe debet, ſi permutatas inter ſe literas cognatas Τ & Θ videmus.

Ibid. Μαστιανοί. — „Hi dicuntur a *Maſtia*, loco Africæ prope Pulcrum promontorium & Tarſejum, ut ſupra Polybius. Nunc recenſentur Hiſpani, in Africam traducti. Scribe Μασσιανοί. Vrbs *Maſſia* ulterioris Hiſpaniæ, indicata aliis auctoribus, & prope Tarteſſios collocata a Stephano.“ GRONOV. — Conf. ſupra ad cap. 24, 2. & Drakenb. ad Liv. XXVIII. 3, 3.

Ibid. ὀρεῖται Ἴβηρες. Sic editum ex Bav. conſentientibus Reg. A. B. C. Adoptare forſan debueram codicum Vat. & Flor. ſcripturam, Ὀρῆτες, quamquam nemo hos novit, niſi ſint iidem qui Ὠρητανοὶ Straboni, Ptolemæo, Plinio audiunt, quorum caput fuit Ὠρία. Et ſunt *Oretani* vicini Olcadum, quos proxime memorat Polybius. Ὀρητανοὶ h. l. legendum ſuſpicatus eſt Heynius, eoſdem *Oretanos* intelligens. Sic vero mirum videri poteſt, cur adjiciat Ἴβηρες, quandoquidem nuſquam alibi *Oretani*, præter hos in Hiſpania, memorantur. An igitur Ὀρῆται vel

Ὀρῖται

'Ορῖται aut 'Ορέται scripsit Polybius, (sive per ω, 'Ωρῆται, 'Ωρεῖται. 'Ωρῖται.) eosdem dicens, quos alii Oretanos; & Ἴβηρες adjecit, ut moneret, non confundendos hos esse sive cum 'Ωρείταις. Orei incolis, urbis Eubœæ, quorum meminit Polyb. XI. 6. 8. sive cum celebri Indico populo, cui 'Ωρῖται sive 'Ωρεῖται nomen? Vers. 9.

Ibid. Ὀλκκάδες. Temere hoc, accentum quod adtinet, servatum a nobis ex superioribus editionibus 1. 2. 4 & 5. Duplici etiam errore Ὁλκκάδες, cum aspero spiritu, est in ed. 2. Rescribe cum ed. Casauboni 'Ολκάδες, penacute, quemadmodum est in msstis nostris, & apud Steph. Byzantinum, qui ad ipsum Polybium provocat: 'Ολκάδες, ὡς 'Αρκάδες, ἔθνος 'Ιβήρων, τῶν ἐντὸς Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ· Πολύβιος ἐν τρίτῳ. Conf. III. 13, 5. & ibi Adnot. ad vocab. 'Αλθαίαν. Quod vero hos ἐντὸς Ἴβηρος, *cis Iberum*, habitasse ait Stephanus, conf. Adnot. ad III. 14, 2.

Ibid. Βαλιαρεῖς. — „Quia numeri Liviani exactissime cum Polybianis conveniunt, ut certum sit invicem descriptos, dubium vix est, quin hic quoque fuerit numerus, sed absorptus vel a præcedentis numeri similitudine, vel a sequenti vocula. Legerem ergo Βαλιαρεῖς ωό. οὓς. hoc est, ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα. Plane Livius: [XXI. 21.] *funditores Baleares octingentos septuaginta.*" GRONOV.

Ibid. οὓς κυρίως μὲν *&c.* — „Significat, vocabulum *baleares*, in sermone populari illius populi, non esse nomen populi proprium, sed commune *funditoribus* omnibus. οὓς hic accipi debet ᾧ ὀνόματι, *quo nomine*, scil. *Baleares*, *appellant* (illarum puta insularum Gymnesiarum incolæ) *proprie & primario funditores.*" REISK.

Ibid. σφενδονήτας. σφενδονίτας Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης. — „*ab illa autem re.* Sæpe χρεῖα *res* est, *quæ usu venit*, *usu vitæ recepta est & exercetur*, *studium*, *negotium.*" REISK. — In rebus bellicis nomen χρείαν significare *pugnam*, *pugnandi genus*, *pugnandi modum*, monui ad II. 33, 5. conf. II. 29, 1.

Verf. 12. *Verf.* 12. τὰ Μεταγώνια. Quænam *Metagonia* hic dicantur, haud liquet. *Metagonium*, promontorium Mauretaniæ, in Masæfylis exadverfus Novam Carthaginem ponitur apud Strabonem lib. XVII. p. 827 fq. ibidemque fimul Μεταγώνιον, τόπος ἄνυδρος, commemoratur, καὶ λυπρὸς, *Metagonium, locus aridus & fterilis.* In eadem regione apud Ptolemæum IV. 13. eft Μεταγωνῖτις ἄκρον. Eodem puto pertinet Μεταγώνιον, πόλις Λιβύης, apud Stephanum; cujus civis ὁ Μεταγωνίτης. Populus autem, οἱ Μεταγωνῖται, a Ptolemæo l. c. & ab Eratofthene apud Strab. lib. III. p. 170. in Tingitana prope Fretum Herculum locatur. Longe vero hinc verfus orientum, in Numidiæ & Africæ Propriæ confinibus, promontorium *Metagonium* Mela ponit lib. I. c. 7. quod idem eft cum eo, quod Τριτὸν vel Τρητὸν alii vocant auctores. Denique ipfam *Numidiam*, Mafinifsæ claram nomine, *Metagonitin terram* a Græcis adpellatam, Plinius fcribit V. 3, 2. Τὰ Μεταγώνια vero, plurali numero, apud Polybium h. l. fortaffe tota ora Numidiæ & Mauretaniæ intelligi debet, & præfertim loca munita, quæ in illa ora fita funt.

Ibid. κατέταξεν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Quod cum in κατέταξαν vulgo effet corruptum, Cafaubonus verfu feq. ἀπέστειλεν, in quod confentiunt libri omnes, in ἀπέστειλαν mutavit: fed ἀπέστειλεν ibi ex fuperioribus editionibus revocavit Gronovius. Eodem *verf.* 3. temere ed. 1. & inde Reg. B. C. ἔχοντες pro ἔχοντας habent.

Verf. 15. *Verf.* 15. ΛιβυΦοινίκων reftitui ex Vat. & Flor. Perperam vulgo ΛιβοΦοινίκων edebatur ex Bav. Magis etiam corrupte Λίβυοι Φοινίκων Aug. Reg. A.

Ibid. Ἰλεργητῶν δὲ τριακοσίους. Λοργιτῶν editum erat ex male accepto nexu fcripturæ, quo literæ ερ in cod. Bav. efferuntur. In Aug. quidem & Reg. A. a prima manu totum deeft nomen & quæ fequuntur verba ufque πεντήκοντα, quod eft ante Λιγυστινοὺς verf. 16. Sed Bav. Vat. & Flor. Λεργητῶν dant. Livius autem XXI. 22. *& parva Ilergetum manus ex Hifpania, ducenti equites.* Perottus

tus etiam *Ilergetes* habet, cujus tamen nulla hic auctoritas esse potest, quoniam totum locum ex Livio pæne ad verbum descripsit. Nec vero dissimulandum est, mirum utique debere videri, qui fiat, ut medios inter *Africæ* populos, e quibus equites relicti Asdrubali ab Hannibale sunt, una gens *Hispanica* memoretur; præsertim cum consentaneum sit, Hispanos equites plures sane, quam ducentos vel trecentos, sub Asdrubalis imperio fuisse relictos. Quare, verum ut fatear, re diligentius considerata, suspicari licebit, Livium, cum Λεργητῶν, aut aliud hujusmodi nomen, quo Libyæ populus aliquis designabatur, apud Polybium hic legisset, similitudine nominis deceptum, perperam de satis noto alioquin Hispaniæ populo cogitasse. Et *Ilergetes* quidem minime huc quadrant, qui trans Iberum (inter Iberum & Pyrenæum) incolebant, & posthac demum subacti ab Hannibale sunt, ut docet ipse Polybius III. 35, 2. & Livius XXI. 23. Quodsi utique in Hispania quærendus hic populus, quem Polybius dicit, esset, posses de Ἰλουργείᾳ urbe cogitare, quæ in Turdulis est, de qua vide Reliq. Hist. Polyb. lib. IX. c. 24. quam Ἰλουργίαν Appianus Hist. Hispan. cap. 32. & Ἰλουργὶν Ptolemæus, lib. II. cap. 4. *Illiturgin* Livius adpellat, XXVIII. 19. Sed, ut dixi, *Africæ* populus, non Hispaniæ, designari omnino a Polybio videtur: & in græco contextu, donec certius aliquid proferatur, restitutum ipsum nomen Λεργητῶν velim, in quod scripti libri consentiunt; quamquam populum hujus nominis in Africa nulli alii scriptori memoratum novi. Ἰλούργειαν illam Hispaniæ quod spectat, de qua paulo ante dixi, illud adhuc moneo, apud Stephanum Byzantinum, qui ejus ex Polybii libro XI. mentionem fecit, codices msstos gentile nomen non Ἰλουργήτης facere, sed Ἰλουργεύς, ut docuit Holstenius. In τριακοσίους consentiunt codices Polybiani, sicut Liviani in numerum *ducenarium*. Vers. 15.

Ibid. Νομάδων δὲ, Μασσυλ. &c. *Numidas*, *Massylos*, *Massæsylos* &c. — „Sic distinguuntur in latinis & græcis,

Verſ. 15. cis, tamquam diverſi tres referrentur populi: ἀλόγως procul dubio. Nam *Numidæ* generale nomen, & ipſa gens, ſub qua varii populi, inter quos *Maſſyli*, *Maſſæſyli* & *Mauri*. Vide Livium lib. XXIV. in fine & lib. XXIX. pag. 636." GRONOV. — Scilicet Livius XXIV. 48. coll. XXIX. 32. & *Maſſæſylos* & *Maſſylos* partem *Numidiæ* eſſe docet, rurſus XXIV. 49. *Mauruſiorum Numidarum* meminit. Et veriſſima eſt Gronovii obſervatio de nomine Νομάδων generaliter hic accipiendo, cui adſentitur Cellarius Geogr. Antiq. lib. IV. cap. 5. p. m. 168. Quare in verſione latina ſic poni velim: *Numidas vero Maſſylos & Maſſæſylos &c.* & in græco contextu deleta commata velim poſt Νομάδων δὲ, itemque poſt Μασσυλέων &c.

Ibid. Μασσυλέων. Stephanus: Μασσύλοι· Λιβυκὸν ἔθνος· Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Μασσυλεῖς αὐτοὺς φησί. Euſtathius vero, cum apud Dionyſium in Periegeſi verſ. 187. Μασυλῆες adpellaretur hic populus, monuit in Commentario ad eum locum: Πολύβιος Μασουλεῖς γράφει αὐτούς. Latinis ſcriptoribus *Maſſylos* vocari, notum eſt, quorum rex Maſaniſſa fuit.

Ibid. Μασσαισυλίων. Μασαισυλίων recte ſcribitur XVI. 23, 6. ut apud alios auctores & Steph. Byz. Horum rex Syphax, ſocius Pœnorum.

Ibid. Μακκαίων. Gronovius, vulgatam ſcripturam Μακίων ob oculos habens, videri hos eſſe Μάζυας ait, Stephano memoratos, atque inde corrigendum nomen. Sunt autem Stephano Μάζυες, οἱ Λιβύης Νομάδες. Latinis ſcriptoribus *Mazices*, *Mazyces*, vel *Mazuces*. Conf. Cellarii Geogr. Antiq. IV. 6 ſub fin. & Holſten. ad Stephanum l. c. Mihi tenenda viſa eſt Vaticanarum membranarum ſcriptura, a qua leviter aberrat Flor. e quo Μακκοίων notavit Gronovius ad oram ſui libri. Μακκαίων autem ſuſpicatus ſum, per commutationem literarum β & μ, (de qua dixi ad I. 75, 5. & II. 54, 3.) ex Βακκαίων corruptum, quos Βαγαίους Appianus vocat de Rebus Numid. Fragm. 2. noſtræ edit. T. I. p. 501. & *Vaccenſes* Salluſtius Ingurth.

Ingurth. cap. 66. a *Vacca*, Numidiæ magna & opulenta civitate, (Sallust. ib. cap. 47. & 69.) quæ Οὐάγα apud Ptolemæum vocatur, & Βάγα apud Plutarch. in Mario cap. 9. p. 409. Conf. Cellar. IV. 5. p. 174. Quod si vero seriem atque ordinem spectamus, quo isti populi hic commemorantur, fateor, majorem veri speciem habere Gronovii conjecturam. Proxime enim a Carthagine habitabant *Massyli*; tum his versus occidentem erant *Massæsyli*; tum magis versus occidentem *Mazices* in Mauritania mediterranea: sequuntur deinde apud Polybium *Mauri*, vel *Maurusii* oceanum adcolentes. Vers. 15.

Ibid. Μαυρουσίων. Regionem a Romanis *Mauritaniam* vel *Mauretaniam* vocari, satis notum est: populum vero vellem cum Livio (XXI. 22. XXIX. 34. & alibi) *Mauros* dixissem, vel *Marusios*, ut est apud eumdem Livium XXIV. 49. Et quidem hic etiam populus simul cum superioribus communi Νομάδων nomine (de quo paulo ante dixi) comprehenditur; quemadmodum & Livius XXIV. 49. *Maurusios Numidas* dixit, *qui extremi prope oceanum adversus Gades colunt*, & Appianus de Bell. Civil. I. 42. & Herodian. VII. 9. Νομάδας Μαυρουσίους commemorant.

Vers. 17. προκαταγινώσκειν recte dederunt Vat. & Flor. ut voluerat Vrsinus & Reisk. προσκαταγιν. vulgo edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Vers. 17.

Vers. 18. ἡμεῖς γὰρ recepi ex eisdem Vat. & Flor. Ceteri cum editis ἡμεῖς δέ. — *Ibid.* Λακινίῳ correxit Casaub. & sic dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus. Conf. III. 56. 4. XV. 1, 11. XXXIV. 11, 9. Mendose Λαβινίῳ ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. De confusione literarum β & κ dixi ad I. 37, 9. — *Ibid.* περί γε. Temere περί τε ed. 1. 2. Vers. 18.

CAPVT XXXIV.

Cap. XXXIV.

Vers. 1. ἐκαραδόκει καὶ προσεδέχετο, *anxie*, *solicite*, *impatiens exspectavit*. Vers. 1.

Vers.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. περὶ τὸν Πάδον. περὶ, quod cum Bav. neglexerunt editi, dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 3. ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ. Vide lib. II. c. 14. & c. 23 ſeqq.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. μόνως ἂν ὑπολαμβάνων ἐν Ἰταλίᾳ συστησ. τὸν πρὸς Ῥωμ. πόλεμον. Romani (ut ait Polyb. III. 15, 13.) non putaverant, in Italia ſibi bellum eſſe gerendum, ſed in ſola Hiſpania. Contra Hannibal, ſi ſuperare Alpes & Gallis uti ſociis poſſet, ſperabat, *in ſola Italia Pœnis fore cum Romanis bellum;* nec in Hiſpaniam, aut in Africam transferre arma auſuros Romanos, ſi in Italiæ viſceribus bello peterentur. Ab hac plana ſententia, quam exhibet codicum ſcriptura, temere diſceſſit Caſaubonus, ex Vrſini conjectura particulam οὕτως interſerens, quam tenuerunt poſteriores editores. Eſt autem illius particulæ hæc vis, *ita demum in Italia ſe bellum facere poſſe Romanis, ſi* &c. Quod ita foret intelligendum, vidiſſe Annibalem, claſſem ſe non ſatis numeroſam validamque habere, ut mari in Italiam trajicere poſſet; nihil aliud ſupereſſe, niſi ut terreſtri itinere utatur. Sed ne hanc quidem ſententiam in verſione latina expreſſit Caſaubonus, & verba ἐν Ἰταλίᾳ prorſus neglexit: *unicam hanc belli adverſus Romanos gerendi rationem eſſe ratus, ſi difficultatibus, quæ in itinere ſe prius offerebant ſuperatis* &c.

Ibid. τὰς πρὸ τοῦ δυσχωρίας. Ad πρὸ τοῦ intellige ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἰταλίαν.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τήν τε Κελτῶν. τήν τε τῶν Κελτῶν Flor. Aug. Reg. A. quod in contextum recipi poterat. Ex Vat. tamen nulla varietas notatur. — *Ibid.* Ἀλπεινῶν recte ſcripſit Gronov. tenuitque Erneſtus: & ſic dant libri omnes II. 14, 8. III. 47, 9. quamquam Τρανσάλπινοι II. 15, 8 ſq. per ſimplex jota ſcribitur. — *Ibid.* συνῆγε reſtitui ex msstis, quibus invitis mendoſe ἐνῆγε dabant editi.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐγχειρήσαιεν correxit Caſaubonus, *auſos eſſe.* Perperam ἐγχειρίσαιεν ed. 1. cum msstis. In Bav. tamen ex η factum ι videtur.

Verſ.

Verf. 9. εὐθύμως. *libenter, læto animo.* Præter necessitatem Scaliger ἐκθύμως voluit, id est, *forti animo.* — Verf. 9.
Ibid. αὐτῷ συνεξισταμένων idem est, quod αὐτῷ συνεξορμώντων cap. 35, 5. *cum eo proficiscentibus, egredientibus, expeditionis socios se eis jungentibus.* Haud dubie mendosum est αὐτῶν, quod habent Vat. & Flor. συνεξανισταμένων rescribere Gronovius jussit in Notis msstis, provocans ad V. 39, 4. Et ibi quidem alii codices, quemadmodum hoc loco omnes, συνεξισταμ. habent; sed alteram lectionem commendare videtur usus verbi ἐξανίστασθαι, de quo vide Lexic. Polyb.

CAPVT XXXV.

Cap. XXXV.

Verf. 2. Ἰλουργητῶν. Sic h. l. codices omnes. Ἰλλουργητῶν cum dupl. λ ed. Ernest. invitis msstis. *Ilergetes* Livio; Ἰλέργητες Ptolemæo; Ἰλεργέται Straboni. Quanam scriptura Polybius usus sit, difficile dictu fuerit: nam quod in scholio infra contextu dixi, alibi apud Polybium Ἰλεργήτας hos scribi, ne id quidem satis adcurate dictum est; quippe X. 18, 7. inde a Casaubono editi quidem Ἰλεργητῶν dant, sed mendose codices Λεχητῶν & Λεγ.ἡτῶν. Loco vero eo, quem paulo ante vidimus, III. 33, 15. Λεργητῶν dant scripti libri; & ibi manifeste de alio populo agi monuimus. Verf. 2.

Ibid. Βαργουσίων. Mendose Βαργασίων h. l. Aug. & Reg. A. (commutatis ου & α, de qua permutatione dixi ad I. 75, 5.) sed mox verf. 4, recte iidem cum ceteris. Quod autem apud Byzantinum, ubi ad ipsum hunc Polybii locum ablegamur, Βαργούσιοι· ἔθνος δυτικὸν, id est *populus occidentalis,* vulgo scribitur, nescio an librariorum errore id factum sit: certe cum de aliis Hispaniæ gentibus agitur, multo magis ad occidentem habitantibus, ἔθνος Ἰβηρικὸν scribit, non δυτικόν. Vide eumden in Καρπήσιοι, Θερσίται &c.

Ibid. τοὺς Αἰρηνοσίους καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους. — „Primi horum ignoti. Sequentes eruditissimus interpres putat

positos

Verſ. 2. poſitos pro *Auſetanis*, Livio nominatis, quod & notavit Ortelius, qui tamen mira oſcitantia etiam *ἀντὶ Αἰρηνοσίων* ait Livium habere Auſetanos. Si quid juvat literarum ductus & regionis ſitus, legendum conjicio *Λαρνησίους καὶ Αὐσοδίους*. *Larnenſes* equidem Plinius memorat prope Larnum, ejus plagæ fluvium, quod optime quadrat. *Αὐσόδιοι* vero *Auſetani*, ut *Καρπήσιοι Carpetani*, tantum litera *o* in *e* mutata.“ GRONOV. — Nullus eſt in codicibus Polybianis diſſenſus, quamquam ignota aliis omnibus iſta ſunt nomina. *Auſetanos & Lacetaniam* in hac hiſtoria editur apud Livium XXI. 23. ubi vide quæ monuerunt viri docti in edit. Drakenb.

Ibid. Πυρήνης. Temere Πυρηναίης ed. 5.

Verſ. 3. 4. *Verſ.* 3. *ποιησάμενος δέ.* Perperam deeſt *δὲ* Aug. Reg. A. — *Verſ.* 4. Duo verba *ἐπὶ πάσης* deſunt Flor. — *Ibid.* *πρὸς Ῥωμαίους.* *πρὸς Ῥωμαίοις* ed. 4. 5. operarum errore.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *τὴν οἰκείαν* reſtitui ex Bav. quo invito editum eſt *τὴν οἰκίαν*, quod tamen & in Aug. eſt, & in Reg. A. & aliis. De decem millibus, domum remiſſis, conf. Livium XXI. 22 ſq. — *Ibid.* *τῶν Ἰβήρων.* *τῶν Ἰβηρίων* ed. 1. & Reg. B. C. temere & contra veterum librorum fidem.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους*, *peditum quinquaginta millia.* Neſcio quas miras rationes ſubducens Reiſkius, *ἐννακισμυρίους*, id eſt, *nonaginta millia* legendum h. l. contendit, atque id ipſum denuo inculcat in Adnot. ad III. 60, 5. In quo plurimum falſus eſt vir optimus. Nec opus eſt, ut cum Gronovio (in Notis msstis) *ἑπτακισμυρίους* corrigamus. Satis ſibi conſtant numeri Polybiani. Cum Iberum tranſiret Hannibal, habuit *peditum* XC *millia, equitum ad* XII *millia.* (hoc ipſo cap. 35, 1.) Hannoni reliquit X millia peditum; & M equites. (verſ. 5.) Parem numerum domum remittit. (verſ. 6.) Præterea vero in ſubigendis populis, qui intra Iberum & Pyrenæos montes incolunt, maximum militum numerum amiſit. (verſ. 3.) Ita factum, ut, cum Pyrenæum tranſiret, reliqua haberet *peditum*

peditum L *millia*, *equitum* IX *millia*. Posthæc, superato Rhodano, reliqua habuit peditum XXXVIII millia, equitum paulo amplius VIII millia. (III. 60, 5.) In Alpium transitu harum rursus copiarum fere dimidiam amisit partem, (ibid.) ita, ut, cum ex Alpibus in campos Circumpadanos descenderet, non amplius ei superessent quam peditum XX millia, (in quibus XII Afrorum, VIII Hispanorum;) equitum VI millia. (III. 56, 4.) Vers. 7.

CAPVT XXXVI.

Cap. XXXVI.

Vers. 2. Ῥητέον δ' οὐκ αὐτάς. ῥητέον οὐκ αὐτὰς absque conjunct. Vat. Aug. Reg. A. καὶ ῥητέον οὐκ αὐτὰς Flor. — *Ibid.* ἐν παντὶ πρὸς γνῶσιν. Sic ed. 1. cum Bav. & Reg. A. B. C. Mendose ἐν παντὶ πρόγνωσιν Vat. Flor. πρὸς γνῶσιν ἐν παντὶ Aug. & hinc ed. 2 & sqq. — *Ibid.* σαφήνειαν. συνάφειαν solus Aug. Vers. 2.

Vers. 3. οἶμαι δ' ἐπὶ μέν. Sic vett. mssti omnes cum editis. — *Ibid.* συμβάλλεσθαι πέφυκε. πέφυκε adoptavit etiam Scaliger in ora sua libri: ac sane & per se aptum verbum, & a Polybiano stylo non alienum, nec nimis longe a scripturæ vestigiis recedens. Possis vero ceteroquin & συμβέβηκε suspicari, quod eodem modo in præterito tempore usurpatur cap. 37, 4. Vide tamen, an, pressius etiam insistendo scripturæ codicum, ἐκπεποίηκε scripsisse Polybium putare debeamus. Quamvis enim hoc verbum ἐκποιεῖ aliàs, ubi apud Nostrum occurrit, (II. 24, 7. XVII, 9, 8.) per *licet* recte exponatur, tamen &, *sufficit*, *satis est*, denotat; qua notione & apud ipsum Polybium verbum συνεκποιοῦμαι, in passivo, pro *sufficit mihi*, usurpatum legimus VI. 49, 7. Et ex codice Flor. & Reg. C. video aliquid adnotatum, quod novam veri speciem conciliat huic conjecturæ; scil. ibi scribitur ἃ πεποίηκε, quod pronomen, quoniam ad sententiam nihil confert, neque adeo ex ingenio librarii profectum videri debet, indicio saltem esse potest, in vetustioribus libris ante verbum Vers. 3.

Verf. 3. πεποίηκε nonnihil fuiffe fcriptum, quod ab uno librario in ἃ eft corruptum, ab aliis plane neglectum.

Ibid. ἐπὶ δέ. Mendofe ἐπειδὴ Vat.

Ibid ἀδιανοήτοις καὶ κρουσματικαῖς λέξεσι. — „Quæ fint λέξεις κρουσματικαὶ, non fatis mihi perfpicue patet. Scio, quid fint κρούματα, cantiunculæ, levitatis, lafciviæ & immodeftiæ plenæ, inter pocula & in femitis ab ebriis cantari folitæ: quod genus folet abundare vocibus, nihil fignificantibus, a crapula temere profufis, rythmum folummedo implentibus, ut Θρεττανελὼ τὸν Κύκλωπα in Pluto Ariftophanis, item φλαττοθραττοφλαττοθρὰτ, ἐλιλιλιλιλιλὶ, & alia talia quam plurima in Ranis, & alibi apud illum Comicum. Ipfi nos, & qui non populus quotquot fol videt? habemus in cantiunculis trivialibus ejufmodi voculas inanes, fenfu caffas, quas natura pæne ipfa fubjicit, ad fonum aliquem muficum exprimendum. &c. REISK. — Tum de vocab. κροῦμα vel κροῦσμα ablegat nos ibidem Reifkius ad Ariftoph. Thefmophor. 126. Iofeph. Antiq. Iud. VII. 4, 2. (ubi tamen κρούματα funt inftrumentorum muficorum pulfus;) Dionyf. Halic. T. II. p. 187, 43. (fcilicet in lib. de Vi dicendi Demofth. Vol. VI. edit. Reifk. p. 1078, ubi pariter de inftrumentorum pulfu, non de vocali fono, ufurpatum videtur, τὰ δι' ᾠδῆς καὶ ὀργάνου μουσωθέντα κροῦμα καὶ μέλη. κρούματα fcilicet fiunt δι' ὀργάνου, μέλη vero δι' ᾠδῆς.) denique præfertim ad Clement. Alexandr. Padagog. III. p. 256. (cap. 11. p. 188. edit. Sylburg.) ubi ait: μετὰ τῶν ἀθέων ἀλύουσι κρουμάτων καὶ τερετισμάτων ἐρωτικῶν, αὐλῳδίας τε καὶ κρότου καὶ μέθης καὶ παντὸς ἀναπιμπλάμενοι συρφετοῦ. — Plura etiam invenies apud Henr. Stephanum congefta in Thef. ad vocab. Κροῦμα. Sed quidquid ftatuamus de ufu hujus fubftantivi nominis, quod proprie utique *pulfum inftrumenti mufici* denotat, & *fonum, quem edunt pulfata mufica organa;* adjectivum κρουσματικὸς haud dubie a Polybio eadem notione ufurpatur, qua ab aliis cognatum κρουστικὸς, quemadmodum πραγματικὸς idem fcriptor frequentare amat pro

πρακτι-

κρουστικός. Eſt autem *κρουστικὸς*, *aures feriens*, *aures* Verſ. 3.
percellens, *τὰ ὦτα τῶν ἀκροωμένων κρούων*, ut ait Scholiaſtes Ariſtoph. ad Equit. 1376. conf. Lucian. in Demoſthenis Encom. cap. 32. T. III. edit. Wetſten. p. 514. ubi pro *συνακτικῷ*, quod præceſſit, pro quo *συνεκτικῷ* codex Florentinus habet, *συνεργητικῷ* fortaſſe legendum ex Ariſtoph. Equit. 1375. Erunt igitur *λέξεις ἀδιανόητοι καὶ κρουσματικαὶ* apud Polybium, ut in verſione expreſſimus, *voces, nihil ſignificantes & aures ſolummodo pulſantes.* Quod ſi tamen cum Erneſto (in Lexic. Polyb.) malueris *voces ſimiles ſono fidium & nervorum*, non magnopere repugnabo.

Verſ. 4. *ἀνυπότακτος καὶ κωφὴ γίγνεται ἡ διήγησις*. *ἀνυπόστατος* ſcribendum putaverat Scaliger ex I. 5, 3. idque Verſ. 4.
ſibi pariter in mentem veniſſe ait Caſaubonus in ora Baſil. ſed mutaſſe ſententiam collatis aliis Polybii locis. Conf. cap. 38, 4. & V. 21, 4. Immo vide hoc ipſo cap. verſ. 7. & confer cum XVII. 15, 4. & intelliges, vim verbi *ὑποτάττειν* in hujuſmodi dictionibus ex Logicorum ſcholis eſſe interpretandam, & id ipſum eſſe, quod latine dicimus *unam notionem*, utpote magis particularem, *ſubjicere alteri generaliori; rem quamdam, tamquam ſpeciem, cogitatione ſubjicere tali cuidam generi; unam rem cogitatione ad alteram referre.* Eſt igitur *διήγησις ἀνυπότακτος*, *narratio, quam neſcis quo referas*, adeoque quæ nonniſi *confuſam & vagam notionem* in animo excitat. Vocabulum *κωφὸς*, ſimul cum altero, eadem notione, qua hoc loco, recurrit V. 21, 4. *ἵνα μὴ ἀνυπότακτα καὶ κωφὰ γίγνηται τὰ λεγόμενα.* Sic apud Sophoclem in Oed. Tyr. vſ. 298. (290. ed. Brunck.) *κωφὰ ἔπη* ſcholia antiqua interpretantur *οὐδὲν σαφὲς ἔχοντα*, & ſcholion interlineare in codice Regio *ἀνυπόστατα*.

Verſ. 5. *ὑποδεικτέος*. *ὑποδεικτέον* ed. 4. operarum er- Verſ. 5.
rore. — *Ibid. δυνατόν.* Mendoſe *δυνατὸς* ed. 5.

Verſ. 6. In Ora codicis Bav. h. l. legitur Lemma: *Περιήγησις παχυμερῶς τῆς οἰκουμένης.* Inſerta autem hæc Verſ. 6.

 Poly-

Verſ. 6. Polybii diſputatio *de ſumma diviſione Orbis terrarum*, ab his verbis Πρώτη μὲν οὖν uſque ad finem cap. 38. Excerptis Polybianis, quæ continet *Codex* VRBINAS.

Ibid. *ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς διαίρεσις.* — „Optimis ſcriptoribus *ὁ περιέχων*, & *τὸ περιέχον*, eſt *aër cælumque, omnia ambiens & complectens.* Plutarch. T. II. 333. E. Polyb. I. 37. Strab. I. p. 14. B. [p. 7. ed. Caſaub.] Plutarch. T. II. p. 361. B. Diodor. Sicul. II. 48. III. 59. XVI. 81.“ WESSELING. ad Diodor. I. 7. — Quid lateat in ſcriptura Vat. & Flor. *ἡ τῆς τοῦ περιέχοντος*, (pro quo in Vrb. eſt *ἡ τοῦ τῆς περιεχ.*) non adſequor. An diverſa fuit lectio olim, *τῆς περιέχοντος*, & *τοῦ περιέχοντος*? Sed *τῆς περιέχοντος* prorſus nihili eſt. An voluerunt *ἡ τῆς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς διαιρέσεως καὶ τάξεως*, ſcil. *γνῶσις*? An *ἡ τῆς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς διαφορᾶς διαίρεσις καὶ τάξις*? conf. V. 21, 8 — *Ibid.* *τάξις*, *ſitus*, *ſedes*, *locus*, quem quiſque vel quodque occupat, ut V. 21, 4. & ſæpe aliâs.

Ibid. *ὧν καὶ μικρὸν ὄφελος, quorum vel exigua quædam utilitas ſit, qui vel parum ſupra vulgus eminent.* Proverbialis quædam phraſis, quam, ſicut de ingenii cultura & doctrina hic uſurpat Polybius, ſic de animi virtute Plato in Apol. Socr. cap. 16. (ed. H. Steph. p. 28.) *οὐ καλῶς λέγεις, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι ἄνδρα ὅτου τὶ καὶ σμικρὸν ὄφελος ἐστίν.* Locutio ducta ab illa notione vocabuli *ὄφελος*, qua (ut monuit Hemſterhuſ. ad Luciani Timon. cap. 55. T. I. p. 171.) de eo uſurpatur, *quod in quoque genere præſtantiſſimum eſt atque excellit:* quo non ea ſolum loca pertinent, quæ ex Xenophonte, ex Arriano, ex Ariſtide laudavit Hemſterhuſius, ſed & illud ejuſdem Luciani, quod in Timon. cap. 50. (T. I. p. 162.) ait: *χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους*, *ſalve, Timon, totius gentis magnum decus;* ubi confer quæ idem Hemſterhuſ. notavit, &, quem ibi laudat, Küſterus ad Ariſtoph. Eccleſiaz. verſ. 53.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ἑκάστῃ διαφορᾷ τῶν προειρημένων - - ὑποτάττοντες. ſingulis partitionibus modo nominatis*, id eſt, *cui-*

que

que ex diversis mundi plagis. conf. V. 21, 8. Recte autem primus Gronovius ἑκάστῃ διαφορᾷ in dativo casu edidit, quemadmodum in ora Basil. jam monuerat Casaub. cum ἑκάστη διαφορὰ in nominativo dedissent vett. editiones, consentientibus msstis. De ὑποτάττοντες confer notata ad vers. 4. ὑποτάττειν τινὶ dicitur, & ὑπό τι, ut XVII. 15, 4. Eadem notione cap. 38, 4. verbum συνεπιβάλλειν usurpat. Vers. 7.

Ibid. ἐπὶ τῆς γῆς. Articulum, qui aderat vulgo, adjeci ex Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Ibid. καὶ φέροντες ἀεί. Sic ed. 1. cum msstis ad unum omnibus. Temere (quamquam per se non incommode) ὑποτάττοντες ἀεὶ καὶ φέροντες ed. 2 & sqq. — *Ibid.* ἐπί τι τῶν προειρημένων. Sic scribendum monuit Casaub. in ora Basil. referente Merico. Et necessario requiri accusativus aliquis mihi visus est. Possis autem, pro simplici ἐπί τι, etiam ἐπὶ ἕν τι cum Reiskio suspicari. τῇ διανοίᾳ φέρω τοῦτο ἐπὶ ἐκεῖνο, (i. q. ἀναφέρω vel ἀναφορὰν ποιοῦμαι ἐπ' αὐτὸ II. 17, 2.) *cogitatione refero hoc ad illud; hoc dicens vel audiens, illud respicio.* Sic φέρειν τὸ ὄνομα ἐπί τινα, XVII. 15, 2. *adplicare, referre nomen aliquod ad aliquem.* Est autem sententia Polybii hæc, ut dicat: *quidquid legimus gestum in quacumque parte orbis terrarum, id cogitatione referendum esse ad eam cœli partem, cui subjectus ille locus in terris est.* Conf. cap. 38, 4 sq. & quæ ibi notamus ad verba φέρειν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον.

Ibid. ἐννοίας per se bene utique habet, ut vers. 5. Sed variationis caussa ἐπινοίας, quod alii dant probati codices, nunc dicere potuit Polybius.

CAPVT XXXVII. Cap. XXXVII.

Vers. 1. ἀκόλουθον. Temere ἀκόλουθος ed. 1. — *Ibid.* Vers. 1. τὸ καὶ περὶ τῆς. τὸ adjeci ex Vat. Flor. & Vrb. Aberat ab editis & ceteris msstis, ne sic quidem male. — *Ibid.* ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Necessaria videbatur ista Reiskii emendatio, pro ἅμα.

Verf. 2. *Verf.* 2. ταύτης διῃρημένης. Poſſis ſuſpicari ταύτης δὴ διῃρημ. Sed nil admodum opus eſt.

Verf. 4. *Verf.* 4. Quod *Aſiam ſubjectam* ait *ei plagæ cœli, quæ eſt inter ortum æſtivum* (μεταξὺ θερινῶν ἀνατολῶν) *& meridiem*, conjunctum cum eo eſt, quod *Tanaim fluvium ab ortu æſtivo fluere* putavit: (vide Reliq. lib. XXXIV, cap. 7, 9.) quod falſum eſſe Strabo monuit lib. II. p. 107. qui omnes locorum peritos in hoc conſentire ait, ut dicant, Tanaim ita a ſeptentrione in Mæotidem influere, ut & oſtium & totum flumen, quoad cognitum eſt, eidem fere circulo meridiano ſubjecta ſint. Quod autem ibidem Strabo τὸ περισκελὲς Polybii carpit ἐν πράγμασιν εὐαποδότοις, id eſt, *duriorem & adfectatam quamdam rationem*, qua eum uti ait *in rebus, quæ ceteroquin faciles erant explicatu;* ſcilicet, quod ſitum locorum deſignet per θερινὰς ἀνατολὰς, χειμερινὰς δύσεις, & ſimilia; (conf. eumdem Strab. ibid. p. 107. ubi pro τμήματι lin. 13. cum Tyrwhitto τμῆμά τι legendum:) in eo quidem vereor, ne nimis ſeverum moroſumque cenſorem Polybii Strabo ſeſe præbuerit; quandoquidem, ubi non ſumma opus eſt ἀκριβεία in deſignanda locorum longitudine latitudineque & ubi in lectorum gratiam ſcribimus, certam quamdam regionem incolentium, (quemadmodum Polybius in Græcorum gratiam, popularium ſuorum, ſcripſit,) ſatis & commoda & dilucida videtur hæc ipſa ratio, qua Polybium uſum videmus. Ceterum, quod Reiſkius pro θερινῶν ἀνατολῶν debuiſſe χειμερινῶν ſcribi contendit, documento eſt, hoſpitem prorſus fuiſſe virum optimum in Aſtronomorum & omnino in Mathematicorum ſcholis; quod & ipſe paſſim aliâs ingenue eſt profeſſus, & eo tantum nunc monui, ne quem turbent Viri ceteroquin doctiſſimi ſagaciſſimique conjecturæ & emendationes, ad hoc genus rerum ſpectantes.

Verf. 6. *Verf.* 6. πρὸς τὴν μεσημβρίαν. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, *maris noſtri*, id eſt, *mediterranei*. Sic rurſus infra, verſ. 9 ſq. & I. 3, 9. III. 39. 5. XVI. 29, 9. Conf. quæ adnotavimus ad Appiani

piani Procem. cap. 1. Ei opponitur ἡ ἐκτὸς θάλατῆα, *oceanus*, *mare Atlanticum*; cujus respectu hoc etiam ἡ ἔσω θάλατῆα dicitur cap. 39, 2. — *Ibid.* Verba ὡς πρὸς δύσεις usque ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν vers. seq. per errorem operarum desunt ed. 1. Sed habent ea Reg. B. C. cum omnibus vett. codd. Vers. 6.

Vers. 7. ταύταις ἀμφοτέραις. Temere ταύτας ἀμφοτέρας edit. 2. — *Ibid.* παρήκουσα restitui ex msstis. In uno Bav. intra lineas indicata erat alia scriptura παρείκουσα, quam imperite expressit primus editor, & tenuerunt sequentes. conf. vers. 10. Vers. 7.

Vers. 8. τὸ μὲν ὁλοσχερέστερον καὶ βαθύτερον μέρος &c. *Europam*, ait, *longe maxima sui parte*, *scilicet majore parte suæ profunditatis*, (id est *latitudinis*,) *ipsis septentrionibus subjacere*; id est, non solum respectu Græciæ versus septentrionem esse sitam, sed & ipsas ursas, partim minorem, partim majorem per Zenith transeuntes habere. Vers. 8.

Ibid. μεταξὺ τοῦ τε Τανάϊδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Νάρβωνος. Casaubonus: *inter fluvios Tanaim & Narbonem Martium:* minus recte, quod *Martium* nomen adjecit, quod urbis cognomen est, ex quo Romanorum colonia fuit, non fluvii: recte vero, (quidquid contra Gronovius dicat) quod *Narbonem* a Polybio nunc *fluvium*, non urbem, dici existimavit; quod confirmat fragmentum, ab Athenæo conservatum, ex Polyb. XXXIV. 10, 1. Vrbis nomen, ἡ Ναρβὼν, in fœminino genere a Græcis usurpatur. ὁ Νάρβων fluvius est, a quo nomen urbs traxit, qui *Atax* aliàs vocatur, de quo vide Holstenium ad Steph. vocab. Ναρβών. Nec ullam vim habet Gronovii argumentum, cum ait, ex eo, quod ποταμοῦ in sing. non ποταμῶν scripsit Polybius, satis intelligi, *unum* tantum *fluvium*, *Tanaim*, dixisse: enimvero simillima ratione II. 32, 2. τοῦ τε Ἀδόα καὶ Πάδου ποταμοῦ dixit, & III. 69, 5. μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τοῦ Τρεβία ποταμοῦ.

Verf. 9. *Verf.* 9. τὰ περὶ τοῦτον. Mendofe περὶ τούτων Vrb. Nil autem caufæ video, cur τῶν περὶ τοῦτον cum Reifkio malimus. τὰ regitur a νέμονται.

Verf. 10. *Verf.* 10. παρῆκον ἕως Ἡρακλ. Rurfus mendofe (ut verf. 7.) παρεῖκον edebatur ex Bav. qui fic h. l. in contextu habet. Sed omnes alii codices, atque etiam recentiores Regii, in παρῆκον confentiunt.

Verf. 11. *Verf.* 11. κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει. Non fatis adparet, quænam fit horum verborum fententia. Interim adquiefcendum putavi in Cafauboni interpretatione. Reifkii certe non probata mihi eft conjectura, cum ait: „Forte κοινὴν μὲν ὀνομασίαν Εὐρώπην ἔχει, ἰδίαν δὲ οὐκ ἔχει.“ — *Ibid.* κατωπτεῦσθαι correxi cum Flor. Mendofe κατοπτεῦσθαι edd. cum Bav. & Reg. A. Sic & Aug. in marg. antiqua manu; fed in contextu κατοπτευθῆναι.

Cap. XXXVIII.

CAPVT XXXVIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης &c. *de Afia & Africa, qua fe circa Æthiopiam hæ contingunt.* Genitivi τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης pendent a nominativo, qui nonnullis interjectis fequitur, τὰ πρὸς τὴν μεσημβρίαν. Pro Ἀσίας omnino Αἰγύπτου legendum contendit Reifkius, ni omnis geographiæ rudem prorfus judicare Polybium velimus. Quæ criminatio quo pertineat, ipfe Reifkius viderit. Mire fibi Polybius conftat. Si Nilus (ut dixit cap. 37, 3. confentientibus aliis auctoribus, de quibus conf. Cellarii Geogr. Antiq. initio libri IV. Afiam ab Africa difterminat, confequens eft, ut fupra Nilum Afia Africaque fefe contingant.

Verf. 2. 3. *Verf.* 2. Verba ἕως τοῦ νῦν defunt ed. 1. & Bav. Sed habent ea Reg. B. C. cum ceteris codd. — *Verf.* 3. ἄλλως, *temere;* i. q. ματαίως, ὡς ἔτυχε, ut exponunt Hefychius & Suidas. — *Ibid.* μύθους διατιθέναι, *fabulas venditare.* Dubitare autem utique cum Reifkio licet, an hac notione *venditandi* verbum activum ufurpetur. Vide

II. 17,

II. 17. 6. & Lexic. Polyb. De *Pytheæ* mendaciis conf. Reliq. libri XXXIV. cap. 5.

Verſ. 4. ἀνυπότακτον. Vide ad cap. 36, 4. Verſ. 4.

Ibid. κατά γε τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς συνεπιβάλλειν καὶ φέρειν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον. αἱ ὁλοσχερεῖς διαφοραὶ ſunt *majores & craſſiori minerva inſtitutæ partiones plagarum mundi*, velut ortus, occaſus, meridies, ſeptentrio; tum ortus & occaſus æſtivus, hybernus, æquinoctialis. Verbum συνεπιβάλλειν Caſaubonus ſimul cum φέρειν referens ad τὸ λεγόμενον, & *adjiciendi* notione accipiens, totum locum hoc modo interpretatus eſt: *ſed ſingula, quæ hic nominantur, notioribus adjiciant, & cogitatione ad convenientem partem (ſaltem quod ad univerſales partitiones attinet) referant, ex cœli poſitu conjecturam facientes.* Quam verſionem (τοῖς λεγομένοις) nos quoque, cum in dubio hæreremus, fere tenuimus. Sed vides, nonnulla, quæ non ſunt in græcis, ſuppleta, & verbis κατάγε τὰς ὁλοσχ. διαφ. alienum locum eſſe adſignatum. Nunc, ut dicam quod ſentio, & verbum συνεπιβάλλειν longe diverſa notione accipiendum videtur, & Græcorum verbum ſtructura aliter, quam a Caſaubono factum, capienda. ἐπιβάλλω (ut perſpecte jam monuit Budæus in Comment. Ling. Græc. p, 440.) inter alia denotat τὸ ἀκολουθῶ καὶ ἕχομαι καὶ παρέπομαι, id eſt, *ſequor, veſtigiis inhæreo.* Sic apud Polybium noſtrum VI. 40, 4. ἐπιβάλλειν τινὶ manifeſte pro ſynonymo ponitur τοῦ ἕπεσθαι & ἀκολουθεῖν, eodemque modo XI. 23, 2. Pariter apud Plutarch. in Aemilio cap. 33 ſq. p. 273. ed. Wechel. τούτοις (mendoſe quidem vulgo τούτους) ἐπέβαλλον οἱ τὴν ἱερὰν φιάλην ἀνέχοντες. Et mox: τούτοις ἐπέβαλλε τὸ ἅρμα τοῦ Περσέως Rurſusque εἶτ' αὐτὸς ἐπέβαλε. Cui uſui cognatus ille eſt, Polybio inprimis frequentatus, cum *advenire in aliquem locum, adſequi, attingere locum* ſignificat; ut IV. 69, 1. V. 18, 3 & 10. II. 24, 17 &c. Quæ notio ducta eſt ab illo uſu ſimplicis verbi βάλλειν, quo non ſolum *conjicere telum verſus ſcopum aliquem*, ſed & *collineare ad ſcopum, ferire*

Verſ. 4. *ferire ſcopum* ſignificat; qua ratione & Germanorum ſermone dicimus, *an einen Ort eintreffen.* Hinc ad mentis agitationem tranſlatum idem verbum denotabit *mente ſequi, cogitatione comitari,* vel *cogitatione adſequi, cogitatione pervenire aliquo, cogitatione incidere in aliquid.* Qua ratione Clemens Alexandr. (citatus Reiſkio p. 65. ad Polyb. I. 80, 1.) lib. II. Stromat. p. 368. (p. 269. edit. Sylburg.) Πλάτωνα, ait, *τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλοντα δόγμασιν,* quod vulgo interpretantur, *Platonem eiſdem ſuffragantem* (vel *adſentientem*) *dogmatibus;* ac poterat etiam verti, *in eadem incidentem dogmata.* Et ſimilis vis ineſt verbo *συνεπιβάλλειν.* Veluti, *ὅσα συνεπιβάλλει τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν γραφομένοις καιροῖς,* Polyb. II. 56, 2. *quæ incidunt, quæ coincidunt in ea tempora, quorum a nobis res perſcribuntur.* Rurſusque tranſlatione ad mentis actionem facta, hoc loco in quo verſamur *συνεπιβάλλειν,* ſcil. *τῇ διηγήσει,* vel *συνεπιβάλλειν τῷ συγγραφεῖ ἐπὶ τὸ λεγόμενον,* (nam tale quid, ſive ex præcedentibus, ſive ex ſequentibus, ad *συνεπιβάλλειν* hoc loco utique fuerit intelligendum,) denotabit *mente & cogitatione ſequi narrationem,* vel *ſequi narrantem in eis, quæ dicit,* & *ſimul cum eo in rem veluti præſentem venire,* adeoque *clare & perſpicue rem cogitare,* & *plane intelligere;* qua eadem notione etiam verba cognatæ ſignificationis, *παρακολουθεῖν,* & *συμπεριφέρεσθαι,* frequentat idem noſter Polybius. Atque eodem fere modo idem verbum *συνεπιβάλλειν* uſurpavit M. Antoninus III. 11. *clare & perſpicue cogitare, ita, ut animo velut in ipſam rem præſentem te conferas.* In eamdem fere ſententiam de hoc verbo ad hunc Polybii locum REISKIVS nonnulla diſputavit, ſed ita, ut prorſus alienam ſimul miſceat notionem & cum hac, quæ potiſſimum hujus loci eſſe videtur, confundat. — „*συνεπιβάλλειν,* ait, *una cum dictis etiam conjecturis uti,* h. e. *verba & demonſtrationem auctoris adjuvare ſua conjectura.* Auctor, aliquam rem, vel locum oratione demonſtrans, aliquo intendit & jaculum veluti aliquo collineat; quod Græci

ἐπιβάλ-

ἐπιβάλλειν dicunt. Lector, vel auditor, ejus demonstratio- Vers. 4.
nem comitans cogitatione, & adhaerescens ejus intentioni, *συνεπιβάλλει, una collineat.*" —

Iam quae sequuntur apud Polybium verba, καὶ φέρειν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον, fateor me non expedire. Si esset φέρειν ἐπὶ τῆς διανοίας, posset esse *cogitatione ferre*, id est, *mente concipere id quod dicitur;* sicut apud Herodian. II. 9, 18, φέρειν τι ἐπὶ τῆς γνώμης, *in animo habere.* At id quidem nunc urgere non ausim. Defendit vulgatam lectionem REISKIUS, sed ita interpretatur, ut dubitem, fore multos, quibus ejus ratio probari possit. Attamen, in loco difficili, non gravabor ipsa verba docti viri, quamquam mihi non faciunt satis, in gratiam eruditi Lectoris adponere. — „ἐπὶ, ait, posset abesse. Verum quia ἡ διάνοια, cogitatio, est quasi vehiculum, vel currus, cui lector vel auditor imponit auctoris sui testimonium aut demonstationem, eamque super illo vehiculo transfert ad rem aliquam, atque accommodat, ideo recte dicitur φέρειν τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῇ διανοίᾳ. Exempli causa: nomen *Carthaginis* est τὸ λεγόμενον, res, ab auctore demonstrata, vel indicata; legentis mens est vehiculum, cui vocabulum illud *Carthago* quasi impositum transfertur ad partem mundi australem. Visum tamen aliquando fuit, legendum esse καὶ φέρειν ἐπὶ ταὐτὸ τῇ διανοίᾳ, *transferre mente & cogitatione sua partem in eandem, in quam scil. auctor noster illam rem ferebat.*" — Haec ille. Equidem, quod si φέρειν τι ἐπὶ τῇ διανοίᾳ ex usu sermonis denotare posset *rem animo concipere, cogitatione sibi fingere*, nihil amplius requirerem; sed nihil tale in graeci sermonis copia reperiri puto. Commodissima, quae nunc quidem succurrat, ratio haec est, ut mutata verborum serie legamus φέρειν τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ λεγόμενον, & ut verbum φέρειν, sicut ἐπιβάλλειν, reciproce accipiamus, ferre sese, *conferre sese*, vel saltem *tendere, respicere, cogitationem suam in aliquid dirigere;* fere ut in illis dictionibus, φέρων ἐπὶ τοὺς περὶ Ἄδμητον, XXIV. 8, 9. *in Admetum intendens animum,*

Adme-

Verf. 4. *Admetum cogitans, Admetum refpiciens.* Sic Plutarch. in Lucullo p. 506. τὴν μὲν ὄψιν οὐκ εἶχε συμβαλεῖν εἰς ὅτι φέροι, *non potuit adfequi, quo fpectaret, quo tenderet illud fomnium.* Eodem modo compofitum verbum ἀναφέρω Lucianus ufurpat in vita Demonact. cap. 1. T. II. p. 374. λέγω δὲ, εἰς τὸν Σώστρατον ἀναφέρων, *dico hoc, ad Softratum refpiciens.* Et Polyb. II. 23, 8. πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν, *hanc cogitationem refpicientes, huic cogitationi intenti.* Quibus locutionibus adfinis quodammodo illa eft, quam vidimus cap. 36, 7. τῇ διανοίᾳ φέρου τοῦτο ἐπ᾽ ἐκεῖνο, quamquam diverfa paulifper verbi conftructio. Denique totius loci, in quo hæremus, talis fere videtur effe fententia: *Hæc mihi dicta funto, ne ii, qui locorum funt imperiti, prorfus nefciant, quo referant* (qua parte terrarum collocent) *ea, quæ narrantur: fed ut, quoad fummas faltem & rudiori menfura inftitutas divifiones orbis terrarum, cogitatione fequi poffint narrationem, & ad id, quod narrratur, oculos dirigere,* (aut, *velut in rem præfentem fe conferre,*) *indicium fequentes plagarum cœli,* quibus fcil. fubjecta ea regio, in qua quæque res gefta eft. Iam vero hæc eadem fententia, quæ paulo obfcuriori ratione hoc verfu continetur, planius deinde verfu fequenti declaratur.

Verf. 5. *Verf.* 5. πρὸς τὸ κατὰ τὴν ἔνδειξιν ὑποδεικνύμενον. Latius patet verbum ὑποδείκνυμι, quam ἐνδείκνυμι: illud pertinet ad ea pariter, quæ non cernuntur oculis; ἐνδεικνύναι eft *digito monftrare rem oculis fubjectam.* Monuit jam Cafaub. in ora Bafil. & conferre juffit III. 54, 3.

CAPVT XXXIX.

Cap. XXXIX.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἀπὸ τῶν Φιλαίνου βωμῶν, *a Philæni aris.* Φιλαίνων βωμοὺς, in plurali numero, *Philænorum aras* vocant plerique fcriptores, a duobus fratribus Philænis, quorum hiftoriam vide apud Salluft. in Iugurtha cap. 79. apud Melam I. 7. & Valer. Max. V. 6. extern. 4. Sed in fingulari ufurpavit rurfus Polyb. X. 40, 7. Sic Ptolemæus IV. 3. Φιλαί-

Φιλαίνου κώμη, ὑφ' ἣν ὁμώνυμοι βωμοί. Et Scylax in Periplo p. 45. ed. If. Vossii, *τοὺς Φιλαίνου βωμούς.* Verf. 2.

Ibid. Ἡρακλείους. Mendose h. l. Ἡρακλέους Vat. *Herculis columnas*, quas Gadibus vindicant Hispani & Afri, a Polybio & plerisque Græcis ad ipsum fretum poni, quod Africam ab Hispania dirimit, monuit Strabo lib. III. p. 170. (Reliq. Histor. Polyb. XXXIV. 9, 4.) Id autem adparet etiam ex verbis, quæ mox sequuntur, *verf.* 4. *διαβάντες δὲ τὸν καθ' Ἡρακλείους στήλας πόρον*, ubi *πόρος*, quod utique proprie *trajectum* notat, intelligitur non differre a *πορθμῷ*, id est *freto.* Verf. 4.

Verf. 4. *ἕως τῆς ῥαχίας* &c. *usque ad illos scopulos, in quibus desinunt ad mare nostrum Pyrenæi montes, quibus Hispani & Galli invicem separantur.* Sic Caubonus. *τὴν ῥαχίαν* I. 37, 2. dixerat Polybius *æstum atque impetum, quo agitatur mare circa scopulos & saxosa promontoria:* nunc *ipsum saxosum promontorium* ita dicit, ut Thucydides IV. 10. ubi Scholiastes ait: *ῥαχία ἐστὶ πετρώδης τόπος, περὶ ὃν περιῤῥήγνυται ἡ θάλασσα καὶ ὁ κλύδων καὶ ἡ τῆς θαλάσσης ὁρμή.* Quibus adde quæ ibidem Dukerus adnotavit. Significat Polybius promontorium illud, quod a *Cruce* hodie, olim a *Venere* cognomen habuit, & *Pyrenæa Venus* adpellabatur, a Veneris fano, quod ibi exstructum erat; de quo vide auctores, quos laudavit Cellarius Geogr. Antiq. lib. II. cap. 1. p. 152 sq. Si esset *τῆς ῥάχεως*, intelligerem *dorsum Pyrenæi*, quo via per montem patet; qui locus *Summus Pyrenæus* vocatur in Antonini Itinerario, & *τὰ ἄκρα τῶν Πυρηναίων* Straboni lib. III. p. 159. C. & 160. B. qui idem locus posterioribus temporibus a *Pompeii Tropæis* nomen invenit. Vtrumque locum habitum esse Hispaniæ Galliæque terminum, idem Strabo docet lib. IV. p. 178. Alter in ora est; alter versus septentrionem nonnihil ab ora remotus. Conf Cellar. p. 145.

Verf. 5. *ἀπέχει δὲ -- αὐτὸς ὁ τόπος.* Bene habet *αὐτὸς ὁ τόπος, ipse locus*, scilicet ubi terminus habetur Hispaniæ Galliæque. Nomen autem loci non declarat; puto, quod Verf. 5.

in

in hiſtoria rerum, in Hiſpania geſtarum, non admodum celebratum Polybii ætate erat. Nec enim *αὐτὸς ὁ τόπος Emporium* intelligendum, ut voluit Reiſkius: nam terminus ille abeſt a Carthagine Nova fere v millia ſtadiorum, ſed Emporium (verſ. 6 ſq.) nonniſi IV millia cum ducentis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *εἶναι συμβαίνει τρισχιλίους. A freto Herculeo uſque Carthaginem novam* numerat Polybius *ſtadia ter mille.* Strabo vero III. 156. nonniſi MMCC ponit. Carthagine ad Iberum Polybius MMDC numerat, Strabo MMCC. Quare & erroris arguit Polybium Geographus, lib. II. p. 106. (Reliq. Hiſt. Polyb. lib. XXXIV. cap. 7.) quod nimiam fecerit longitudinem Hiſpaniæ. Conf. quæ notamus paulo poſt, ad verſ. 8.

Ibid. *ἔνιοι Νέαν Καρχηδόνα.* De *Nova Carthagine* dixerat II. 13, 1. quam locum ſi cum hoc contuleris, admodum probabile fiet, excidiſſe ibi vocabulum *Νέαν*, ut legendum ibidem ſit *παρὰ μέν τισι Νέαν Καρχηδόνα* &c. quod ad eum locum oblitus eram monere — *Ibid.* *πρὸς δισχιλίοις.* Sic ſcripti libri omnes. Temere *πρὸς δισχιλίους* edd. errore ex ed. 1. propagato.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ἀπὸ δὲ τούτου.* Sic meliores codices, & id expreſſit etiam Caſaubonus in verſione. Corrupte *ἀπὸ δὲ τούτων* edd. cum Bav. *Ab Ibero ad Emporium* numerat *ſtadia* MDC. Eodem modo Strabo lib. III. p. 156.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *καὶ μὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν, περὶ χιλίους ἑξακοσίους. Iam vero inde* (ſcil. ab Emporio, vel ab Emporiis,) *uſque ad Rhodani tranſitum, ad mille ſexcenta.* Ante hac verba Gronovius, in ora ſui libri, ſuſpicari ſe ſignificavit intercidiſſe nonnihil: cauſam ſuſpicionis, aut quid, vel quale ſit quod intercidiſſe putaverit, non declaravit. Mihi vero eadem oborta ſuſpicio erat, primum eo, quod, cum modo præceſſerit *χίλιοι σὺν ἑξακοσίοις*, nunc, ſi continuo rurſus idem numerus ſequeretur, non ſimpliciter poſiturus Polybius fuiſſet *περὶ χιλίους ἑξακοσίους*, ſed vel adjecturus particulam *πάλιν*, *πάλιν περὶ χιλίους ἑξακοσίους*, vel alia phraſi fuiſſet uſurus, verbi

cauſa

causa ἄλλοι τοσοῦτοι, ut solet in similibus, veluti II. 65, 2 & 4. Altera suspicionis ratio est, quod, ubi longitudinem viæ per totam Hispaniam, inde a Freto Herculeo, declaravit, (vers. 5.) *locum* commemoraverat, *qui terminus est Hispaniæ Galliæque:* nunc igitur, ubi eamdem longitudinem per partes se declaraturum professus est, (ἐπὶ μὲν γὰρ Καινὴν πόλιν, ait vers. 6. *nam* a *Freto Herculeo ad Carthaginem novam* &c.) consentaneum erat, ut eamdem rursus stationem commemoraret. Intercidisse igitur videtur h. l. id. quod de *distantia Emporii usque ad illum Hispaniæ Galliæque terminum* dixerat Polybius. Quantam vero posuerit illam distantiam, intelligere quodammodo licebit, si summam 9000 stadiorum, quam ponit versu 11. a Nova Carthagine usque ad Italiæ ingressum, contulerimus cum singulis numeris, quibus indicantur distantiæ singulorum locorum, quæ diserte hic commemorantur. Scilicet Vers. 8.

a Carth. Nova ad Iberum numerat stadia	2600
ab Ibero ad Emporium - -	1600
ab Emporio ad Rhodani trajectum -	1600
a Rhodano ad Alpes - - -	1400
pro itinere per Alpes - - -	1200
unde stadiorum prodit summa - -	8400

Quæ summa cum *sexcentis* stadiis minor sit, quam 9000. intelligitur, (si recte habet versu 11. numerus 9000.) intercidisse alicubi in singularum distantiarum expositione numerum 600. quandoquidem major est hic numerus, quam ut eum negligere potuerit Polybius, & pro 8400. veluti numero rotundo 9000. ponere. Sed ex mente ipsius auctoris positum esse numerum 9000. nec in eo erratum a librariis, intelligitur ex eo, quod Strabo lib. II. p. 106. (Reliq. Polyb. lib. XXXIV. cap. 7.) dicit, *Polybium a Massilia ad Fretum Herculeum amplius* 9000. *stadia posuisse.* Quod convenit cum ea ratione, qua 9000. stadia a Nova Carthagine ad Italiæ ingressum numeravit; nam si ab hac summa subtrahas 2600, quæ numerat a Rhodani trajectu usque

Verſ. 8. uſque ad Italiæ ingreſſum, addasque 3000 ſtadia, quæ ſunt a Freto Herculeo ad Carthaginem Novam, prodit ſumma 9400 ſtadiorum a Freto uſque ad Rhodani trajectum, adeoque, ut ait Strabo, *amplius* 9000 *ſtadia a Freto uſque Maſſiliam*, quæ urbs non tanto intervallo diſtat a Rhodano, quantum a mari adverſa fluminis ripa adſcenderat Hannibal ad eum locum, ubi Rhodanum trajecit. Quibus ex rebus utique fit probabile, ante verba *καὶ μὴν ἐντεῦθεν* intercidiſſe talia quædam verba: Ἀπὸ δὲ τούτου (ſcil. τοῦ Ἐμπορείου) εἰς τὰ ὅρια τὰ τῶν Ἰβήρωντε καὶ Κελτῶν (vel εἰς τὰ ἄκρα τῶν Πυρηναίων, aut aliquid ſimile) στάδιοι ἑξακόσιοι. Neque ſi quis τετρακόσιοι ſuſpicetur, quemadmodum apud Strabonem III. p. 159. extr. in verſione latina Caſaubonus expreſſit, me valde habebit repugnantem; nam quod ibi in græcis legitur, Ἐμπορεῖον, ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σταδίους, dubitari non debet, immanem in modum a librariis auctum eſſe numerum: ſed, ſi radicem Pyrenæi, non ſummum jugum ibidem Strabo dixit, multo quidem etiam major vero quadringenarius numerus fuerit, ut monuit Palmerius; at ſtatio, quam apud Polybium deſiderari dico, non ad radicem Pyrenæi, ſed in ſummo jugo eſt.

Ibid. βεβημάτισται καὶ σεσημείωται. *per paſſus demenſa ſunt, & ſignis miliaribus diſtincta.* Sic Strabo VII. p. 322. ὁδὸς βεβηματισμένη καὶ κατεστηλωμένη. Conf. Heſych. in Βηματίζει.

Ibid. κατὰ σταδίους ὀκτώ. *Octonis ſtadiis* Polybius æquiparat *miliare romanum.* Eamdemque rationem Livius ſolet tenere. Sic CC ſtadia Polyb. III. 42, 7. ſunt XXV. M. P. Liv. XXI. 28. Rurſus XVI ſtadia Polyb. III. 101, 4. ſunt duo millia paſſuum Livio XXII. 24. Centum viginti ſtadia Polyb. VIII. 28, 6. ſunt XV millia paſſ. Livio XXV. 9. Circiter LX ſtadia Polyb. XIV. 4, 1. ſunt ſeptem millia Liv. XXX. 5. Triginta circiter ſtadia Polyb. XIV. 8, 1. ſunt quatuor ferme millia Liv. XXX. 8. At alio loco Polybius (puto libro XXXIV. ubi ex profeſſo & enucleatius

de

de rebus, ad geographiam pertinentibus, disputavit) *miliare romanum* æstimavit *octo stadiis cum duobus jugeris*, id est, *cum triente*, ut docet Strabo lib. VII. p. 322. Reliq. Hist. Polyb. XXXIV. cap. 12, 5.

Vers. 9. παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ὡς ἐπὶ τὰς πηγὰς, *propter ipsum fluvium, versus ejus fontes.* Conf. Adnot. ad cap. 50, 1. Vers. 9.

Vers. 10. Λοιπαὶ δὲ αἱ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολαί. Articulum αἱ ex conject. recte adposuit Casaub. Nempe cum δ' αἱ dare debuissent librarii, id in δὲ corruperunt. Vers. 10.

Vers. 12. σταδίους ἐννακισχιλίους. Deficere, ad complendam hanc summam, sexcenta stadia, nisi intercidisse nonnihil statuamus in recensione, quæ præcessit, monui ad vers. 8. Vers. 12.

CAPVT XL.

Cap. XL.

Vers. 1. κατάφοβος ἦν τοὺς Κελτοὺς, *timebat Gallos.* Sic active sumitur illud vocab. κατάφοβος, & casum verbi καταφοβεῖσθαι adscivit. Perperam intra lineas in cod. Flor. est τοῖς Κελτοῖς, quod inde in Reg. C. transiit. Vers. 1.

Vers. 2. προεχειρίσαντο πέμπειν, *designarunt, constituerunt, quos mitterent,* vel *qui mitterentur.* Infinitivus activus passive accipiendus, vel intelligendum ὥστε πέμπειν αὐτούς. Conf. ad I. 4, 1. Sic mox rursus *vers.* 3. ἀποστέλλειν προκεχειρισμένοι, *constituti, nominati, qui mitterentur:* ubi suspicari quidem possis, ad ἀποστέλλειν intelligendum τὰς ἀποικίας, *qui colonias deducerent;* sed *colonias deducere* est ἄγειν τὰς ἀποικίας, non ἀποστέλλειν. Initio *vers.* 3. ubi est ἐν ὅσῳ δ' οὗτοι, temere & invitis codicibus conjunctionem omittunt ed. 1. 2. — *Ibid.* Ante οἳ δὴ minori puncto distinguebatur vulgo oratio, quod delevi, monente Reiskio. Pro οἳ δὴ autem ἃς δὴ haud absurde suspicatus erat Scaliger; quod & Reiskius sibi in mentem venisse ait, ita quidem, ut simul ἤδη pro δὴ suspicaretur, ut esset ἀποικίας, ἃς ἤδη πρότερον. Atque id ipsum ita expressit Reg. B. quod insignem utique veri speciem habet; Vers. 2. Vers. 3.

ut pronomen ἃς absorptum ab extrema syllaba vocabuli ἀποικίας, & ἤδη in οἱ δὴ corruptum a librariis statuatur. Sic vero participium προκεχειρισμένοι active fuerit accipiendum, & tota ῥῆσις ita vertenda: *colonias, quas jam illuc mittendas decreverant.*

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐπὶ τοὺς τόπους παραγίγνεσθαι. Sic editum ex Bav. ἐπὶ τόπους γίγνεσθαι Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Vers. 6. *Vers.* 6. οἱ Βοῖοι. Sic ed. 1. 2. consentientibus msstis. οἱ Βοιοὶ ad Casaub. & seqq. & eodem modo rursus vers. 10. & deinde. — *Ibid.* οὐκ ἔχοντες δὲ τότε καιρόν. Negantem particulam delendam censuit REISKIVS, ut opponantur inter se πάλαι & τότε: *dudum insidiabantur Romanis, quibuscum amicitiam simulabant; tunc autem habentes prodendi sui odii opportunitatem, deficiebant.* Fatetur tamen concedi posse, ut πάλαι & τότε h. l. non sint contraria, sed idem significantia; id est, ut ipsum τότε referatur ad πάλαι.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ ταύτης. Cum mendose προτέρῳ ex Bav. dedisset ed. 1. (quod & repetiit ed. 2.) temere deinde & invito exemplari vocem ταύτης omisit Obsopœus. De re vide lib. II. cap. 22 & seqq.

Vers. 8. *Vers.* 8. Ἴσομβρας editum ex Bav. Ἴνσομβρας habet Vat. non Ἴνσοβρας, quod perperam in scholio posuerunt operæ nostræ. — *Ibid.* συμφρονησ. κατὰ τὴν προγεγενημ. ὀργήν. Non opus est, ut hæc solicitentur; (conf. II. 22, 1.) quamquam contrarium dicere videtur Livius XXI. 25. *nec tam ob veteres in populum Romanum iras.* — *Ibid.* Verba καὶ τοὺς φεύγοντας usque Ῥωμαίων temere præteriit Obsopœus. — *Ibid.* Μοτίνην. Locum hunc Polybii respexit haud dubie Stephanus Byz. in Μοτιηνοί: sed multis modis misere corrupta ab Epitomatore sunt Grammatici verba. — *Ibid.* ἀποικίαν. ὑποικίαν ed. Gron. operarum errore.

Vers. 9. *Vers.* 9. ἐπιφανῶν. Consentit Vat. cum ceteris. ἐπιφανεστάτων uni Flor. proprium est. — *Ibid.* εἷς μὲν ἦν. ἦν caret Flor. — *Ibid.* Λουτάτιος. Sic scripsi, quemadmodum III. 21, 2. recte bis dederunt codices omnes.

Mendo-

Mendose h. l. rursus Αὐτάτιος mssti & ed. 1. 2. (unus Reg. A. Λουτάτιος ex emend. habet.) Λυτάτιος ed. Casaub. & sqq. cum Vrsino & Scaligero. Conf. ad I. 59, 8. — *Ibid.* καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν εἰληφώς. Non delendum est καί, ut voluit Reiskius, nec abundat, sed valet ad rem augendam. Duo ex triumviris prætorii erant, hic etiam consularis. Vers. 9.

Vers. 11. Μάλλιος. Sic Vat. Aug. Reg. A. Vulgo Μάλιος ex Bav. Vers. 11.

Vers. 12. ἅμα τῷ παρελθεῖν. αὐτούς, quod vulgo ex Bav. adjiciunt, nesciunt codices Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrsini. Et commodius sane intelligitur αὐτόν. Vers. 12.

Vers. 13. ἀποχώρησιν recepi ex eisdem, quos modo nominavi, codicibus. — *Ibid.* Τάννητος iidem dederunt. Livius XXI. 25. ***Romani Tanetum, vicum, propinquum Pado, contendere***; ubi vide Criticos. Rursus idem ibid. cap. 26. ***Tanetum pervenit.*** In ora Reg. A. est: Τάννητος κώμη, & initio superscripta est litera κ, ut sit Κάννητος. Vers. 13.

Vers. 14. ἡγεμόνα συστήσαντες ἐξαπέλεκυν. Perperam στήσαντες Aug. Prætoris nomen C. Atilium edidit Livius XXI. 26. Vers. 14.

CAPVT XLI. Cap. XLI.

Vers. 1. κατὰ Κελτούς. Sic ed. 1. & Reg. B. cum Bav. Vat. Flor. κατὰ τοὺς Κελτοὺς Reg. A. & Aug. & hinc ed. 2 & seqq. — *Ibid.* εἰλήφει. εἴληφε Aug. Reg. A. — *Ibid.* διεληλύθαμεν recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrs. διεληλύθειμεν edd. & Reg. B. C. ex Bav. Vers. 1.

Vers. 2. ὑπὸ τὴν ὡραίαν. Sic III. 16, 7. *sub æstatem, ineunte æstate.* Eodem modo ὑπὸ τὴν ἑωθινήν, *sub lucem, prima luce, circa quartam vigiliam*, I. 53. 4. III. 43. 1. Eademque ratione X. 8, 7. pro ἐπὶ δείλην ὀψίαν, ὑπὸ scribendum videtur. Conf. ad III. 83, 7. Vers. 2.

Ibid. ἑκατὸν ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς. Discrimen aliquod ponere videtur Polybius inter earum genus navium, quæ datæ sunt Sempronio, & eas, quæ Scipioni. Has simpliciter ναῦς dicit, illas σκάφη πεντηρικὰ vocat. Sed

Verſ. 2. Sed Scipio non niſi ſexaginta habebat, Sempronius centum & ſexaginta: utrique autem pariter duæ legiones datæ, quod diſerte Livius XXI. 17. dicit. Polybius quidem non diſerte hoc loco, ſed ſæpe aliâs declaravit, exercitum conſularem duarum legionum fuiſſe. Quibus ex rebus ſolertiſſimus auctor libri, gallice conſcripti, de Navigiis Veterum (*les Navires des Anciens, par M. le Roy* p. 46 ſqq.) colligit, *σκάφη πεντηρικὰ*, quæ data Sempronio Polybius ait, formam quidem habuiſſe, quinqueremibus ſimilem, ceterum molis fuiſſe multo minoris. Sed, ut omittam, quod aliquanto majorem ſociorum numerum Sempronio datum Livius l. c. ſcribit, idem Livius non ſolum naves, Scipioni Semproniоque datas, promiſcue *quinqueremes* & *naves longas* adpellat, ibid. & cap. 26. verum etiam diſerte docet, cur navium numerus minutus Publio, auctusque Sempronio fuerit; ſcilicet, quoniam Scipio nonniſi ad deducendas potiſſimum copias navibus opus habere viſus erat; Sempronius vero claſſem ad prælium maritimum, ſi ita res ferret, comparatam debuit habere: (conf. Liv. XXI. 49 ſqq.) quam ob cauſam multo majori numero navium, & quidem non ſane minoris molis, majoriſque numero ſociorum navalium, qui in legionum numero non erant comprehenſi, opus ei erat. Quo & pertinet id ipſum,

Verſ. 3. quod mox *Verſu* 3. adjicit Polybius, *οἷς οὕτω καταπληκτικῶς* &c. *quibus tam atrox bellum inferre hoſti cogitabat*, &c. Vbi cuivis æquo lectori facile puto probatum iri illam Reiſkii emendationem, *οἷς*, quam voculam abſorpſerat terminatio vocis præcedentis. — *Ibid. πάντα καὶ πανταχόθεν ἀθροίζων.* Magnam ſpeciem habet *πάντα*, quod ex Gronovii conject. poſui, quam ſignificavit in ora ſui libri, & provocavit ad II. 23, 12. & III. 75, 7. Sed poterat etiam haud incommode fortaſſe teneri *πάντας*, *congregavit undique omnes*, puta, *militiæ, vel remigio idoneos.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *Λιγυστικὴν* editum eſt ex Bav. & ſic dant codd. omnes II. 31, 4. — *Ibid. ἀπὸ Πισῶν*, quod in verſ. lat. jam expreſſerat Caſaubonus, non dubitavi in græcum con-

textum

textum recipere; idque merito a nobis factum non dubitabit quisquis contulerit III. 56, 5. & II. 27, 1. & 28, 1.

Vers. 6. ἀκούων μὲν ὑπερβάλλειν ἤδη. Sic quidem libri omnes. Exspectaveram ὑπερβεβληκέναι, ac certe ὑπερβαλεῖν putem scribendum. Vers. 6.

Vers. 8. διασαφηθέντος αὐτῷ. Sic recte Casaub. cum Vrsino, Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. διασαφηθέντων ed. 1. 2. cum Bav. quod ferri quidem utcumque possit; sed illud Polybianum. Sic frequentissime προσπεσόντος αὐτῷ, non προσπεσόντων, ubi quidem per se sine adjuncto ponitur participium. Vers. 8.

Ibid. καὶ διενοεῖτο μετὰ τῶν χιλιάρχων, *cum tribunis deliberabat.* Verba ista ex Reg. B. adscivit Casaub. cum quo consentit Vat. Flor. & Reg. C. Ac sunt sane hæc aptiora huic loco, quam quæ habent ed. 1. & 2. cum Bav. Aug. & Reg. A. καὶ διὰ χιλιάρχων ὑπετίθετο, id est, *& per tribunos indicavit militibus, docuit milites.* Priusquam doceri possent milites, deliberandum fuit cum tribunis; præsertim quoniam inopinatus fuerat nuncius de adventu Hannibalis. Nec eodem statim tempore, quo navibus exscendebant milites, docendi erant, quibus locis occurrendum esset hosti: in ipso rei agendæ articulo educuntur in aciem milites, instruuntur, admonentur; sed duces ante sunt docendi. Fuerat fortasse olim, καὶ διενοεῖτο μετὰ τῶν χιλιάρχων καὶ ὑπετίθετο. Quid h. l. legerit in suo codice Perottus, difficile dictu: *tribunos*, (ait) *quonam in loco occurrendum hostibus foret, edocuit.* Livius, adcommodate ad nostræ lectionis sententiam: *incertus quonam ei loco occurreret.*

Ibid. καὶ συμμικτέον. Sic libri ad unum omnes. Intellige ex superioribus καὶ ποίοις τόποις συμμικτ. nec admodum desiderabitur particula ποῦ, quam sua unius auctoritate inseruit Casaub. a quo tenuerunt posteriores editores.

Vers. 9. ἀπέστειλε. ἐξαπέστειλε adoptatum mallem ex Vat. & Flor. — *Ibid.* συστήσας μετ' αὐτῶν. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. μετ' αὐτὸν Bav. ed. 1. 2. Vers. 9.

Reg. B. C. & συστήσας præterea in συστήσαι, tum in συστῆσαι corruperunt ed. 1. 2. — *Ibid.* ἅμα καὶ συναγωνιστὰς Κελτούς. Desunt verba καὶ συναγων. Bav. & ed. 1. ἅμα Κελτοὺς καὶ συναγωνιστὰς dat ed. 2. invitis msstis.

Cap. XLII.

CAPVT XLII.

Vers. 1. *Vers.* 1. *σχεδὸν ἡμερῶν τεττάρων ἀπέχων στρατοπέδῳ τῆς θαλάττης, ex intervallo quatuor fere dierum itineris a mari castra metatus.* In *Volcarum* agro, ut ait Livius XXI. 26. quorum caput Nemausum fuisse Strabo docet. Quartis deinde castris ab hoc loco, ubi Rhodanum trajecit, pervenit Hannibal ad eum locum, quem *Insulam* nominatum ait Polybius cap. 49, 5. ubi Isara Rhodano jungitur.

Vers. 2. *Vers.* 2. κατοικοῦντας τὸν ποταμόν. Commodius utique παροικοῦντας, quod verbum mox eodem versu dant omnes, sed hoc loco unus Vat. Invenitur tamen, puto, apud græcos scriptores & κατοικεῖν τὴν θάλατταν, pro παροικεῖν τὴν θάλασσαν, vel pro κατοικεῖν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ. Similiter certe apud Appianum in Præfat. cap. 1. legimus οἱ τὴν Μαρείαν λίμνην κατοικοῦσι, *qui ad Mareotim lacum habitant*, postquam paulo ante dixerat ὅσοι παροικοῦσι τὰς Σύρτεις, *qui circa Syrtes habitant.* — *Ibid.* ἐμπορίαις adscivi ex Aug. & Reg. A. Poterat tamen & ἐμπορείαις servari. Hoc ab ἐμπορεύεσθαι derivatur, illud ab ἔμπορος.

Vers. 3. 4. *Vers.* 3. ἔτι δέ. Mendose εἰ δὲ Vat. — *Ibid.* ἐξέλαβε, *sumsit, selegit; habito selectu sumsit.* conf. ad II. 39, 6. — *Vers.* 4. ἐν τῷ πέραν correxit Casaub. Mendose ante eum edd. cum msstis ἐν τῷ περᾶν.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐπιγενομένης τῆς τρίτης νυκτός. ἐπιγενομ. δὲ τῆς edd. ex Bav. Delevi particulam cum Flor. Aug. & Reg. A. puto & Bav. Reiskius ait, in editione Hagenoënsi esse οἱ pro δὲ, quod ille probat, hac sententia, *cum ipsi supervenisset tertia nox.* At in meo sane exemplo illius editio-

editionis perspicue δὲ scribitur, quemadmodum in Bav. — *Ibid.* Βοαμίλκου τοῦ βασιλέως. Conf. ad cap. 33, 3.

Vers. 7. ἀντίοι τῷ ῥεύματι restitui ex ed. 1. cui suffragantur codices omnes, præter unum Aug. qui ἐναντίοι habet, quod inde in ed. 2 & seqq. est translatum. — *Ibid.* παραγενόμενοι dant vett. codd. omnes. Temere παραγινόμενοι edd. & Reg. B. C. Vers. 7.

Vers. 8. συμπηγνύντες. συμπηγνῦντες Aug. Reg. A. — *Ibid.* μηδενὸς editum est ex Bav. οὐδενὸς Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 8.

Vers. 9. τόπον ὀχυρὸν editum ex Bav. consentiente Aug. & Reg. A. — *Ibid.* ἅμα δέ. Particula δὲ, quam cum ed. 1. agnoscunt codices omnes, temere neglecta est in ed. 2 & seqq. — *Ibid.* πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν χρείαν. Sic facile corriget æquus lector sphalma operarum nostrarum; qui vocem nihili ἐποιοῦσαν posuerunt. Vers. 9.

CAPVT XLIII.

Cap. XLIII.

Vers. 1. ἀντίπερα scripsi cum Bav. Temere penacute ἀντιπέρα edd. Rectum foret ἀντιπέρας, quod penacute scribendum Suidas monuit. Sed nec male ἀντίπεραν dant Aug. & Reg. A. non ἀντιπέραν, quod temere ex Aug. retulit Bœclerus. Conf. ad I. 17, 4. Vers. 1.

Vers. 2. πελτοφόρων. πελταφόρων voluit Vrsinus. Sic nimirum vulgo edebatur III. 75, 7. sed invitis msstis. Vers. 2.

Vers. 3. εἶχον δὲ τὴν μέν. Temere neglexit μὲν ed. 1. quare & carent codices Reg. B. C. — *Ibid.* τὸ πολὺ τῆς τοῦ ῥεύματος βίας ἀποδεχομένων. Sic vett. codd. omnes, consentiente Bav. in contextu: & conferri potest V. 51, 1. θέλων ἀποδέξασθαι τὴν ἐπιφορὰν καὶ τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος. Videri tamen potest magis proprium in hac re verbum ὑποδεχομένων, quod intra lineas in cod. Bav. indicatur, & inde in editos libros est translatum. Vers. 3.

Vers. 4. κατὰ δὲ τὰς πρύμνας τῶν λέμβων. Sic Vat. Flor. & Vrsini codex. Vulgo, alia serie κατὰ δὲ τῶν λέμβων τὰς πρύμνας edd. cum Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Vers. 4.

Verf. 4. τοὺς ἵππους νέοντας. Suidas in Νέοντας ex hoc loco habet: ἐφεῖλκον καὶ ἵππους νέοντας τρεῖς ἅμα καὶ τέτταρας τοῖς ἀγωγεῦσι. Et poſſunt quidem verba τρεῖς ἅμα &c. cum Suida ad ἐφέλκειν referri; ſed commodius vulgo, conſentientibus msstis, referuntur ad οἰακίζοντος. Eſt autem οἰακίζειν proprie *navem regere gubernaculo*, ſed & generatim *regere, gubernare*. Conf. Liv. XXI. 27 extrem. — *Ibid.* μέρους τῆς πρύμνης reſtitui ex ed. 1. & msstis. Temere μέρους καὶ πρύμνης ed. 2 & ſeqq. — *Ibid.* πλῆθος ἱκανὸν ἵππων. Sic Caſaub. edidit ex Reg. B. ſuadente etiam Vrſino. ἱκανῶν ed. 1. 2. conſentientibus vett. codicibus.

Verf. 5. *Verſ.* 5. ἀτάκτως. Imperite εὐτάκτως Aug. Reg. A. confuſa litera α cum compendio ſcripturæ, quo efferri ſolet diphthongus ευ. — *Ibid.* πεπεισμένοι κωλύειν. Exſpectaveram κωλύσειν, ſed in vulgatam conſentiunt libri.

Verf. 6. *Verſ.* 6. τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ στρατιώτας. Sic vett. codd. omnes. Temere παρ᾽ αὐτῷ edd. & Reg. B. C. — *Ibid.* παρήγγελλε. Perperam προήγγελλε ed. 1. 2. & Reg. C.

Verf. 8. *Verſ.* 8. Poſt τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ temere *punctum* inſeruerunt operæ noſtræ, quod *delendum* facile adparet. — *Ibid.* συναγωνιώντων, *una timentibus:* nempe Pœni ſuis timebant. Merito autem recepit hanc lectionem Caſaubonus ex Reg. B. cui patrocinantur Vat. Flor. Vrſin. Reg. A. Temere prorſus ἀγωνιζόντων, ed. 1. & Reg. C. συναγωνιζόντων Bav. & Aug. & hinc ed. 2. — *Ibid.* παιανιζόντων, *quum hymnos canerent.* Caſaubonus; *quum ululatus tollerent:* nempe ex Livio XXI. 28. ubi, *cum variis ululatibus;* ſed adjicitur tamen *cantuque.* — *Ibid.* Peraptum eſt π α ρ α κ ο λ ο ύ ν τ ω ν, *cohortabantur ſuos.* Sed π α ρ α κ ο λ ο υ θ ο ύ ν τ ω ν exquiſitius videri poteſt, & eo verius: *proſequentes illos ſympathetico quodam timore cum clamoribus.* Ego tamen in priori lectione adquieſcendum putem, quam & Livius expreſſit.

Ibid. προκαλουμένων τὸν κίνδυνον. Tenui Caſauboni verſionem, *quum prælium depoſcerent.* REISKIVS ad h. l. ſcri-

scribit: — „Videri possit elegans dictio, *provocare, lacessere provocatione periculum, & ad se advocare.* Videtur tamen paulo grandior & ad poëticam sublimitatem proprior, quam ut Polybio conveniat. Quare cogitavi aliquando, quod nunc non ausim confirmare, προκαλουμένων πρὸς τὸν κίνδυνον esse scribendum.“ — Vers. 8.

Vers. 9. ἐπιπεσόντες dederunt Vat. & Flor. ut suspicatus erat Reiskius. καὶ πεσόντες ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. πεσόντες ed. Casaub. & seqq. deleta particula καί. Vers. 9.

Vers. 11. τοὺς πρώτους ἀποβαίνοντας. In Aug. super πρώτους superscriptum est πρώτως. — *Vers.* 12. καὶ διὰ τὸ παράδοξον. διὰ h. l. carent ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Inseruit Casaub. monente Vrsino, & consentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 11. 12.

CAPVT XLIV. Cap. XLIV.

Vers. 1. ἐγίγνετο. ἐγένετο Aug. in contextu, sed intra lineas ἐγίνετο eadem manu. — *Vers.* 3. περὶ τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ. Duo postrema verba temere neglexit ed. 1. Vers. 1 sq.

Vers. 5. Ad εἰσήγαγε intellige εἰς τὴν ἐκκλησίαν Sic rursus vers. 10. ad εἰσελθών. — *Ibid.* τοὺς βασιλίσκους τοὺς περὶ Μάγιλον. Livius XXI. 29. *Bojorum legatorum regulique Magali adventus.* — *Ibid.* τὰ δεδογμένα non placuit Reiskio, qui τὰ δεδιδαγμένα, τὰ δεδειγμένα, aut potius τὰ λελεγμένα, vel τὰ δεδομένα, *data, concessa ab ipsis*, voluit. Nec tamen video, quid sit cur τὰ δεδογμένα non peræque locum suum hic tueri possit ac cap. 40, 2. & alibi. Vers. 5.

Vers. 6. ἦν δέ. δὲ temere deest ed. 1. 2. Sed habent hanc particulam Reg. B. C. cum ceteris codd. — *Ibid.* ἰσχυρότατα. Rursus invitis veteribus codd. ἰσχυρότατον dant ed. 1. 2. & Reg. B. C. Vers. 6.

Ibid. ἐνέργεια, *efficax præsentia.* Sic Casaub. Sed vix possum quin REISKIO adsentiar, ἐνάργεια corrigenti. — „Nam ipsi legati, (inquit) auctores & interpretes voluntatis, qua Transpadani erga Hannibalem essent,

Verf. 6. fent, aderant & confpiciendos fe dabant: qui *oculorum fenfus & per eum perfuafio animi* eft ἐνάργεια. Vide p. 275, 6. 287, 24. [hoc cap. vf. 11. & cap. 54, 2.] Sæpe hæc duo vocabula, ἐνέργεια & ἐνάργεια, inter fe permutantur." — Eamdem fufpicionem jam fignificaverat Cafaub. in ora Bafil. ubi & ad eadem Polybii loca provocavit, ut cognovi ex Gronovii fchedis. Conf. Adnot. ad I. 1, 2.

Ibid. τῶν ἐπισπωμένων. Temere ἐπισπομένων ed. 1. & Reg. B.

Verf. 7. 8. *Verf.* 7. Vocab. πορείαν deeft Vat. & Flor. — *Verf.* 8. μεθ' ὧν μέλλουσι. μέλλωσι ed. 4. 5. operarum errore.

Verf. 12, 13. *Verf.* 12. μελόντων correxit Cafaub. Mendofe μελλόντων ed. 1. 2. confentientibus msstis. — *Ibid.* γίγνεσθαι. Sic edd. & mssti, excepto Reg. A. in quo γενέσθαι, & intra lineas γίνεσθαι. — *Verf.* 13. εἰς τὴν αὔριον. εἰς cum deeffet ed. 1. 2. inferuit Cafaub. monente Vrfino; fic vero & codd. Vat. & Flor.

Cap. XLV.

CAPVT XLV.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἱππεῖς ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα. Apud Livium XXI. 29. *ad centum fexaginta.* Fortaffe LX pro XL fcripfere librarii.

Verf. 3. *Verf.* 3. τῷ στρατηγῷ. Temere articulum neglexerunt ed. 1. 2. Reg. B.

Verf. 5. *Verf.* 5. προέθετο correxit Cafaub. præeunte Scaligero. Sic autem dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. προέθεντο ed. 1. 2. Reg. B. cum Bav. — *Ibid.* ἔχοντας. ἔχοντες ed. 2. operar. errore. — *Ibid.* τὴν δὲ τῶν πεζῶν. Articulum τῶν, qui deerat Bav. & editis, & Reg. B. C. adjeci cum Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Cap. XLVI.

CAPVT XLVI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Eft in *Codice* VRBINATE Ecloga, narrationem hanc *Trajectionis Elephantorum* continens, usque verf. 7. πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν θηρίων. — *Ibid.* σχεδίας καὶ πλείους. Simillimum ufum particulæ καὶ jam fæpe vidimus.

vidimus. Sic rurſus ſtatim verſ. 5. ῥύματα δὲ καὶ πλείω. — Ibid. ἀραρότως τούτων δύο. Sic ed. 1. 2. cum codd. omnibus. τούτων ἀραρότως δύο ed. Caſaub. & ſeqq. ex Reg. B. — Ibid. πρὸς ἀλλήλας. πρὸς ἀλλήλαις edd. & Reg. B. contra veterum codicum fidem. Eodem modo verſ. 4. πρὸς αὐτὰς μὲν βιαίως δεδεμένας, & verſ. 8. προσήρτηντο πρὸς τὰς ἄλλας. Verſ. 1.

Verſ. 2. συζευγνύντες. συζεύξαντες ſolus Aug. — *Ibid.* προτείνοντες τήν. Temere προτείνοντες δὲ τὴν edd. errore ex ed. 1. propagato. Conjunctionem ignorant Reg. B. C. cum ceteris codd. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἐπιγύοις edidit Caſaub. codicem Vrbinatem ſecutus & Suidam in Ἐνάπτοντες. His vero adſentiuntur Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἐπιγείοις ed. 1. 2. ex Bav. ἐπιγυίοις Reg. B. Confer Kühnium ad Polluc. I. 93. & X. 134. & Heſychium in Ἐπιγύων, & ejus Interpretes. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὸ πᾶν ζεῦγμα τῆς προβολῆς. προβολὴν vocat illam *partem pontis, quæ in flumen porrigebatur*, (conf. v. 2.) cum prior pars ipſi terræ eſſet inſtrata in ripa fluvii. De vocab. προβολὴ conf. ad I. 53, 10. Verſ. 4.

Ibid. διαφερόντως quo pertineat, ambiguum eſt. Ad πεπηγυίας retulit Caſaub. & *ſingulari arte compactas* interpretatus eſt. Sic VI. 53, 5. πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον, *larva, ad ſimilitudinem quam adcuratiſſime expreſſa.* Poterat vero etiam fortaſſe ad τὰς μεγίστας referri, hac ſententia, *longe omnium maximas, ſingulari magnitudine.* Sed quocumque referas, haud multum intererit. Tres pontes dicit Polybius, ex ratibus junctos: priores duos firmos & immobiles, alterum in ipſa ripa ſtratum, & palis firmatum, in terra defixis; alterum ſuper flumine ſtratum, & in amnem porrectum, rudentibus firmatum, e terra utrimque religatis. Horum prior duabus ratibus conſtabat, junctis invicem in latitudinem, ut univerſa latitudo eſſet quinquaginta pedum: alter conſtabat pluribus ratibus, quarum binæ quæque in eamdem latitudinem quinquaginta pedum erant junctæ,

ſingula

Verf. 4. fingula vero paria juncta rurfus inter fe & cum priori ponte in longitudinem, ita, ut longitudo pontis, quatenus fuper flumine erat ftratus, ducentorum pedum effet. Videtur autem Polybius fignificare, fingulas illas, quas dixit, rates fuiffe certæ cujufdam menfuræ, in vulgus notæ & ufitatæ, fcilicet 25 pedum in latitudinem, & nefcio quot pedum in longitudinem. Sed pro tertio ponte, qui mobilis erat, fingulari quodam genere ratium ufos effe Pœnos ait, ejufdem quidem latitudinis 25 pedum, fed longitudinis multo majoris, ita, ut totus ille pons, quamvis longus admodum, (longitudinem Polybius non definit, *centum pedum* fuiffe Livius ait XXI. 28.) non nifi duabus ratibus conftaret, in latitudinem inter fe junctis, quarum utraque per fe multo longior erat quam ceteræ. Quos vero nos hic *pontes* dicimus, Livius *rates* adpellat: & non nifi *duas rates* dicit, alteram majorem & ftabilem, CC pedes longam; alteram minorem & mobilem, longam C pedes; utramque L pedes latam.

Ibid. προσέβαλον. προσέβαλλον Aug. Reg. A.

Verf. 5. *Verf.* 5. κατὰ τοῦ ποταμοῦ. Sic edd. ex Bav. confentiente Suida in Ῥῦμα. Ex Vat. nulla in fchedis notatur varietas.

Verf. 6. *Verf.* 6. χοῦν ἔφερον ἐπὶ πάσας πολύν. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Eodem modo Perottus: *poftremo eas omnes humo tegunt.* Speciem habet utique ἐπιπάσαντες, quod in contextu habet Bav. & intra lineas Reg. A. Sed fufpicatus fum, unice deberi hoc eidem viro, cujus ex ingenio paffim multa novata funt in illo Bavarico codice, quæ ignorant ceteri libri. Forfan ἐπὶ πάσαν ille in fuo exemplari invenerat, quod & in cod. Vrb. eft, idque, ficut erat & ingeniofus & doctus, ex ἐπιπάσαντες corruptum putavit. Sed non placet ἔφερον cum participio in aorifto. Ferrem φέροντες ἐπέπασαν. ἔφερον ἐπιπάσαντες ferri non poffe videtur, cujus dictionis fecundum rationem grammaticam hæc foret fententia, *prius Pœnos infperfiffe ratibus humum, deinde eam adgeffiffe;* quod quam fit abfur-

absurdum, adparet. Nec verum ipsum verbum ἐπιπάσσειν satis conveniens huic loco esse videtur: sane quippe non modo *inspergerunt* humum, sed ad fallendas bestias necesse erat, ut copiose eam *ingererent*.

Vers. 7. πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν θηρίων. αὐταῖς voluit Reiskius, ad fœmellas referens elephantorum. Vers. 7.

Vers. 8. ἐπὶ τὰς τελευταίας ἐπέστησαν σχεδίας. Active, in Aor. 1. non Aor. 2. accipiendum verbum ἐπέστησαν, *stare fecerunt, perduxerunt.* — *Ibid.* οἷς προσήρτηντο. οἷς, pro vulgato οἵ, suaserat jam Reiskius, & ante eum id in mentem venerat Casaubono. Sic Livius: *resolutis, quibus leviter adnexæ erant, vinculis.* Vers. 8.

Vers. 9. κατὰ πάντα τόπον. Mendose κατὰ πᾶν τόπον Vat. & Flor. — *Vers.* 10. σχεδιῶν δυοῖν. δυεῖν solus Flor. qui hanc formam amat in fœminino. — *Vers.* 11. ἀπέῤῥιψεν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτά. Casu αὐτὰ propagatum ex ed. 4 & 5. Sic autem & ed. 1. cum Bav. & Reg. A. αὐτὰ, quam formam aliàs tenere consuevi, ed. 2. 3. cum Aug. & aliis. Vers. 9 sqq.

Vers. 12. προβοσκ. Temere & mendose vulgo προσβοσκ. edd. omnes, errore ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* ἐκφυσῶντες. Sic recte mssti. In uno Bav. inter lineas notatur ἐκφυσσῶντες, quod inde in impressos est receptum. — *Ibid.* ἀντέσχον, τὸ πολὺ &c. Sic correxi, monente Gronovio in Notis msstis, & Reiskio. Perperam vulgo ἀντέσχοντο πολύ. ἀντέσχον est *restiterunt, durarunt, non succubuerunt, servati sunt.* Hesychius: Ἀντέσχεν· ὑπέμεινεν. Suidas: Ἀντέσχε· γενναίως ἔφερε. Et rursus: Ἀντέχει· ἀντὶ τοῦ ἐξαρκεῖ· (pro *sufficit*, scil. ferendo labori, sustinendo periculo, & simil.) Δείναρχος δὲ, ἀντὶ τοῦ σώζεσθαι. Ad τὸ πολὺ intellige μέρος τῆς πορείας, *majorem viæ partem.* Vers. 12.

Ibid. ὀρθοὶ scripsi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsino & Perotto.

CAPVT

CAPVT XLVII.

Cap. XLVII. Verſ. 1. *Verſ.* 1. καὶ τοὺς ἱππεῖς. Articulus, quem agnoſcunt libri omnes, temere h. l. neglectus erat in ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* προῆγε, τούτοις ἀπουραγῶν. Poſt προῆγε comma poſui cum ed. 1. & Bav. ἀπουραγῶν τούτοις, ſcil. τοῖς ἐλέφασι, *Hannibal cum equitibus a tergo ſecutus eſt elephantos.* conf. cap. 49, 13. VI. 40, 7. V. 7, 11. Poteſt vero etiam τούτοις ad προῆγε referri: ſic idem fuerit ac σὺν τούτοις, & ἀπουραγῶν abſolute poſitum intelligetur, hac ſententia, *profectus eſt cum his*, (equitibus & elephantis,) *agmen claudens*, nempe agmen peditum, quod præire juſſerat, cap. 45, 5. — *Ibid.* μεσόγαιον reſtitui ex msstis. Temere μεσσόγαιον edd. errore Obſopoei.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ὁ δὲ Ῥοδανὸς &c. Habet hæc rurſus *Codex* VRBINAS, uſque ad finem verſ. 4. τοῦ παντὸς Ἀδρία μυχόν. — *Ibid.* ἔχει τὰς μὲν πηγάς. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἄρδυες. Ad hunc locum OVDINVS in Variis, quæ inſerta ſunt miſcellaneis Obſervationibus Criticis Novis Amſtelodam. T. V. p. 415 ſq. ait: „Claud. Franc. Meneſtrier in Diſſert. de Itinere Annibalis, præfixa Hiſtoriæ Lugdunenſi, quam gallico ſermone compoſitam edidit anno 1696. putabat, legendum eſſe non Ἄρδυες, ſed Αἴδυες, Aeduenſes Galli. Mutatione opus eſſe non arbitror, quoniam, ut probat Hadr. Valeſius in Notitia Galliæ v. Arda, Celtis *Ard* erat paſcua regio, qualis eſt quam deſignat Polybius." — Litem equidem componere non auſim; nec enim ſatis in liquido res eſt, neque nunc vacat diutius his immorari: hoc dicam, argumentum illud, ex etymologia nominis petitum, leve præſidium videri vulgatæ lectionis; a qua tamen, in conſenſu codicum, non temere diſcedendum puto. Ceterum in eamdem cum ſcriptore gallico ſuſpicionem incidiſſe GRONOVIVM video, qui in ſchedis ad h. l. hæc habet: „An ſunt qui ab Auſonio vocantur *Aedues*, in Parent. IV. *Qua Lugdunenſis provincia, quaque potentes Aedyes:* ut ſcribendum

ſit

fit Αἴδυες?" — Sed *Aeduos* quidem populum hunc, non *Aedues* vel *Aedyes*, ab aliis omnibus fcriptoribus vocari, notum eft. At vero literas quidem *αι* & *αρ* alibi certe in codicibus Polybianis permutatas inter fe a librariis videmus. Sic I. 84, 3. & 85, 2. alii Ζάρζας, alii Ζαίζας habent. Et III. 118, 3. pro Ἀργυριππανοὶ, in Bav. eft Αἰγυριππανοί. Porro *ρ* & *ι* permutatae V. 6, 6. ubi pro *νυκτοπορήσας* codices Flor. Aug. & Reg. A. *νυκτοποιήσας* habent. Verf. 3.

Verf. 4. τὰ παρὰ τὸν Πάδον, *quae funt fecundum Padum.* Imo περὶ τὸν Πάδον, ut cap. 39, 40. 44, 5. 48. 6. 56, 3 & 6. &c. nifi dictum ftatuas ut cap. 48, 6. Κελτοὺς τοὺς παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν οἰκοῦντας. — *Ibid.* ὑπὲρ ὧν ἡμῖν εἴρηται διὰ πλειόνων. Vide lib. II. c. 14 fqq. Verf. 4.

Verf. 6. ἐκπίπτοντες εἰς δύο &c. Tenui hanc lectionem, quam ex Reg. B.C. fumfit Cafaubonus. Et confentit Flor. e quo illi haufertunt. Puto & Vat. quamquam non adnotavit Spallettus. Vulgatius quidem verbum eft ἐμπίπτειν, quo ipfo mox utitur in eadem re, verf. 9 extr. Sed paulo exquifitius & fignificantius ἐκπίπτειν videtur, quod fimul includit notionem *excidendi fua fpe & propofito.* Legimus etiam εἰς ταύτην ἐκπεπτωκέναι τὴν ἀτυχίαν, XXIII. 13, 9. Verf. 6.

Verf. 9. Duo verba, καὶ τραχύτητας, defunt ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Adfcivit Cafaub. ex Reg. B. C. quibufcum faciunt Vat. Flor. & Vrfini Perottique codices. — *Ibid.* τοιαύτην τινὰ perfpecte ex ingenio correxit Cafaubonus, cum τοιαύτην ἃ effet in ed. 1. 2. confentientibus msstis; fcilicet literae τιν ab extrema fyllaba vocis τοιαύτην, per itacifmum, erant abforptae. — *Ibid.* τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων. τῶν ἁμαρτ. προειρ. ed. 1. Reg. B.C. ex Bav. in quo tamen codice vera verborum feries fuperfcriptis a prima manu minutis literis α β γ indicabatur. Verf. 9.

CAPVT XLVIII.

Cap. XLVIII.

Verf. 1. γὰρ τίς ἄν. Sic recte Cafaub. cum folis Reg. B.C. Mire ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus, πρῶτον μὲν γὰρ Verf. 1.

Verf. 1. 2. γὰρ ἂν, τίς φανείη &c. — *Ibid.* Poſt Ἀννίβου inſerunt τε Vat. & Flor. quæ particula poſt ἀλογίστερος commode ſtaret, poſt Ἀννίβου ferri non poteſt. — *Verſ.* 2. ὅς τοσούτων. ὡς τοσούτων ed. 1. 2. temere & invitis msstis. — *Ibid.* οὔτε τόπους. οὔτε τοὺς τόπους voluit Reiſk.

Verf. 3. *Verſ.* 3. οὔ τι καθόλου &c. οὔ τι dederant Vat. Aug. Reg. A. & cod. Vrſini. οὔ τοι Bav. Flor. Reg. B. in contextu, & Reg. C. Parum refert; niſi οὔ τοι cum Reiſkio ex οὐ τοῖς corruptum ſuſpiceris, ut ſit οὐ τοῖς καθόλου δυνατοῖς, τοὐναντίον δ' &c. τοῖς κατὰ λόγον, quod Caſaub. & ſeqq. editiones habent, ex margine Reg. B. ſumtum eſt, ubi ſic: ἴσως, τοῖς κατὰ λόγον. Sed τοὐναντίον δ' ἀδυνάτοις in ipſo contextu habet idem Reg. B. Totam phraſin callide prætermiſit Perottus.

Verf. 4. *Verſ.* 4. εἰς ἀπρονοήτους καθιέναι τόπους. καθιέναι reciproce pro καθιέναι ἑαυτὸν, *ſeſe demittere, deſcendere,* præſertim ubi *in periculum, in certamen, in loca periculoſa aliquis ſe committit.* Sic cap. 80, 4. καθέντος εἰς τοὺς ἔμπροσθεν τόπους. Et *deſcendere in balneum* XXX. 20, 4 ſq. Sic συγκαθέντες εἴς τινα τόπον ὑλώδη VIII. 26, 1. Et παρακαθιέναι, *demittere ſe,* id eſt, *cedere, remittere,* XXXV. 1, 4. Palæſtricum verbum eſſe καθεῖναι εἰς ἀγῶνα, Reiſkius monuit, & exemplis ex Arriani Epicteto, (III. 6. IV. 1. p. 554. ed. Vpton. & plena dictione καθήσεις σεαυτὸν III. 12.) ex Luciano (Pſeudomanti cap. 6. T. II. p. 214.) ex Plutarcho, aliiſque, probavit. Conf. infra, hoc cap. verſ. 11. Active καθιέναι τὸ στρατόπεδον εἰς χώραν ἀλλοτρίαν habemus apud Polyb. III. 70, 11. III. 92, 7. Sic Livius XXI. 34. *demittere agmen in anguſtias.* — *Ibid.* καθ' ἑαυτόν. καθ' αὑτὸν Flor.

Verf. 6. *Verſ.* 6. Verba οὐδὲ δὶς, uſque πάλαι, deſunt Aug. a pr. manu & Reg. A. — *Ibid.* συνηγωνίσθαι. Sic ed. 1. 2. conſentientibus vett. codd. — *Ibid.* ἐν τοῖς πρὸ τούτου. Sic editum ex Bav. Quod tenuiſſe me pœnitet. Rectius, & ex more Polybii, ἐν τοῖς πρὸ τούτων Flor. Aug. Reg. A. Puto & Vat. quamquam non notatum in ſchedis, ubi paſſim negle-

neglectæ ſunt varietates ſcripturæ in terminationibus vocabulorum.

Verſ. 7. πλείστων ἀνθρώπων φῦλον. Non debebat hoc ſolicitari a Reiſkio, qui πλεῖστα ἀνθρώπων φῦλα maluit. Vno verbo πολυάνθρωπον ἔθνος III. 37, 11. Et latius patere nomen φῦλον, quam ἔθνος, docuit Caſaubonus ad I. 10, 2. ἀνθρώπου, pro ἀνθρώπων, eſt in ed. 1. errore operarum. Verſ. 7.

Verſ. 8. προσδέοντας θεοῦ καὶ μηχανῆς. θεοῦ ἀπὸ μηχανῆς correxit Scaliger. Poſſis & θεοῦ ἐκ μηχανῆς ſuſpicari. Sed per hendyadin, familiarem Polybio loquendi morem, idem ſonat θεοῦ καὶ μηχανῆς, ut monuit Caſaub. in ora Baſil. Verſ. 8.

Verſ. 9. ἥρωάς τε καὶ θεοὺς ἐπιφαινομένους. Vide Liv. XXI. 22. Valer. Max. I. 7. extern. 1. — *Verſ.* 11. κατιέναι. Vide ad verſ. 4. — *Ibid.* εἴς τε τὰς μεταξὺ δυσχωρίας adoptavi ex Vat. & Flor. quos & ſecuti ſunt Reg. B. C. — *Verſ.* 12. ἕνεκα. εἵνεκα ed. 1. 2. 3. 4. cum ſolo Bav. Verſ. 9 ſqq.

CAPVT XLIX. Cap. XLIX.

Verſ. 1. παραγενόμενος. Temere παραγινόμενος edit. Erneſt. Verſ. 1.

Verſ. 4. ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν. Sic vett. codd. pro quo cum mendoſe in ed. 1. eſſet ἐποιεῖ τὸν πλοῦν, in Hervagiana inde ἐποίει τὸν πλοῦν factum, quod tenuere ſequentes editores. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον &c. *ad Inſulam quam vocant pervenit.* *Ad inſulam* dicit, & ſic rurſus verſ. 8. non *in inſulam:* atque ſic h. l. in marg. editionis noſtræ reſcriptum malim: *Hannibal ad Inſulam*, pro eo, quod ibi nunc legitur, *in Inſula.* Nec enim dicit Polybius, trajeciſſe fluvium Hannibalem cum toto agmine, ſed *juxta fluvium progreſſum* ait cap. 50, 1. quod cum Folardo (T. IV. p. 72. Commentariorum in Polyb.) de Iſara intelligi poteſt, ita quidem, ut Iſaram a læva habuerit. Verſ. 5.

 Subſti-

Vers. 5. Substitit quidem per aliquod tempus cum exercitu ad illam Insulam, alteri ex fratribus, qui in illa de regno diffidebant, suppetias ferens; (vide hoc cap. vs. 10 seqq.) sed id facere potuit parte copiarum fluvium trajecta, reliquo exercitu interim in stativis agente. Quod si etiam totum exercitum Isaram trajecit Hannibal, (quod credi potest eo consilio fecisse, ut fluvium hunc a tergo haberet, si sequerentur Romani;) non multum tamen deinde versus septentrionem in Insula progressum videtur agmen, sed prope Isaram substitisse, ac deinde adversa hujus fluvii ripa iter continuasse. Conf. ad cap. 50, 1.

Vers. 6. *Vers.* 6. ὁ Ἰσάρας. Σκώρας absque articulo cum Bav. dant ed. 1. 2. Vbi jam SCALIGER ad oram sui libri adnotaverat: „Ἰσάρας. Male apud Livium *Arar.*" — Quum vero Casaubonus, lectionem secutus apud Livium XXI. 31. vulgatum, ὁ Ἄραρος invitis libris edidisset, quod & tenuerunt in contextu sequentes editores, monuit ad h. l. GRONOVIVS; „non esse hujus fluvii illum cursum, ut possit cum Alpibus & Rhodano insulam facere. Optime [ait] ὁ γεωγραφικώτατος Cluverus lib. I. Ital. Antiq. cap. 33. [p. 367.] Ἰσάρας reponit: & acutissimus Holstenius errorem addit natum majusculis literis confusis CΚΟΡΑC, pro ΟΙCΑΡΑC." — Quodsi librorum scripturam cognitam habuissent Holstenius & Gronovius, cum ista scriberent, multo etiam propius eam accedere ad Cluveri emendationem vidissent. Σκόρας enim per omicron nullus liber habet. Plerique Σκάρας. Vnus Bav. (& ex eo ed. 1. 2. & Reg. B. C.) Σκώρας habet, per errorem permutatis literis ω & α, in quo & apud alios auctores passim peccatum a librariis observare me memini, & in libris Polybianis sæpe id commissum monui ad I. 12, 7. Sic I. 17, 3. ὁρμητήρια dant Aug. & Reg. A. pro ὁρμητηρίῳ. I. 82, 1. ἐκώλει Aug. pro ἐκάλει. Eodem pertinet Σαρδάνιον pro Σαρδώνιον I. 10, 5. (conf. Adnot. ad I. 79, 5.) Rursus Ἄνωνες Aug. II. 17, 7. ubi alii Ἄνανες. Et τῷ πύρρῳ idem Aug. cum Reg. A. II. 26, 2. pro τὰ πυρά. Ceterum, post Cluverum,

(qu

(qui de toto Hannibalis transitu per Alpes, secundum Polybii aliorumque scriptorum narrationem, late egit loc. cit. p. 363 seqq.) Hannibalis iter juxta Rhodanum adcurate expendens Mandajors, Vir doctus, in Actis Academiæ Parisinæ Elegantior. Literar. T. III. p. 93 sqq. & T. V. p. 198 sqq. multis argumentis Cluveri sententiam, *Isaram* hic reponentis, defendit, demonstravitque, de *Arare* fluvio, quem *Saone* hodie vocamus, nullo modo cogitari h. l. posse. Vers. 6.

Vers. 7. κατ' Αἴγυπτον dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Ad verba θάλατ]α τὴν μίαν πλευρὰν suspicatus eram excidisse fortasse verbum ὁρίζει. cf. II. 14, 4 & 6. Sed commode ad utrumque pariter, ad τὴν μίαν πλευρὰν, & ad τὰς τῶν ποταμῶν ῥύσεις, idem verbum ἐπιζεύγνυσι referri potest. conf. I. 75, 4. Vers. 7.

Vers. 8. Duos illos fratres, de regno contendentes, *Allobroges* fecit Livius XXI. 31. Polybius vero hoc cap. vers. 13. & cap. 50, 2. satis diserte ab Allobrogibus eos distinguit. Credi tamen potest, varias fuisse Allobrogum gentes. Vers. 8.

Vers. 11. σίτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις ἐχορήγησε τὸ στρατόπεδον. Sic recte edidit Casaub. monente Ursino, puto ex msto codice: certe ita prorsus dant Vat. & Flor. quibuscum sæpe Ursini codex in meliores lectiones consentit. σῖτον, & deinde τῷ στρατοπέδῳ, dant ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. quod bene haberet, si cum σῖτον copularent καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια; nam utrumque recte dicitur, & a Polybio usurpatur, χορηγῶ σοὶ τοῦτο, & χορηγῶ σὲ τούτῳ. Sed cum σῖτον in accus. ponant, & τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις in dativo casu, pugnantia jungunt. Non melius Reg. B. C. dant σίτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις, & deinde τῷ στρατοπέδῳ. — *Ibid.* πάντα, post πεπονηκότα, deest Aug. & Reg. A. Vers. 11.

Vers. 12. παρέσχετο dant vett. libri omnes & Reg. C. Mendose παρέχστο ed. 1. 2. & Reg. B. quod in παρείχετο mutavit Casaub. Vers. 12.

CAPVT L.

Cap. L. Verf. 1. *Verf.* 1. Hiftoria *Tranfitus Hannibalis per Alpes*, ab initio hujus Cap. ufque cap. 51, 11. ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς πόλεως, eft inter Eclogas, quas habet *Codex* VRBINAS.

Ibid. ἐν ἡμέραις δέκα πορευθεὶς παρὰ τὸν ποταμὸν εἰς ὀκτακοσίους σταδίους. Cafaubonus: *decem diebus centum fere millia paffuum propter Rhodanum emenfus.* At non *propter Rhodanum*, fed *propter fluvium* Polybius dicit: & fic utique in verfione latina refcriptum velim; neque Rhodanum, fed *Ifaram* fluvium (conf. cap. 49, 5.) nunc dici a Polybio putem. Nec enim immanem illum anfractum, quem facit Rhodanus ad Lugdunum, emenfum effe agmen, probabile eft: &, fi hac via iter feciffet, multo longius fane, quam centum millium paffuum, iter fuiffet ab Ifara, Rhodani ripam fequendo, ufque ad eum adfcenfum Alpium, a quo deinde quinto decimo die (ut ait cap. 56, 3.) in Italiam pervenire agmen potuit. Omninoque hoc dicere Polybius videtur, adverfa Ifaræ ripa, verfus fontem ejus fluvii, decem diebus per C. millium paff. fpatium progreffum effe agmen; eamque viam poftquam per convalles emenfum eft, deinde ipfa montium juga confcendere cœpiffe. Satis autem convenit ratio numeri dierum cum viæ fpatio, ut quoque die LXXX ftadia, id eft, X millia paff. confecerit agmen: quod breve quidem videri fpatium poteft, fed non nimis breve agmini, per impedita loca & convallium anguftias iter facienti. A Rhodani trajectu ad adfcenfum Alpium numeravit ftadia 1400. (cap. 39, 9.) Ab his fi fubtrahas 800. a confluente Ifaræ ufque ad adfcenfum Alpium, remanent 600. ftadia (LXXV. mill. paff.) a trajectu Rhodani ufque ad Ifaram; quam viam quatriduo emenfum eft agmen, (cap. 49, 5.) ut in eo itinere fere XIX mill. paff. fingulis diebus confecerit. Nempe nec ita difficilis illa via fuerat, & tunc maturaverat iter Hannibal, ne Romani eum confequerentur. — Sed jam video, eodem loco, quem modo citavi, (cap. 39, 9.) ipfum Polybium diferte dicere videri, *non difceffiffe a Rhodano Hanni-*

Hannibalem, donec ad conſcenſum Alpium pervenit. Quod ſi ita eſt, intelligo, corruere ea, quæ de itinere, *adverſa Iſaræ ripa* inſtituto, dicta ſunt. At dubitare fortaſſe licebit, an adeo ſtricte in hanc ſententiam accipienda ſint prædicto loco Polybii verba. Nihil vero ad explicandam hanc quæſtionem Livius confert, cujus narratio XXI. 32. pluribus etiam majoribuſque premitur difficultatibus. Verſ. 1.

Verſ. 3. εἰς τὴν οἰκ. ἀπηλλαγ. Sic ed. 2 & ſqq. cum Aug. Vat. Flor. Reg. A. ἀπηλλ. εἰς τὴν οἰκ. ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* προάγειν εἰς τὰς δυσχωρίας. εἰς deeſt ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Sic vero legendum foret ταῖς δυσχωρίαις, ut monuit Reiſk. Præpoſitionem ex Reg. B. adſcivit Caſaub. & habent eamdem Vat. Flor. & Reg. C. ἐπὶ inſerendum conjecerat Scaliger. Verſ. 3.

Ibid. Ferri poteſt συναθροισθέντες οἱ τῶν Ἀλλοβρίγων ἡγεμόνες, ut ἱκανὸν τὸ πλῆθος per adpoſitionem, quam vocant, in nominativo adjectum intelligatur. Sic autem edd. & Reg. B. C. cum Bav. Aug. Reg. A. Et Perottus: *congregata Allobrogum multitudo ingens.* Commodius tamen ἀθροίσαντες Vrb. Vat. & Flor. — *Ibid.* ἱκανὸν τὸ πλῆθος. Ab Vrſino hoc accepit Caſaubonus; & habet Vat. quoque articulum. Sed ἱκανὸν πλῆθος, abſque articulo, dant ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. & Flor. Ex Vrb. nil adnotavit Spallettus, quo ſignificatur. conſentire illum cum ed. 2. At ſuſpicor tamen, legi in ..o codice eumdem articulum τὸ, ut eum Caſaubonus ex hoc codice; quem ille tractavit, adſciverit: nam Vrſini quidem ſive Emendationes, ſive Lectiones, ex cod. mſto depromtas; vix umquam adoptatas eſſe a Caſaubono video, niſi ubi vel manifeſtiſſima & oppido neceſſaria videbatur emendatio, vel ubi id, quod Vrſinus dabat, a codice Vrb. aut a cod. Bav. vel Reg. B. (quibus codicibus uſus eſt Caſaubonus) aut vero Scaligeri auctoritate, fuiſſet confirmatum.

Ibid. προκατελάβετο τοὺς εὐκαίρους τόπους. Sic ed. Caſaub. & ſeqq. cum Vrb. Vat. Flor. Reg. B. C. προκατέλαβον τοὺς εὐκαίρους, abſque τόπους, Aug. Reg. A. προ-

Verſ. 3. κατελάβοντο τοὺς εὐκαίρους, abſque τόπους, ed. 1. 2. ex Bav. Vnde REISKIVS, (qui editionem 1. & collationem Bœclerianam codicis Auguſtani ſub oculis habuit) — „Facile patet, ait, auctorem dediſſe προκατέλαβον τόπους εὐκαίρους. Finem verbi προκατελάβοντο, ſcil. το, ſi conjungas cum τοὺς, facile exiſtit ex eo τόπους." — Sed, præterquam quod in vetuſtiſſimis codicibus diſerte adjectum nomen τόπους eſt, verbum καταλαβέσθαι, *occupare locum*, ſemper in medio genere, numquam in activo, a Polybio quidem uſurpatur.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. οὐκ ἐλάττω. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Nec aliter voluit, vel debuit Bav. in quo tamen deeſt ultima vocalis, quæ, pro more illius librarii, lucrandi ſpatii cauſa ſuperſcribi extremæ voci debuerat. Hinc ex ἐλάττ, quod ibi eſt, ἐλάττον ex conjectura fecit Obſopœus, quod tenuerunt ſequentes editores, niſi quod (ut par erat) accentum ſaltem mutavit Gronovius, ut ἔλαττον eſſet. — *Ibid.* αὐτοὺς tenui, ut editum erat. Codex tamen Bav. ceterique vett. mssti αὑτοὺς h. l. præferunt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐπέμενε adoptavi ex Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. ὑπέμενε ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Temere ὑπέμεινε ed. 2 & ſeqq.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῶν καθηγουμένων revocavi ex ed. 1. quæ tenet ex Bav. & ſic reſcribere ex ingenio juſſerat Vrſinus. πρὸ τῶν καθηγουμένων ed. 2. ex Aug. cum Vrb. Vat. Flor. Reg. A. B. C. Inde Caſaubonus ex ingenio τῶν προκαθηγουμένων fecit, quod tenuere poſteriores editores, & a nobis etiam teneri fortaſſe debuerat.

Ibid. ὑπόθεσιν revocavi ex Bav. e quo habuerunt ed. 1. 2. Reg. B. C. ἐπίθεσιν adoptavit Caſaub. ex Vrb. & ex marg. edit. 2. quæ habet ex Aug. Et conſentiunt Vat. Flor. & Reg. A. Sed ἐπίθεσις notat *ipſum impetum*, ex inſidiis *factum in hoſtem*, *ipſam ſubitam invaſionem*; nec ſatis per ſe aptum eſt vocabulum huic loco, nec ſatis convenit cum τὴν ὅλην. ὑπόθεσιν *conſilium*, *inſtitutum*, *rationem* ſignificat; vocabulum, Polybio frequentatum hac notione,

tione, peraptum huic loco, & mox recurrens verf. seq. Idem fere notat quod ἐπιβολή, quo simillima ratione utitur cap. 52, 4.

Verf. 7. πραξάντων. Mendose πράξαντες Aug. Reg. A. Verf. 7.

Verf. 8. προῆγεν ἐμφανῶς. ἀφανῶς ed. 1. 2. Bav. Vat. Verf. 8.
Flor. Aug. Reg. A. B. C. Hinc CASAVBONVS in ora Basil. notavit: „Omnino legendum ἐμφανῶς, re ita postulante, Livio clamante, & inspecto mf. V. facile intelliges." — Videtur itaque in codice Vrb. (nam hunc nonnumquam sola illa litera initiali V. solet designare) ἐμφανῶς invenisse Casaubonus; at nihil tamen varietatis ex eodem codice ad h. l. enotavit Spallettus noster. Perottus, *aperte:* sed id ex Livio XXI. 32. sumere potuit, qui sic habet: *luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu vim* (al. *viam*) *per angustias facturus.*

Verf. 9. ἀποκεχωρηκ. ex Aug. adscitum in ed. 2 & sqq. Verf. 9.
Et consentiunt Vrb. Vat. Flor. Reg. A. ἀνακεχωρ. ed. 1, Reg. B. C. cum Bav.

CAPVT LI. Cap. LI.

Verf. 1. συνθεασάμενοι, Polybianum verbum, adscivi Verf. 1.
ex Vrb. Vat. Flor. Vulgo habent simplex θεασάμενοι.

Verf. 2. Verba καὶ τοὺς ἱππεῖς desunt ed. 1. & Bav. Verf. 2.
Sed habent ea Reg. B. C. cum ceteris codd. — *Ibid.* ἐκμηρυσμένους. Citat hunc Polybii locum Suidas hac voce. Conf. ad cap. 53, 5. — *Ibid.* ἐξεκλήθησαν recte Casaub. Et sic Aug. & Reg. A. Mendose ἐξεκηλήθησαν ed. 1. 2. ex Bav. ἐξεκλίθησαν Vrb. Vat. Flor.

Verf. 3. φθόρος. Temere φόνος solus Reg. C. Verf. 3.

Verf. 4. ὁμόσε τοῖς φορτίοις πολλὰ τῶν ὑποζυγίων. Verf. 4.
Sic recte Vrb. Vat. Flor. & Vrsini codex. Eodem modo Perottus: *multa jumenta cum sarcinis deciderunt.* Editio 1. 2. & codd. Reg. B. C. ex Bav. sic habent, ὁμῶς σὺν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ φορτίοις πολλὰ τῶν ἀχθοφόρων. Nempe, cum vocab. ὑποζυγίων per errorem fuisset loco motum, & in eodem casu cum φορτίοις positum, substitutum deinde

Verf. 4. in fine in ejus locum eft nomen fere fynonymum ἀχθοφόρων, (conf. Suid in Ὑποζύγια) quod tamen non eodem modo in ufu eft. Cafaubonus, cum corruptam effe iftam fcripturam intelligeret, tamen prorfus eam deferere non eft aufus; fed in hunc modum fuo ex ingenio eam mutavit, ὁμῶς σὺν τοῖς φορτίοις πολλὰ τῶν ὑποζυγίων καὶ ἀχθοφόρων. Idque tenuere pofteriores editores. Eft tamen & in ora Bav. a prima manu fcripta hæc nota: Γρ'. ὁμῶς σὺν τοῖς φορτίοις πολλὰ τῶν ὑποζυγίων, quod ipfum in contextu habent Aug. & Reg. A. abfque τῶν ἀχθοφόρων. Ceterum ὁμῶς σὺν haud dubie ex interpretatione irrepfit pro ὁμόσε, quod pro illo frequentat Polybius, ut IV. 16, 10. VI. 7, 5.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἀντίοι συμπίπτοντες, *in jumenta in fronte incidentes*, fcil. quod ex vulneribus confternati recederent, &, quidquid a tergo erat, retro premerent. Poterat id autem ita fieri, ut converterent fefe, adeoque frontem fronti jumentorum oppofitum haberent: atque id equidem in verfione latina expreffi, adjiciens verbum *converfi*. Sed intelligo, carere nos poffe hoc adfumento: cohibere enim eques equum poterat, ne retro fe converteret; illud impedire non poterat, quo minus retrorfum conniteretur, & in veftigia fua recedens jumenta, pone fequentia, a fronte premeret & retrorfum truderet. Nil vero opus eft, ut pro ἀντίοι cum Reifkio ὑπτίοι fufpicemur, quod ne ferri quidem poffe videtur.

Ibid. πᾶν τὸ παραπίπτον. Sic ed. 1. cum codd. ad unum omnibus. Temere πᾶν τὸ συμπαραπίπτον ed. 2. & inde reliquæ editiones.

Verf. 6. *Verf.* 6. τὸν κίνδυνόν ἐστι. Sic Bav. Aug. & Reg. A. quibus invitis temere τὸν κίνδυνον ἔτι dant editi omnes & Reg. C. Et nullam quidem varietatem ex Vrb. Vat. Flor. adnotatam in fchedis video, quæ effugere potuit diligentiam eorum, qui hos confuluerunt codices. Ceterum etiamfi in ἔτι confentirent iidem tres codices, tamen id cum Reifkio mendofum cenferem, & ἐστὶ præferrem.

Ibid.

Ibid. τοῦ σκευοφορικοῦ ex Bav. eſt editum, & per ſe utique percommodum videri debuit & analogiæ conſentaneum, ut, quemadmodum in ſing. τὸ πεζικὸν & τὸ ἱππικὸν dicitur pro οἱ πεζοὶ, οἱ ἱππεῖς, ſic τὸ σκευοφορικὸν pro τὰ σκευοφόρα. Sed quoniam id non ſolum h. l. codex alius nullus agnoſcit, verum & III. 79, 2, & XII. 19, 5. in τὸ σκευοφόρον libri omnes conſentiunt, intelligo, hic quoque reſtitui debuiſſe τοῦ σκευοφόρου, & alterum pro emendatione, ex docti librarii ingenio profecta, fuiſſe habendum. Verſ. 6.

Ibid. ὥρμησε παραβοηθήσων τοῖς τῇ πορείᾳ προσβάλλουσιν. *Ad ferendam eis opem, qui iter porro facere conabantur, proficiſcitur.* In loco difficili & haud dubie corrupto, cum certius tunc nihil haberem, tenui Caſauboni verſionem. Cum ex Bav. vulgo editum eſſet προβάλλουσιν, idem ISAACVS CASAVBONVS (ut docet filius ejus Mericus) ad oram exempli ſui editionis Baſileenſis ſic ſcripſerat: „*iis, qui longo agmine iter carpebant.*" Rurſusque ibidem, ſed recentiori ſcriptura, monuit: „ſed legimus προλαβοῦσιν." Atque hoc ipſum etiam in verſione latina ſecutum eſſe patrem, opinari ſe ait Mericus. Eam emendationem IAC. GRONOVIVS, ſi novam Polybii editionem adornare ei licuiſſet, in contextum erat recepturus, ut ex Notis ejus msſtis intellexi, ubi ad hunc locum hæc adnotavit: — „τοῖς τῇ πορείᾳ προλαβοῦσιν. Hæc vera ſcriptura eſt, pro qua laudes debemus Caſaubono. Verum non ſignificant iſta, *iis, qui longo agmine iter carpebant:* nec, *qui iter porro facere conabantur*, ſed, *qui in agmine antecedebant.* Polyænus lib. II. Strat. p. 105. τῇ πορείᾳ προέλαβεν ἡμέραν. Polyb. lib. I. c. 25. [vſ. 2.] συνιδόντες τοὺς πρώτους πολὺ προειληφότας τῶν ἄλλων. III. 66, [5.] τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκούων ἤδη πολὺ προειληφέναι. Leg. CXIV." — Poſtremus locus eſt in editione noſtra lib. XXXI. 23, 2. ubi ſic: ἅμα μὲν ὑπολαμβάνοντες αὐτὸν πολὺ προειληφέναι κατὰ τὸν πλοῦν. Quæ loca, & alia, his ſimilia, quæ facile ex aliis ſcriptoribus colligi poterant, ſi

Verf. 6. diligentius, cum contextum noftrum prelo paravi, expendiffem, vix temperaturus puto mihi tunc fueram, quin in contextum reciperem eamdem Cafauboni emendationem. Sed arrifit tum quidem προσβάλλουσιν, quod dant Flor. Aug. Reg. A. B. quibufcum confentire etiam Vaticanum certo interim cognovi; idemque unice probavit Reifkius, qui, ita effe in codice Auguftano, a Bœclero didicerat; & fic jam olim Scaliger in ora fui libri correxerat. Quamquam nefcio quo pacto hi interpretati fint eam lectionem, & ipfe, quo pacto interpretarer, dubitavi. Videri poterat προσβάλλειν τῇ πορείᾳ denotare *incumbere itineri*; quæ notio cum ea fere convenit, quam Cafaubonus illis verbis expreffit, *qui iter porro facere conabantur*. Sed vereor, ne infirmo utique fundamento hæc nitatur interpretatio. Cogitaveram porro, ficut προσβάλλειν τῇ πόλει, προσβάλλειν τοῖς πολεμίοις, eft *adgredi urbem*, *impetum facere in hoftem*, fic προσβάλλειν τῇ πορείᾳ (quandoquidem nomen hoc non modo *iter*, fed fæpius etiam, & hoc ipfo quidem capite, ipfum *agmen* fignificat *iter facientium*) denotare poffe *carpere agmen*, *impetum facere in agmen*; pro quo cap. 62, 3. κακοποιοῦντας τὴν πορείαν dicit. At fic fane Polybius, de Hannibale verba faciens, fcribere non potuit ὥρμησε παραβοηθήσων τοῖς τῇ πορείᾳ προσβάλλουσι, *adcurriffe ad opem ferendam eis, qui agmen invaderent*; fed, *adcurriffe ad opem ferendam fuis adverfus eos, qui agmen invaderent*; ut adeo intercidiffe aliquid ftatuendum foret, velut ἐπὶ τοῖς τῇ πορ. προσβ. vel καὶ συμμίξων aut καὶ συμβαλῶν τοῖς τῇ πορ. προσβ. Sed una videtur fupereffe ratio, eaque certiffima, expediendi hujus loci, ita, ut προσβάλλουσι teneamus, & nihil in verbis turbatum, nihil defectum ftatuamus, fi phrafin τοῖς τῇ πορείᾳ προσβάλλουσιν interpretemur *iis, qui agmine adfcendebant*. *Agmine* dico, ficut dicimus *agmine procedere*. προσβάλλειν autem *adfcendere* verto, ficut προσβολὴ verf. 4. *adfcenfum* denotat, & ipfum verbum προσβάλλειν X. 30, 5. manifefte *adfcendere* fignificat, quemadmodum & προσβαίνειν,

ναιν, de quo verbo dixi ad II. 67, 6. Iudicet optetque doctus Lector, conferatque Livium XXI. 33.

Verſ. 8. διὰ τὴν τῶν προειρημένων κραυγήν. οἱ προειρημένοι videntur eſſe οἱ ἴδιοι, ii, *qui ex ſuperiori loco adcurrebant ad auxilium ferendum ſuis & ad propellendos hoſtes.* Verſ. 8.

Verſ. 9. περιλειπόμενον Caſaubonus edidit ex Reg. B. Sic autem dant & Aug. & Reg. A. C. & Flor. περιλιπόμενον ed. 1. 2. ex Bav. Nulla varietas enotata eſt ex Vat. & Vrb. — *Ibid.* διήνυε adoptavi ex Vat. & Flor. Verſ. 9.

Verſ. 11. ἐκκληθῆναι. conf. vſ. 2. Perperam ἐκβληθῆναι edd. ex Bav. cum quo conſentit Flor. De confuſione literarum β & κ dixi ad I. 37, 9. Veram ſcripturam reſtitui ex Aug. cum quo conſentit Vat. Nec procul abit Vrb. in quo eſt ἐκκλιθῆναι. In Reg. A. tertia verbi litera ita exarata eſt, ut neſcias, β an κ voluerit librarius. Puto ſimiliter eſſe in Flor. — *Ibid.* καὶ πρὸς τὸ μέλλον. καὶ τὸ μέλλον Aug. Reg. A. Verſ. 11.

Verſ. 12. ἐπὶ δυοῖν (δυεῖν Flor.) καὶ τρισὶν ἡμέραις. Non opus erat hæc ſolicitare. Rurſus ἐπὶ δύο ἡμέραις cap. 52, 8. Verſ. 12.

Verſ. 13. Φόβον εἰργάσατο. Vſus Polybianus ἐνειργάσατο poſtulat, cujus verbi prima ſyllaba ab extremitate vocis præcedentis intercepta eſt. — *Ibid.* αὐτῷ ῥᾳδίως ἐγχειρεῖν. Recte αὐτῷ, monentibus Vrſino & Scaligero edidit Caſaub. & ſic dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. αὐτὸν ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. Verſ. 13.

CAPVT LII. Cap. LII.

Verſ. 1. ὅρμα. ὁρμᾷ Flor. Verſ. 1.

Verſ. 3. κηρύκειον tenui, editum ex Bav. Et ſic ex hoc Polybii loco profert Suidas in Κηρύκειον & in Σύνθημα. κυρύκιον habet Vat. cum aliis. Verſ. 3.

Verſ. 5. ἐγχειρησάντων αὐτὸν ἀδικεῖν. Editi vulgo cum Bav. dabant ἐγχειρ. κατ' αὐτοῦ ἀπώλειαν. Poſtquam librarii alicujus errore interciderat verbum ἀδικεῖν, alius ex ingenio κατ' αὐτοῦ pro αὐτὸν ſcripſit. — *Ibid.* διασαφούντων Verſ. 5.

των ὅτι πάρεισι &c. Habet hæc verba Suidas in Κηρύκειον & in Σύνθημα.

Verf. 6. *Verf.* 6. συλλογιζόμενος μέν. Vtique συλλογιζόμενος δὲ refcribendum videtur, ut voluit Reifkius. — *Ibid.* Verba ὡς εἰ λάβοι ex uno Bav. edita funt. Ignorant ea Vat. Flor. Aug. a pr. manu, & Reg. A. Temere εἰ ὡς λάβοι ed. 2. — *Ibid.* καὶ πρατοτέρους caret Flor.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐπὶ δύο ἡμέραις. Conf. cap. 51, 12. ἐπὶ δυ' ἡμέραις Flor. Reg. A. Poterat & δυοῖν & δυσὶ dicere; fed pro indeclinabili fæpius utitur nomine δύο Polybius cum optimis quibufque auctoribus.

Cap. LIII. CAPVT LIII.

Verf. 3. *Verf.* 3. τούτου συγκυρήσαντος. Sic recte Cafaub. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Mendofe τούτου συγκηρήσαντος ed. 1. 2. τούτους συγκυρήσαντες Vat. Flor.

Verf. 5. *Verf.* 5. περὶ τὶ λευκοπετρ. Temere περὶ τὸ ed. 1. — *Ibid.* ταῦτα μόλις ἐξεμηρύσατο τῆς χαράδρας. ταῦτα quorfum pertineat, non videre fe ait Reifkius, & fufpicatus eft ταύτης legendum, ut ad τῆς χαράδρας referretur. ταύτῃ maluerat Scaliger. Sed non video equidem, quid magnopere obftet, quo minus ταῦτα ad ὑποζύγια referatur, quorum nunc fumma cura Hannibali fuit. Verbum ἐξεμηρύσατο perinde active ac neutraliter, feu reciproce accipi poteft: Ἀννίβας ἐξεμηρύσατο ταῦτα, vel ταῦτα (in nominat.) ἐξεμηρύσατο. Priori modo fi accipias, vera erit fcriptura τῆς χαράδρας, quam dant codices noftri, quod idem erit ac ἐκ τῆς χαράδρας, quæ ftructura obtinet in illo Fragmento apud Suidam, quod inter Polybiana cum Cafaubono retulimus, (Fragm. Polyb. Gramm. XLV.) ἐκμηρυσάμενος τὴν δύναμιν ἐκ τῶν δυσχωριῶν. Quod fi ταῦτα in nominativo, & verbum reciproce accipias, erit τὰς χαράδρας in accufativo legendum cum Suida in Ἐξεμηρύσατο, qui tamen ταῦτα non habet, fed pro eo ὁ Ἀννίβας in nominat. adjecit, hoc modo: Ὁ δὲ Ἀννίβας ἐν ὅλῃ τῇ νυκτὶ μόλις ἐξεμηρύσατο τὰς χαράδρας. Eodem modo in figni-

ſignificatione reciproca cum accuſativo caſu conſtructum hoc verbum ſupra vidimus cap. 51, 2. Sic rurſus apud Suidam in Ἐκμηρυσάμ. Ὁ δὲ ἐκμηρυσάμενος τῷ πλῷ τὸν ποταμὸν πάντα, *ille vero totum fluvium emenſus.* (Quae ibi ſequuntur, corrupta verba, κατὰ Χαλδᾶνος ἦν, (καταχαλδᾶνος ἦν edit. Mediol.) de quibus deſperavit Küſterus, ita fortaſſe reſtituenda ſunt, κατὰ Χαλδαίους ἦν, *in terra Chaldaeorum erat;* ut fluvius, de quo agitur, Euphrates intelligatur.) Denotat autem verbum μηρύεσθαι, *(filum) in glomas convolvere*, vel *fuſo circumvolvere, (funem) in orbem convolvere, (vela) contrahere, gyros facere*, ut ſerpentes. Conf. Euſtath. ad Odyſſ. XII. 170. & Henr. Stephanum in Indice Theſauri Gr. Linguae col. 1454. Hinc ἐκμηρύεσθαι eſt *explicare, evolvere*, & *explicando, vel evolvendo extendere*, ſive *ſe*, ſive *aliud*, & ita *longa ſerie & veluti longo filo per tortuoſam & anguſtam viam progredi ac pergere*, vel *tranſducere*, eſtque adeo plane id, quod francogallico idiomate *defiler* dicimus. Quae notio obtinet h. l. & cap. 51, 4. & in ceteris Fragmentis, a Suida citatis, qui Ἐκμηρυομένους interpretatur ἀναλεγομένους, *relegentes*, ut dicimus *legere litus:* tum Ἐκμηρυσάμενος· ἐξελκύσας, ἐπεκτείνας, *explicans, extrahens, extendens:* & Ἐξεμηρύσατο· διεξῆλθεν. Eadem notione verbo hoc uſus eſt Xenophon de Exped. Cyri lib. VI. p. m. 301. (ed. Wechel. p. 386.) ἡγεῖτο, παραγγείλας διαβαίνειν ᾗ ἕκαστος ἐτύγχανε τοῦ νάπους ὤν. θᾶττον γὰρ ἂν ἀθρόον ἐδόκει οὕτω πέραν γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἢ εἰ κατὰ τὴν γέφυραν, ᾗ ἐπὶ τῷ νάπει ἦν, ἐξεμηρύοντο. Nec multo aliter apud Plutarch. in Aemilio cap. 26. p. 269. edit. Wechel.) Ὁ Περσεὺς οἰκτρὰ ἔπασχε, διὰ στενῆς θυρίδος παρὰ τὸ τεῖχος ἐκμηρυόμενος αὐτὸν καὶ παιδία καὶ γυναῖκα. *Miſerabilis Perſeus erat, qui ex anguſta feneſtra per murum ſe pueroſque & conjugem, alium poſt alium, fune demiſit.*

Verſ. 6. τὰς ἀνωτάτω. Temere h. l. neglectus articulus in ed. 1. & Reg. B. C. — *Ibid.* περιπίπτων ἔτι. Mendoſe περιπιπτόντων ἔτι Aug. quod imperite inde expreſſum eſt

Verſ. 5.

Verſ. 6.

Verſ. 7. 8. eſt in edit. 2. — *Verſ.* 7. πρωτοπορείας. πρωτοπορίας h. l. Vat. — *Verſ.* 8. καθ' ὃν γὰρ τόπον. Temere καθ' ὃν ἂν γὰρ τόπ. edd. & Reg. B. C. operarum errore ex ed. 1. propagato.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἐννατᾶιος. ἐνατᾶιος Vat. Flor. Et ita debuerunt Aug. & Reg. A. in quibus eſt ἐναταῖος. — *Ibid.* δύο ἡμέρας edd. ex Bav. δυ' ἡμέρας Vat. Flor. Reg. A. δύο ἡμέραις Aug. — *Ibid.* προσέμεινε adoptavi ex Vat. & Flor. Vulgo ἔμεινε.

Cap. LIV.

CAPVT LIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. περὶ τοῖς ἄκροις. τοὺς ἄκρους, quod habent libri, poſſis etiam ex τὰς ἄκρας corruptum ſuſpicari, commutatis inter ſe ου & α, ut I. 75, 5. III. 35, 2. — *Ibid.* διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν, *ad occaſum inclinante vergiliarum ſidere.* Plinius Hiſt. Nat. II. 47. *Poſt æquinoctium autumni diebus fere quatuor & quadraginta Vergiliarum occaſus hiemem inchoat, quod tempus in* III *Idus Novembris incidere conſuevit.*

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὴν τῆς Ἰταλίας ἐνάργειαν. ἐνέργειαν Vat. Flor. Conf. ad cap. 44, 6.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πᾶν τὸ παραπεσὸν τῆς ὁδοῦ καὶ σφαλέν. Tenui Caſauboni verſionem, *quidquid* [intellige, ſive jumentum, ſive elephas, ſive equus, ſive homo] *via aberrans ſemel excidiſſet.* In emendationem autem παραπεσὸν, pro vulgata περιπεσὼν, conſentiunt Scaliger, Caſaubonus in ora Baſileenſi, Gronovius in Notis msstis, Reiſkius & Erneſtus. παραπίπτειν τῆς ὁδοῦ eadem ratione dicitur, ac παραπίπτειν τῆς ἀληθείας XII. 7, 2. (niſi ibi παραπαίσῃ pro παραπέσῃ legendum) & παράπτωσις τοῦ καθήκοντος, XV. 23, 5.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὑπέφερον. Temere ἐπέφερον ed. 1. & Reg. B. C.

7. *Verſ.* 7. σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια, *fere ſtadium cum dimidio.* Livius XXI. 36. *in pedum mille admodum altitudinem.* Si ſtadium æquivalet 625. pedibus romanis, erunt

erunt tria ſemiſtadia pedes 937. cum dimidio, adeoque passus 187. cum dimidio. Cum in verſione Caſaubonus poſuiſſet *in pedes fere centum nonaginta*, monuit Gronovius, *paſſus* dicere voluiſſe interpretem. Quod vero *in altitudinem* Livius dicit, de hoc mox videbimus. Verſ. 7.

Ibid. τῆς ἀπεῤῥῶγος. Haud dubie hæc, ſicut vetuſtiſſimarum membranarum, ſic veriſſima lectio. ἡ ἀποῤῥὼξ eſt *rupes abrupta*, *abſciſſa*, & *præcipitium abruptæ rupis, tranſitum*, *vel deſcenſum nullum concedens*. conf. VII. 6, 2. & Suid. in Ἀποῤῥῶγας. Itaque quam nunc ἀποῤῥῶγα dicit Polybius, κρημνὸς vocat cap. 55, 7. Quod nomen γῆς invexerunt codices nonnulli, ſive caſu ortum eſt, ex facile literarum Γ & Τ permutatione, ſive ex imperita conjectura. Si non niſi *terra* fuiſſet abrupta, facile ſuerat remedium; at *per hoc præcipitium improbo labore via erat munienda*, ut ait cap. 55, 7. Nempe in ipſis ſummis Alpium jugis erant, ubi nil niſi *nuda rupes*, nive plerumque, humo nuſquam operta. Per tranſverſam rupem anguſta callis erat, qua ægre milites expediti, ægerrime gravius armati ſingulaque jumenta tranſire, & circumlegere ſummos montium apices poterant. Subito perveniunt ad locum, ubi jam ne ſingulis quidem expeditis patebat tranſitus: in ſtadii fere cum dimidio longitudinem jam olim adeo abſciſſa fuerat rupes, ut ſinguli expediti vix perrepere poſſent; nunc recenti etiam ruina rupis deleta plane erat callis, & prorſus abruptum præcipitium. Itaque multo atque duro labore denuo aperienda muniendaque via erat. Ceterum turbaſſe nonnulla atque corrupiſſe in hac narratione Livius mihi videtur. Nam quod ſpatium qua recens abruptus prorſus locus erat, *in altitudinem* accepit, non *in longitudinem*, id nec ex Polybio ſumſit, & prorſus ridiculum abſurdumque videtur: in *altitudinem* ſæpe tota rupes, non modo per ſtadii cum dimidio ſpatium, abrupta intelligi debet. Tum *virgulta ac ſtirpes, in rupe eminentes*, ſuo ex ingenio, aut ex fabuloſa aliorum traditione, non ex Polybio, nec ex loci natura hauſit. Quid

quod

Verſ. 7. quod deinde cap. 37. in ſummis Alpibus, ubi ne virgulta quidem creſcunt, *immanes etiam arbores* inducit, & *lignorum ingentem ſtruem:* nempe his opus erat ad ornandam fabulam, quam ſicco pede prudens Polybius tranſit, de *rupe, incendio torrefacta, & infuſo aceto putrefacta.* τῆς γῆς ἀπεῤῥωγυίας dant ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος ed. 3. 4. 5. ex Caſauboni ingenio.

Ibid. μὲν οὔσης edidit Caſaub. ex Reg. B. C. monente etiam Vrſino: ſic vero Vat. & Flor. μενούσης ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* μᾶλλον ἔτι, præeuntibus Vrſino & Scaligero correxit Caſaub. Mendoſe μᾶλλον ὅτι ed. 1. 2. conſentientibus msstis.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. καὶ ταύτην adoptavi ex Flor. Et vel ſic, vel ταύτῃ legendum monuerat Reiſkius. καὶ ταύτης edd. & ceteri mssti. Ex Vat. nulla notatur varietas.

Cap. LV. CAPVT LV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τὸ γὰρ συμβαῖνον &c. Habet hæc verba Suidas in Ἴδιον. — *Ibid.* ἐπιςτοῦς. Mendoſe ἐπὶ τοὺς Vat. Flor. — *Ibid.* εὐδιάκοπτον. Temere ἀδιάκοπτον ed. 1. 2.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐπέπλεον dederunt h. l. Vat. & Flor. ſicut dant omnes verſ. 4. Vulgo h. l. ἔπλεον edd. cum ceteris codd. De ratione, qua verbo hoc πλεῖν, vel ἐπιπλεῖν hic utitur Polybius, conferre Gronovius (in Notis msstis) juſſit Luciani locum, nec tamen prorſus ſimilem, ex Veris Hiſtor. lib. II. c. 2. T. II. edit. Wetſten. p. 106. τὴν ναῦν πεπηγυῖαν ἀνασπάσαντες, καὶ πετάσαντες τὴν ὀθόνην, ἐσυρόμεθα, ὥσπερ πλέοντες, λείως καὶ προσηνῶς ἐπὶ τοῦ πάγου διολισθαίνοντες. Id eſt, *navem, gelu firmatam, extrahimus, paſſoque velo veluti navigantes vehimur, levi blandoque motu labentes per glaciem.* — *Ibid.* ἀμφοτέροις. Mendoſe ἀμφότεροι ſolus Aug.

Ibid. τοῖς διὰ τῶν ἀκροπήλων πορευομένοις. In ἀκροπήλων conſentiunt codices omnes. Temere ἀκροπύλων ed. 2. ἀκροπήλων reſtituit Caſaubonus; ſed, ut ſibi ſuſpectum, aſteriſco notavit; in verſione latina autem *per lubricum glacie*

glacie solum scripsit, scilicet ἀκροπαγῶν legendum suspicatus, & illa verba Liviana spectans, *lubrica glacie non recipiente vestigium,* ut ex ora Basil. docuit Mericus. Contra, ut probum vocabulum, defendit ἀκροπήλων GRONOVIVS in Notis msstis ad h. l. — „διὰ τῶν ἀκροπήλων, ait, intelligo *vias summas luto (præsertim uvido) opertas;* quales ubi sunt, sive silice munitæ, sive arenaceæ, solet pes falli, nec firmiter inhærere vestigio." — Conferre deinde jubet verba Arriani de Exped. Alexandri lib. VI. p. 425. (cap. 24. p. 264. edit. ipsius Iac. Gronovii) καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντα, quæ tamen parum ad firmandum illustrandumve illius nominis usum conferunt. Ceterum in probando & interpretando eodem vocab. ἀκροπήλων cum Gronovio consentit REISKIVS, qui — „Sunt τὰ ἀκρόπηλα, ait, *loca terræ, ubi solum inferius durum & siccum, tenui velut unguine cœni est perfusum.* οὗ τὰ ἄνω πηλὸς ἐπιπόλαιος, τὰ δὲ ὑποκάτω ξηρὰ καὶ στεῤῥά." — Et ERNESTVS in Lexico Polybiano: „ἀκρόπηλος, *in summo tantum lutosus atque lubricus.* Vers. 2.

Vers. 3. τὸ δὲ συνεξακολουθοῦν auctori restitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. τὸ δ' ἐξακολουθοῦν ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Temere τὸ δὲ συνακολουθοῦν ed. 2. & inde reliquæ editiones. Vers. 3.

Vers. 4. καὶ μᾶλλον ἐπέπλεον. Sic libri quidem omnes. Sed suspicor, καὶ μᾶλλον ἔτι ἔπλεον scripsisse h. l. Polybium. De ipso verbo dixi ad vers. 2. Vers. 4.

Vers. 5. διά τε τὸ βάρος. Restituit hoc Casaubonus ex ora ed. 2. quæ habet ex Aug. cum quo faciunt Vat. Flor. Reg. A. & Perottus. διά τε τὸ βάθος ed. 1. & ed. 2. in contextu, ex Bav. qui tamen ipse primum βάρος habuerat, & id dein in βάθος mutavit. Et hoc quidem præferendum putavit Reiskius, ut simul cum τὸ πῆγμα ad χιόνος referretur. Sed & ad sententiam quidem utique præstat βάρος, intelligendo αὐτῶν, & ipsa ratio grammatica id suadet: nam si vocabulum, quod h. l. scripsit Polybius, simul cum τὸ πῆγμα ad χιόνος esset referendum, satis Vers. 5.

fuerat dicere διά τε τὸ βάρος καὶ τὸ πῆγμα, nec opus erat repetere præpositionem διὰ; quæ repetitio (καὶ διὰ τὸ πῆγμα τῆς χιόνος) indicat, præcedens nomen per se stare, nec una cum τὸ πῆγμα ad τῆς χιόνος esse referendum.

Verf. 6. *Verf.* 6. περὶ τὴν ῥάχιν. Cum περὶ τὴν ἀρχὴν vulgo legeretur, hæc monuit REISKIVS: — „subaudi τοῦ κρημνοῦ, quod statim sequitur. Dubium est, quid Livius aut legerit, aut expresserit, cujus hæc sunt verba lib. XXI. 37. *tandem, nequicquam jumentis hominibusque fatigatis, castra in jugo posuit.* Forte κορυφὴν aut ἄκραν legit." — Quod si Vrsini emendationem ob oculos habuisset Reiskius, non dubito, quin suo calculo eam fuerit adprobaturus. ῥάχις, *jugum* vel *dorsum montis*, usitatum Polybio vocabulum. vide III. 101, 2. V. 69, 1.

Ibid. διαμησάμενος. Suidas in hac voce: Διαμησάμενος (διορύξας) τὴν χιόνα, τὴν ἐπ' αὐτῇ, ἐξῳκοδόμει τὸν κρημνόν. — *Ibid.* μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας. Sic ed. 1. cum Bav. Flor. Reg. A. B. C. nescio an & Vat. ex quo tamen, cum collatus sit cum editione Basileensi, nulla varietas adnotata est.

Verf. 9. *Verf.* 9. καὶ τὰ πρὸς τὴν ὑπερβ. Articum τὰ, qui deest h. l. editis & codici Bavarico, adjeci cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. — *Ibid.* Verba διὰ τὸ συνεχῶς, usque χειμῶνος, desunt ed. 1. & Bav. Sed habent ea Reg. B. C. cum ceteris codd.

Cap. LVI.

CAPVT LVI.

Verf. 1. 2. *Verf.* 1. προειρημένων Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. εἰρημένων ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. — *Verf.* 2. ἐν τῇ καθόλου. καὶ τῇ καθόλου ed. 1. 2. Reg. B. C. temere & invitis vetustis codicibus: quare nil causæ est, cur ex κατὰ τὴν καθόλου πορείαν corruptum hoc suspiciamus cum Reiskio. Nexum scripturæ, quo in cod. Bav. exprimebatur præpositio ἐν, perperam pro καὶ acceperat Obsopœus.

Verf.

Verf. 3. τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος, *universo itinere a Carthagine Nova quinque mensibus confecta.* Initio veris copias ex hybernis contraxerat, III. 34, 6. Ineunte æstate, circa exortum vergiliarum, Carthagine Nova erat profectus, V. 1, 3. Cum in summis Alpibus versaretur, instabat vergiliarum occasus, III. 54. 1. Sexto mense, postquam ex Hispania moverat, in campestria Italiæ descendisse Appianus ait, Hist. Hannib. cap. 4. & c. 52. — *Ibid.* τὴν δὲ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολήν. Carent δὲ ed. 2 & seqq. errore operarum ex ed. 2. propagato. Verf. 3.

Verf. 4. οὐ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. Tenui articulum, qui ex solo Aug. h. l. in ed. 2. & inde in reliquas est receptus. Sed solet sic ad nomina numeralia Polybius, cum optimis graecis scriptoribus, articulum adjicere. — *Ibid.* Λακινίῳ recte edidit Casaub. & sic est in Reg. A. Λαβινίῳ ed. 1. 2. Reg. B. C. Nempe sic Bav. in contextu, sed & in hoc ab ead. manu superscripta litera κ. Λακινείῳ Vat. Flor. Aug. Conf. III. 33, 18. Verf. 4.

Verf. 5. ἔχεσθαι. σχέσθαι ed. 1. ex perperam accepto scripturæ nexu. — *Ibid.* Πίσας restitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo Πίσσας edd. ex Bav. Verf. 5.

Verf. 6. ἐξαπελέκεσαν recte Vat. & Flor. Mendose ἐξαπελέκων edd. cum Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προκαθήμενα. προσκαθήμενα voluit Scaliger. Sed recte habet vulgata; intellige τῆς Ἰταλίας. — *Ibid.* προσπολεμοῦντα. προπολεμοῦντα Flor. — *Ibid.* Βοίοις. Sic ed. 1. 2. cum msstis. Βοιοῖς ed. Casaub. & seqq. Verf. 6.

CAPVT LVII. Cap. LVII.

Verf. 2. δή τινες. δὴ carent ed. 1. 2. cum Bav. sed habent Reg. B. C. cum ceteris. — *Ibid.* ἐπιζητήσουσι ex Reg. B. edidit Casaub. & sic dant Vat. Flor. Reg. C. ἐπιζητοῦσι ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Ἡρακλείους. Minus recte Ἡρακλέους Flor. Verf. 2.

Verſ. 3. 4. *Verſ.* 3. κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. κατ᾽ αὐτὴν Ἰβηρίαν Vat. Flor. κατὰ Ἰβηρίαν Aug. — *Verſ.* 4. τοῦτο τὸ μέρος. Temere τοῦτο μέρος Aug. Reg. A.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. κατ᾽ ἰδίαν, καὶ τόπον καὶ καιρὸν &c. *Libro trigeſimo quarto* hanc partem ex profeſſo tractavit Polybius; cujus libri vide Reliquias, & quæ ibi ad XXXIV. 1, 1. adnotamus.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. λίχνοις correxi ex msstis. Temere λιχνεῖς edd.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὴν ἀνάδοσιν Erneſtus (in Lexico Polybiano de *cibis, in cœna diſtributis*, accepit, ut apud Athenæum eis locis, quæ citavit Henr. Stephanus in Theſ. græcæ linguæ. Mihi commodius viſum eſt, cum Caſaubono de *diſtributione, vel digeſtione ciborum per venas & membra corporis* accipere, qua notione medici frequentant hoc vocabulum.

Cap. LVIII. CAPVT LVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. διότι μὲν οὖν. Caret οὖν ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν. Caret τῶν ed. 4. operarum errore, repetito in ed. 5.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. εἰ δὲ μήγε τῶν πλείστων. Sic recte veteres codd. omnes. Mendoſe εἰ δὲ μή τε τῶν πλ. ed. 1. 2. Tum εἰ δὲ μὴ, τῶν γε πλείστων Reg. B. C. quos ſecutus eſt Caſaub.

Verſ. 3. 5. *Verſ.* 3. ῥητέον δέ τι. τι abeſt ab Aug. non male. — *Verſ.* 5. ἐν μὲν γάρ. Temere εἰ μὲν γὰρ ed. 2. μὲν caret Aug.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. δυσχερὲς μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον (ἐπιπλέον ed. 1. 2. Bav.) τινῶν αὐτόπτην γενέσθαι. Quo pertineat ἐπὶ πλέον, non ſatis liquet. Tenui Caſauboni verſionem: *in pleriſque difficile eſt* &c. Sed verius fortaſſe fuerit, ſi ἐπὶ πλέον intelligamus *diutius, uberius, curatius;* ut III. 7, 4. 31, 1. IV. 16, 3 &c. — *Ibid.* ἐκβεβαρβαρῶσθαι. Sic unus Reg. C.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. γνοίη. γνῴη Aug. Reg. A. — *Ibid.* τῶν πάρεξ ὄντων. Revocavi conſtantem librorum omnium ante Caſau-

Casaubonum lectionem. Intellige πάρεξ τῆς ἀληθείας, sicut πάρεξ ὁδοῦ, *extra viam*, Iliad. X. 349. & κελεύθου πάρεξ ἰέναι Hesiod. in Scuto Herc. vs. 353.

CAPVT LIX.

Cap. LIX.

Vers. 1. οὐκ ἔτι τι. Mendose οὐκέτι Aug. Vers. 1.

Vers. 2. προεβίβασαν praeeuntibus Vrsino & Scaligero correxit Casaubonus. προσεβίβασαν, quod cum ed. 1. & 2. dant scripti omnes, defendi posse, monuit Reiskius, ita, ut προσβιβάζειν τὴν ἐμπειρίαν idem sit ac προσβιβάζειν αὐτὴν πρὸς μέτρον τι, *peritiam suam rerum atque scientiam adigere ad certum aliquem gradum, vel modum.* Memini etiam, apud Xenophontem in Memorab. Socrat. I. 2, 17. pro προβιβάζοντας non solum codicem Vindobonensem, sed etiam Regium, quem olim tractavimus, προσβιβάζοντας dare. Sed ita frequenter confusae a librariis sunt praepositiones πρὸ & πρὸς, ut religioni sibi ducere non debeat editor, refragantibus etiam libris omnibus tale aliquid corrigere. Vers. 2.

Vers. 4. ἀπολελυμένων. In Bav. super υ superscriptae sunt literae ειμ. Hinc Obsopoeus in marg. notavit: *aliàs* ἐπιλελειμμένων. Quod vero Polybius ait: *viros, in rebus agendis versari solitos, curis jam qua bellicis qua civilibus esse solutos*, monuit Casaubonus in ora Basil. pertinere hoc ad ea tempora, quibus, soluto foedere Achaico, adempta Graecis erat suarum rerumpublicarum administratio. Et sapienter utique Polybius fecit, quod & ipse (quemadmodum deinde Cicero, oppressa a Caesare Romanorum republica) otium illud ad studia literarum & ad edenda in usum suorum popularium ingenii & industriae suae monumenta contulit, & alios ad idem faciendum hortatus est. — *Ibid.* μεγάλας. μεγάλην & μεγίστην permutata invicem a librariis nostris videbimus III. 102, 3. Vers. 4.

Vers. 5. καὶ ἀληθ. γινωσκ. Codices mstos si sequamur, hoc modo haec legenda & distinguenda erunt: ὅπερ ἂν εἴη καὶ βέλτιον, γινώσκειν ἀληθινώτερον ὑπὲρ τῶν προ- Vers. 5.

Verf. 5. τερον ἀγνοουμένων. Et βέλτιον fortaffe accipi poterit pro ῥᾷον, *facilius*. Reifkius fufpicatus erat, fic fortaffe dediffe Polybium, δέον ἂν εἴη καὶ ἀπαγγέλλειν (vel ἐξηγεῖσθαι) βέλτιον καὶ γινώσκειν ἀληθινώτερον. — *Ibid.* ὑπὲρ τῶν πρότερον ἀγνοουμένων. — „τὰ ἀγνοούμενα funt h. l. non *ea, quæ plane ignorantur*, fed *quæ non certo fciuntur;* quorum nonnihil bene & recte tenemus, de plurimis prava & falfa nobis perfuafimus, in quibus erramus, aut opinione decepti fumus.“ REISKIVS. — Sæpe apud Polybium ἀγνοεῖν denotat *errare, in errore verfari.*

Verf. 6. *Verf.* 6. πειρασόμεθα ποιεῖν ex Reg. B. adfcivit Cafaub. Et confentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. παραστησόμεθα ποιεῖν ed. 1. 2. cum folo Bav. De qua fcriptura fic monuit REISKIVS: „Facit verbi hujus in hac re ufus, Polybianam aliquam (ut Strabo appellat) περισκέλειαν redolens, ut exiftimem, hanc veram effe lectionem, illam vulgarem ejus interpretationem. *Audebimus*, ait, vel *accingemur.* Nam hoc eft παρίστασθαι, *aggredi opus, adftare ei cum animi quadam conftantia & fortitudine.*“ — Sed περισκέλεια, cujus Polybium accufat Strabo, ad aliud genus pertinet: (conf. Adnot. ad III. 37, 4.) & nufquam apud Polybium ufurpatum hoc modo verbum παρίστασθαι reperies.

Verf. 7. *Verf.* 7. τὰς συμβάσας oportuit, quoniam proximum nomen eft τὰς κακοπαθείας. Mafculinum τοὺς συμβάντας, quod cum ed. 1 & 2. dant codices mssti omnes, fufpicionem movere poteft, præceffiffe olim τὰς κακοπαθείας, & fecutum effe nomen τοὺς κινδύνους.

Verf. 8. *Verf.* 8. ποιήσωμεν in fubj. fcribendum monuit Reifkius, & fic in libro fuo correxit Scaliger. Sic autem recte dant codices omnes. Temere ποιήσομεν edd.

Cap. LX.

CAPVT LX.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἤδη δεδηλώκαμεν. ὡς ἤδη δεδηλώκαμεν Flor. imperite.

Verf.

Verſ. 3. ἀθεραπευσίαις. Citavit ex hoc loco verba nonnulla Suidas in Ἀθεραπευσία. Verſ. 3.

Verſ. 4. πολλοὶ δὲ καὶ καθυφεῖντο ἑαυτοὺς &c. Laudavit hæc Suidas in Καθυφεῖντο, & verbum hoc interpretatus eſt ἑαυτοὺς ἐδίδοσαν εἰς ὄλεθρον. In Suidæ edit. Mediolan. eſt etiam particula καὶ ante καθυφεῖντο, quam neglexerunt aliæ Lexicographi editiones. — *Ibid.* οὔτε γάρ. Neceſſaria erat conjunctio γάρ. Nam τε in οὔτε refertur ad id, quod ſequitur, ἅ τε καὶ παρεκόμιζον. — *Ibid.* Facile corriget æquus Lector lapſum operarum noſtrarum, & τὴν τροφὴν pro τὴν προφὴν reponet. — *Ibid.* In συναπώλλυτο conſentit Vat. cum Flor. Verſ. 4.

Verſ. 5. ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους &c. Conf. III. 56, 4. & Adnot. ad III. 35, 7. Nodum rurſus neſcio quem in ſcirpo quæſivit Reiſkius, invertendum eſſe ordinem numerorum putans, ſcribendumque ὀκτακισμυρίους καὶ τρισχιλίους, quam in ſententiam multa diſputavit ad h. l. quæ huc tranſcribere ſuperſedeo. — *Ibid.* πλείους ὀκτακισχιλίων recte editum ex Bav. πλείους ὀκτακισχιλίους Vat. Aug. Reg. A. Verſ. 5.

Verſ. 7. ὁμοίως δὲ τὰ τῶν ἵππων. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων Vat. Verſ. 7.

Verſ. 8. προσανειληφυίας ἤδη τῆς δυνάμεως. προσανειληφὼς ἤδη τὰς δυνάμεις correxit Scaliger, non cogitans, per ellipſin pronominis ἑαυτὸν (quod adjicitur XXII. 25, 6.) neutraliter & reciproce uſurpari poſſe illud verbum, perinde ut ἀναλαμβάνειν XII. 26, 6. & ſæpe apud Appianum & alios. Verſ. 8.

Ibid. Ταυρινῶν, præeunte Vrſino & Scaligero, correxit Caſaub. Sic autem dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ταυρηνῶν ed. 1. 2. Reg. B. C. ex Bav. Ταυρῖνοι ex hoc libro III. Hiſtoriarum Polybii citatur apud Steph. Byzant. in Ταυρίσκοι. Conf. Adnot. ad II. 15, 8. — *Ibid.* In Ἴσομβρας conſentiunt h. l. ſcripti omnes & editi.

Verf. 9. *Verf.* 9. τὴν βαρυτάτην πόλιν. Nomen cum Polybio tacet Livius XXI. 39. *Taurafiam* nominat Appianus in Hift. Hannib. c. 5.

Verf. 12, 13. *Verf.* 12. ἤδη τοὺς πλείστους. ἤδη caret ed. 1. cum Bav. Sed habent Reg. B. C. cum ceteris codd. — *Ibid.* διακεκλεικότων. Frequentatum Polybio verbum, ut docebit Lexicon Polybianum. — *Verf.* 13. μὴ μέλλειν. Mendofe μὴ μέλειν Bav. — *Ibid.* καὶ πράττειν τι. Caret τι ed. 1. cum Bav. minus recte. Conf. III. 70, 13. Vide tamen & cap. 69, 8.

Cap. LXI.

CAPVT LXI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Vtique requirebatur προσαγγελλομένοις, quod recte pofuit Cafaub.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸν πλοῦν. Cum effet vulgo τόν τε πλοῦν, non habuerat τε quo referretur. Hinc Reifkius fufpicatus erat, fcripfiffe fortaffe Polybium, τόν τε πλοῦν - - ὡς μακρὸς, καὶ τὸν στόλον ὡς δυσπαρακόμιστος. Sed hoc nimis eft indulgere ingenio.

Verf. 4. *Verf.* 4. σαφέστερον. Perottus, *certius.* σαφεστέρως correxerat Scaliger. — *Ibid.* κατεπέπληκτο adoptavi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Conf. vf. 6. & fic cap. 92, 3. Habet autem plufquamperfectum hoc vim imperfecti; nam καταπέπληγμαι, in perfecto, eft *miror, obftupeo;* non *miratus fum, obftupui.*

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐπιβάλλεσθαι fi recte habet ad ἤλπισε relatum, in præfenti tempore pro futuro eadem ratione dictum fuerit, qua cap. 66, 3. libri omnes ὑπέλαβε διακινδυνεύειν dant, quod in διακινδυνεύσειν Cafaubonus mutavit. — *Ibid.* τολμῆσαι ex marg. edit. 2. adfcivit Cafaub. Sic autem Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. πολεμῆσαι ex Bav. dabat ed. 1. & ed. 2. in contextu.

Verf. 8. *Verf.* 8. Φήμης καταληγούσης. — „*confenefcente jam & exfpirante fama;* cum homines jam definerent inter fe jactare fermonibus rumorem de Carthaginienfium vi, Saguntinis illata.“ REISKIVS. — *Ibid.* τὸν δ᾽ ἕτερον. τὸν ἕτερον

ρον δὲ Vat. Flor. — *Ibid.* ὡς πρὸς Ἀννίβαν. Temere & invitis msstis h. l. neglecta in editis erat particula ὡς.

Verſ. 10. ἐξώρκισε reſtitui Polybio ex Vat. & Flor. (conf. cap. 68, 13.) Id in ἐξώρμισε corruptum in Aug. & Reg. A. Atque ita haud dubie etiam fuerat in exemplari, e quo deſcriptus eſt Bav. inde vero in ἐξώρμησε mutatum ab hujus codicis ſcriba; & id tenuerunt editores. Livium ſi conferas, qui, nulla mentione facta pedeſtris itineris, cujus & h. l. & cap. 69, 12 ſqq. diſerte meminit Polybius, *exercitum, in naves impoſitum, ſupero mari Ariminum miſſum* ſcribit XXI. 51. videri poteſt vetus eſſe in codicibus Polybianis error ἐξώρμισε vel ἐξώρμησε, ut Livius jam in ſuo codice ita legerit. Verſ. 10.

Ibid. ἐν Ἀριμίνῳ γενέσθαι κοιταίους. Poſtremam vocem non expreſſam video in latina verſione. Scribe: *qua die omnes Arimini adeſſent ante veſperam*, vel, *qua die omnes Ariminum cubitum convenirent*. Ἀριμίνῳ correxi. Vulgo Ἀριμήνῳ edd. & mssti. h. l. & deinde; ſed in Aug. ex η factum *jota* a prima manu.

Verſ. 12. ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. Temere neglectus eſt artic. in ed. 1. 2. & hinc in Reg. B. C. Verſ. 12.

CAPVT LXII. Cap. LXII.

Verſ. 1. προθέμενος cum Vrſino correxit Caſaub. Et ſic dant Aug. & Reg. A. Perperam προσθέμενος ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Vat. & Flor. Verſ. 1.

Verſ. 4. συνέσχηντο dederunt Vat. Flor. Vrb. Inſerta eſt enim hæc hiſtoria Eclogis, quas habet *Codex* VRBINAS, a verbis Ἀννίβας μὲν οὖν &c. verſ. 2. uſque ad illa verba cap. 63, 14. τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διαφῆκε. Verſ. 4.

Verſ. 5. οἵαις. A Scaligero hanc emendationem accepit Caſaubonus, qua tamen non opus fuiſſe videtur: teneri fortaſſe poterat οἵας in accuſat. — *Verſ.* 7. καθοπλισαμένους. Perperam καθοπλισμένους Aug. καθοπλισάμενος voluit Scaliger. conf. cap. 67, 2. — *Verſ.* 8. ἕκαστος αὐτός. Poſteriorem vocem omiſit Vrb. Verſ. 5 ſqq.

Verf. 10. *Verf.* 10. ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐκείνου μὲν ἀπολελυμένου, σφᾶς δ' αὐτοὺς ἀκμὴν ὑπομένοντας. — „Forte ἐκεῖνον μὲν ἀπολελυμένον, propter fequentia σφᾶς δ' αὐτοὺς &c. ut infit conftantia orationi: nifi malis legere σφᾶς δ' αὐτοὺς ἠλέουν vel ᾤκτειρον ἀκμὴν ὑπομένοντας." REISKIVS. — At nil opus eft folicitare vulgatam. Promifuæ Græci genitivos & accufativos itemque nominativos, abfolute pofitos, frequentant. Nec abhorret a ftylo Polybiano ἀνακολουθία ifta, qua ab uno cafu ad alium in eadem periodo tranfitur.

Verf. 11. *Verf.* 11. Verba τῆς τῶν ἀγομένων, cum operarum errore abeffent ab edit. Cafauboni, reftituit Gronovius.

Cap. LXIII.

CAPVT LXIII.

Verf. 2. *Verf.* 2. παρεισαγαγεῖν. Rectius fuiffet factum, fi παρεισάγειν ex msstis revocaffem, quod ferri commodiffime poterat. — *Ibid.* ὑπὲρ τῶν σφίσι παρόντων. Verbum παρόντων (quod deerat ed. 1. cum Bav. Aug. Reg. A. ac nefcio an & Vrb.) reftituit Cafaubonus ex Reg. B. cum quo faciunt Vat. Flor. & Reg. C.

Verf. 3 fqq. *Verf.* 3. συγκεκλεικέναι recte editum eft ex Bav. Confer I. 58, 1. & alia loca, quæ Lexicon Polybianum indicabit. In mendofum συγκεκληκέναι cum aliis confpirat Vat. — *Verf.* 4. ὑποχειρίους γενέσθαι. ὑποχειρίους εἶναι Vat. in contextu; fed γενέσθαι in marg. — *Verf.* 6. ὑπομένουσι φεύγειν dederunt Vat. Flor. & codex Vrfini. Sic & debuit Vrb. in quo corrupte legitur ὑπὸ μὲν οὓς φεύγειν.

Verf. 7. *Verf.* 7. ὃς μνημονεύων. ὡς μνημον. ed. 1. 2. invitis msstis omnibus. — *Ibid.* τοῦ μήκους. τὸ μῆκος ed. 1. cum folo Bav. — *Ibid.* τῶν μεταξὺ πολέμων. Commodius utique πολεμίων; fed & teneri vulgata poteft, *quot prælia in via fufcipere fuerint coacti.* — *Ibid.* οἰκείαν recte edidit Obfopœus, & tenuere fequentes. οἰκίαν Bav. Aug. Reg. A.

Verſ. 8. τοιαύτην διάληψιν. Sic Aug. cum edd. & Bav. — *Ibid.* κατ' αὐτούς. καθ' αὐτοὺς Flor. & ſic rurſus verſ. ſeq. Verſ. 8.

Verſ. 9. Poſt verba ἐπ' ἐκείνων addunt τῶν συμπτωμάτων ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. imperite ex ſuperioribus repetita verba, quæ monente Vrſino delevit Caſaub. & ignorant Vat. & Flor. — *Ibid.* τὸν μὲν νικήσαντα. Temere νικήσοντα ed. 1. 2. — *Ibid.* καὶ τὸν τεθνεῶτα. Requiri h. l. articulum, recte monuit Reiſkius. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἂν δὲ μὴ τοῦτ' ᾖ. Sic vett. codd. omnes. Temere τούτων ᾖ ed. 1. 2. τοῦτ' εἴη Vrſin. τοῦτο εἴη ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* ἠξίου correxit Caſaub. Sic autem & Vat. Flor. Reg. A. Perperam ἠξίουν ed. 1. 2. cum Bav. & Aug. Verſ. 10.

Verſ. 13. ὅταν δὲ δή. Carent δὲ Aug. & Reg. A. — *Ibid.* παρακειμένης. Perperam παρακείμενος Aug. & Reg. A. Et iidem mox οἰκίας pro οἰκείας. Verſ. 13.

Verſ. 14. ἐσπούδαζε temere in editos irrepſit. ἐσπούδασε oportuit, quod præferunt Bav. Vrb. Vat. & omnino veteres codices omnes. Et habet aoriſtus primus vim præteriti pluſquamperfecti, *optaverat*, *voluerat*. Verſ. 14.

CAPVT LXIV.

Cap. LXIV.

Verſ. 1. περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τὸν Πάδον ποταμὸν πεπεραιωμένος. Oportuit utique præteritum πεπεραιωμένος nam Padum *jam tranſierat* Scipio, ut adparet ex cap. 61, 1. In ed. Ern. operarum errore περαιουμένους erat. Quod autem πρὸς ante τὸν Πάδον inferunt libri, ferri nullo pacto poterat: ac videtur imperite repetitum quodammodo ex præcedenti vocabulo ἡμέρας, quod per compendium fortaſſe ita ſcriptum fuerat HPAC, unde ΠPOC exſculpſerunt. Inde etiam factum, ut in codicibus nonnullis omitteretur vocabulum ἡμέρας. Simili vero quadam ratione cap. 76, 11. cum Polybius ſcripſiſſet διαβὰς αὖθις τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, librarii, imperite repetita & paululum detorta Verſ. 1.

Verf. 1. torta terminatione vocis *αὖθις*, fcripfere *αὖθις εἰς τὸν Ἴβηρα.*

Ibid. Τίκινον. *Ticinum* conftanter vocant Romani, & Τίκινον Strabo. Pariter Stephanus: Τίκινος· πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. — *Ibid.* εἰς τοὔμπροσθεν. εἰς τὸ σύμπροσθεν Flor. — *Ibid.* γεφυροποιεῖν, *ponte jungere*, fcil. Ticinum fluvium. Mire h. l. omnia turbat Reifkius, contendens, de ponte, fuper Pado ftruendo, hic agi. Confer Livium XXI. 45. qui prorfus confentit cum Polybio.

Verf. 3. 4. *Verf.* 3. μηδεμίαν μέν. Carent μὲν ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* ἀναμφισβ. Mendofe ἀμφισβ. Aug. Reg. A. — *Verf.* 4. μόνον δ' οὐχὶ dederunt Vat. & Flor. Vulgo μονονουχὶ, unde καὶ μονονουχὶ conjecerat Reifkius.

Verf. 5. *Verf.* 5. μόνον οὐ τολμῶσι κατὰ πρόσωπον ἰδεῖν ἡμᾶς. Multo alia notione μόνον οὐ nunc accipiendum, ac paulo ante; fcil. idem valet, ac οὐδὲ, *ne quidem.* Vel, ut monuit REISKIVS, idem eft ac fi alius dixiffet οὐ τολμῶσιν ἡμᾶς ἰδεῖν μόνον κατὰ πρόσωπον, *non audent adfpicere noftrum vel folum ipfum vultum*, οὐ τολμῶσι μέχρι μόνον αὐτοῦ τοῦ κατὰ πρόσωπον ἡμᾶς ἰδεῖν. — *Ibid.* περὶ τοῦ μέλλοντος. Carent περὶ ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav.

Verf. 7. *Verf.* 7. τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν. αὐτὸν fufpicatus eft Reifkius; & fic primum fuerat in Aug. fed & ibi in αὐτῶν mutatum ab eadem manu.

Verf. 10. *Verf.* 10. ἐφ' ἃς perfpecte ex ingenio correxit Cafaub. cum libri omnes fcripti cum editis σφᾶς dediffent, præter unum Vat. qui confirmat docti viri emendationem. — *Ibid.* ἀπεστάλη reftitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrfini. ἀπεστάλην edd. & Reg. B. C. ex Bav. — *Ibid.* ἑώρα recte iidem libri dederunt pro vulgato ἑώρων.

Cap. LXV. CAPVT LXV.

Verf. 1. *Verf.* 1. παρὰ τὸν ποταμόν. Ferri poterat κατὰ, fed præferendum illud putavi, quod dederunt Vat. Flor. & cod. Vrfini. Sic rurfus omnes cap. 66, 8. Fluvium autem intelligo *Padum.* Nempe fuperiori die Ticinum ponte

ponte jungere jusserat eos, quorum hoc negotium erat, & interim, dum struebatur pons, convocatos in concionem milites hortatus erat Scipio, cap. 64, 1. Postridie ejus diei, superato Ticino, juxta Padum pergebat, fluvium ad lævam habens, Alpes ad dextram. Hannibal, Taurasia e Taurinis veniens, trans Ticinum erat, quod & ex situ locorum intelligitur, & ex hoc ipso, quod Scipio, ut Hannibali obviam veniret, Ticinum ponte jugendum curavit. Iuxta Padum igitur Hannibal pariter iter faciebat, fluvium ad dextram, Alpes ad sinistram habens. Atque ita, cum Ticinus fluvius ab ea parte septentrionis, quæ in occasum vergit, ex obliquo in Padum influat, *prælium* illud, quod mox expositurus est Polybius, *inter Padum & Ticinum* (ut ait Florus II. 6.) commissum est; & peræque *ad Padum* cum Polybio X. 3, 3, ac *apud Ticinum* pugnatum dici potuit cum Valerio Max. V. 4, 2. & Oros. IV. 14. Aliter hunc locum interpretatus est Cluverus, fluvium, quem hic dicit Polybius, juxta quem ambo exercitus obviam sibi progressi sunt, *Ticinum* intelligens; Ital. Antiq. lib. I. c. 24. p. 239 sq. Vers. 1.

Vers. 4. πλησιάζειν αὐτοῖς, *adpropinquare sibi invicem.* αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς vel ἀλλήλοις, ut sæpe aliàs. Hanc unice veram lectionem, quam ad marg. rejecerunt ed. 1. & 2. restitui Polybio, consentientibus msstis omnibus. Vers. 4.

Vers. 5. προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς, - - τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας. *præmissis* (vel potius, *ante locatis*) *jaculatoribus*, - - *& reliquis in frontem directis.* Hæc si conferas cum Livio, qui lib. XXI. 46. sic habet: *Scipio jaculatores & Gallos equites in fronte locat; Romanos, sociorumque quod roboris fuit*, in *subsidiis;* videri potest aliud dicere scriptor romanus, aliud græcus; quandoquidem, quos hic ἐν μετώπῳ, id est *in fronte* locatos scribit, eosdem ille *in subsidiis;* contra, *jaculatores in fronte locatos* ait. Quam rem Casaubono nostro dubitationem movisse intelligitur ex filii Merici ad h. l. adnotatione, qui docet, in ora Basil. ad verba ἐν μετώπῳ scripsisse patrem: Vers. 5.

„Lego

Verſ. 5. „Lege κατόπιν, ex re ipſa & Livio." — Sed nihil novandum; & facile cum Polybio conciliatur Livius. μέτωπον in acie Polybius *frontem* vocat *illius partis aciei, quæ ſtabilis eſt & graviter armata: ante hos*, initio prælii, *locatur* (προτίθεται) levis armatura. Quum igitur id, quod ante aliud eſt, *in fronte locatum* Latini dicant, commode Livius *jaculatores & Gallorum equitatum*, qui levior erat equitatu romano & ſociorum Italiorum, *in fronte locatos* dixit: quo poſito ſupererat, ut reliquum equitatum (ſcil. ipſum equitatum romanum & ſociorum) *in ſubſidiis* locatum diceret. Præclare & hæc & alia, ad eamdem pugnam, ad Ticinum commiſſam, pertinentia, illuſtravit & ab imperitis Folardi nugis vindicavit CAROLVS GVISCHARDT in *Mémoires Militaires ſur les Grecs & les Romains*, Tom. I. cap. 5.

Ibid. καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς. Fortaſſe καὶ ἅμα τούτοις τοὺς Γαλ. ἱππεῖς, niſi ad τοὺς ἅμα τούτοις intelligendum ſtatuas *μάχεσθαι εἰωθότας, pugnare ſolitos*, aut aliquid ſimile. — *Ibid.* προΐει. Temere & mendoſe προείη ed. 1. 2. & Reg. B. C. Sæpe in illo verbo eodem modo peccarunt librarii & editores.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. κατὰ πρόσωπον τάξας. Caſaubonus, *in prima acie locat:* minus recte; nec enim in plures deinceps acies equitatum ſuum diſpertitus eſt. Nec vero multo commodius nos *in fronte* vertimus. Oportebat *ex adverſo, recta ex adverſo hoſti oppoſuit:* &, cum utrimque Numidæ equites locati eſſent, ad cingendum hoſtem parati, intelligitur, hanc fuiſſe mediam Hannibalis aciem, quæ ipſa per ſe ſua latitudine totam latitudinem aciei Scipionis æquabat. Numidæ, qui in utroque cornu Hannibalis erant, non fronti Scipionis recta erant oppoſiti, ſed latera ejus ex obliquo ſpectabant, ſignumque exſpectabant a lateribus & a tergo adgrediendi hoſtem. conf. vſ. 10 ſq.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. μὴ φθάσαι τὸ πρῶτον ἐκβαλόντας βέλος, φεύγειν δ' ἐκκλίναντας. Φθάσαι, cum acuto accentu, habet Aug. & ſic rurſus idem & Reg. A. cap. 66, 1. Conjunctionem

nem δὲ post Φεύγειν, temere omissam in ed. r. 2. & Reg. B.C. adjecit Casaubonus ex Bav. cui ceteri omnes adsentiuntur codices. Ceterum de vi dictionis, μὴ Φθᾶσαι - - Φεύγειν δὲ, dubitationem nonnullam subnasci posse video. Casaubonus, cujus verba h. l. tenuimus, interpretatus est, *nec dum primis jaculis missis*; quae videri potest maxime obvia significatio graecorum verborum. Quodsi vero Φεύγειν δὲ idem valet, quod καὶ Φεύγειν, paulo alia fuerit ex graeci sermonis usu eorumdem verborum sententia, & hoc dixerit Polybius, *vix prima emiserant jacula, cum fugere caeperunt.* Vide Vigerum de Idiotism. Gr. Ling. cap. 5. sect. 14. Reg. 4. & exempla, quae ibi ex Isocrate protulit Hoogeveen; quibus alia ex aliis auctoribus addi facile possunt, & in his duo Demosthenis loca, quae dabit Reiskii Index graecitatis Demostheneae. Reiskius in eamdem sententiam, quam posteriori loco expressimus, sic scripsisse Polybium suspicatus est, μὴ Φθάσαι τὸ δεύτερον βάλλειν, τὸ πρῶτον ἐκβαλόντας βέλος. Si quid supplere necesse est, malim inverso ordine, μὴ Φθᾶσαι, τὸ πρῶτον ἐκβαλόντας βέλος, τὸ δεύτερον βάλλειν. Vers. 7.

Ibid. ἴλας. εἴλας Vat. Aug. Reg. A. & eodem modo saepius alias.

Vers. 11. πολλοὺς μὲν αὐτῶν. In Bav. est simul αὑτῶν & αὐτῶν, cum utroque spiritu. Sed αὐτῶν dant ceteri libri omnes. — *Ibid.* σποράδες restitui ex msstis Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrsini. Eamdem scripturam Bav. intra lineas habet, sed in contextu σποράδην, quod inde acceperunt editi & Reg. B.C. Vers. 11.

Ibid. περὶ τὸν ἡγεμόνα. *Graviter vulneratum esse in eo praelio Scipionem*, mox monet Polybius cap. 66, 2 & 9. sed ibi eis verbis utitur, quae significare utique videntur, jam ante de ea re esse dictum, βαρυνόμενον ἐκ τοῦ τραύματος. Ac sane, nisi plura quaedam interciderunt verba, quibus mentionem ejus casus fecit, cujus clara satis ad posteros memoria fuit, (conf. X. 3, 3. & Liv. XXI. 46.) saltem

ſaltem probabile eſt, uno verbo h. l. rem iſtam tetigiſſe ſcriptorem noſtrum.

Cap. LXVI.

CAPVT LXVI.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. διακινδυνεύσειν recte utique a Caſaubono emendatum putavi. Confer tamen ad cap. 61, 5. — *Ibid.* ἕως μὲν τοῦ πρώτου ποταμοῦ, *uſque ad priorem fluvium.* Quandoquidem ultra Ticinum commiſſum prælium erat, videri poterat, *priorem* hunc *fluvium* eumdem *Ticinum* nunc dici Polybio. Sed plane ſunt quæ ſuadent, ut de *Pado* utique intelligamus. Nec enim Ticinus, quamquam non contemnendus fluvius, ita morari Hannibalem debuit, præſertim nondum penitus reſolutis ratibus, ut a perſequendo hoſte prorſus abſiſteret; nec in ulteriore Ticini ripa tam facile, quam ad Padum, obnoxios hoſti relictos probabile eſt ſexcentos Romanos. Sed quod maximum eſt: ſi ultra Ticinum ſubſtitiſſet Hannibal, intelligi non poſſet, quo pacto, poſtquam per biduum juxta Padum adverſo fluvio erat retrogreſſus, ut locum rati jungendo idoneum inveniret, (vide hoc cap. vſ. 5 ſq.) rurſus biduo, poſtquam Padum ſuperavit, haud procul abeſſe potuerit a Romanis, qui prope Placentiam, ad XXX. millia paſſuum a Ticino orientem verſus ſitam, caſtra habebant. (verſ. 10.) Accedit Livius, ad *Padi* pontem hæc referens, lib. XXI. cap. 47. Itaque ἕως τοῦ πρώτου ποταμοῦ intelligendum erit, *uſque ad fluvium, quem prius trajecerant Romani, ex Etruria advenientes,* vel *quod primum fuerat Romanis, ex Italia advenientibus;* niſi placet τοῦ Πάδου cum Cluvero (Ital. Antiq. p. 239.) pro τοῦ πρώτου corrigere, quod tamen non neceſſe eſſe videtur. Quodſi τοῦ προειρημένου ſcripſiſſet Polybius, (quam ſuſpicionem Gronovio etiam in mentem veniſſe video) manifeſte ad *Padum* referretur, quem paulo ante nominavit. Reiſkius ſuſpicatus erat ἕως μέν του παρὰ τὸν ποταμὸν, *proceſſit Hannibal aliquo tenus, præter (vel propter) fluvium;* aut, eodem ſenſu, ἕως μέν του κατὰ ῥοῦν τοῦ ποταμοῦ.

Ibid.

Ibid. ἐπηκολούθει. ἠκολούθει Aug. & Reg. A. cum Vat. & Flor.

Verſ. 4. τὰς μὲν πλείστας τῶν σανίδων ἀνεσπασμένας. Caſaubonus: *aſſeres pleroſque avulſos.* Livius XXI. 47. *Tamen ad ſexcentos moratorum in citeriore ripa, ſegniter ratem ſolventes, cepit. Tranſire non potuit pontem, ut extrema reſoluta erant, tota rate in ſecundam aquam labente.* — *Ibid.* ὑπολειπομένους. Mendoſe ὑπολειμένους ed. 1. 2. ex Bav. quod ex ὑπολελειμμένους corruptum videri poterat, niſi verum darent Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. quod ex Reg. B. adſcivit Caſaub. De uſu participii præſentis pro præterito ſatis dixi ad I. 1, 1. Verſ. 4

Verſ. 6. Καταλύσας δὲ δευτεραῖος. Caſaubonus: *bidui iter progreſſus.* At *progrediendi* notio quo pacto tribui per ſe verbo καταλύειν poſſit, difficile dictu fuerit. Mihi, certius nil habenti, viſum eſt ad κατέλυσε ex ſuperioribus ſubintelligenda eſſe verba τὸ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, ut, quemadmodum apud Demoſth. p. 893. ed. Reiſk. legimus τὸ πλεῖν καταλέλυκα, *navigare deſii*, (& alibi id genus alia, quorum nonnulla etiam H. Stephanus in hoc verbo adnotavit,) ſic καταλύσας h. l. denotet, *deſiit ulterius progredi, deſiit porro ripam retro legere.* Poſſis vero etiam ſuſpicari, ex illo uſu interpretandum hoc verbum, quo *ſubſiſtere in itinere, manere in aliquo loco* (ubi ſcil. equos ſolvimus curru) denotat; unde vulgatiſſima illa *divertendi* notio ducta eſt. Suidas: Κατέλυεν· ἔμενεν. Heſychius: Καταλῦσαι· καταμεῖναι. Quam in ſententiam Guil. Xylander in germanica Polybii verſione locum hunc eſt interpretatus: *des andern Tages iſt er ſtill geſtanden*, id eſt, *poſtridie ejus diei ſubſtitit.* Verſ. 6.

Ibid. Ἀσδρούβᾳ μὲν ἐπέταξε &c. Erat *Aſdrubal* ille ἐπὶ τῶν λειτουργιῶν τεταγμένος, ut ait cap. 93, 4. id eſt *miniſteriis militaribus præfectus.*

Verſ. 7. Ἅμα γάρ. Carent γὰρ Flor. Aug. Reg. A. Hinc Flor. mox poſt πάντες inſerit οὖν. — *Verſ.* 8. κατὰ ῥοῦν γάρ. Cum γὰρ ab edit. 2. abeſſet, linea præcedente Verſ. 7. 8

καὶ ad τὴν ἐναντ. ποιουμ. adjiciendum putavit Scaliger. Sed γὰρ dant libri omnes, & nonnisi operarum Basileensium errore omissa particula erat.

Vers. 9. *Vers.* 9. ἅμα μὲν αὐτόν. Sic casu, ut videtur, editum est a Casaub. Habet autem hoc codex Aug. Sed αὐτὸν Bav. Reg. A. B.

Vers. 10. *Vers.* 10. παραγενόμενος δευτεραῖος ἀπὸ τῆς διαβάσεως &c. *binis castris a transitu fluminis in viciniam hostium pervenit.* Conf. ad cap. 63, 3. Si cui subit quærere, quo pacto biduo, ex quo Padum trajecit, jam prope hostes pervenire Hannibal potuerit, qui tamen ab eo loco, ubi transierant Romani, unde illi porro Placentiam versus orientem fecerant iter, per biduum adversa Padi ripa versus occidentem erat retrogressus? facile responderi potest. Primum enim consentaneum est, priori illi biduo lentius retrogressum esse, quia locum rati jungendo quæsivit: tum vero, quoniam in ea regione plures flexus versus septentrionem facit Padus, intelligi debet, multo brevius deinde fuisse iter in australi ejusdem fluvii ripa.

Vers. 11. *Vers.* 11. λαβὼν περὶ πεντήκοντα στάδια &c. *paulo amplius sex millia ab hoste locum castris cepit.* Quum ad Placentiam castra essent Romanorum, Hannibalis castra fuisse intelligitur inter Placentiam & Trebiam, ad dextram & orientalem Trebiæ ripam. conf. cap. 68, 5 & 7.

Cap. LXVII.

CAPUT LXVII.

Vers. 2. *Vers.* 2. κατακοιμηθέντων. κατακοιμιαθέντων Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* καθοπλισάμενοι. καθωπλισάμενοι (sic) Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod ex καθωπλισμένοι corruptum videri potest. Sed vide cap. 62, 7.

Vers. 4. *Vers.* 4. εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις editum est ex Bav. αὑτῶν Vat. Flor. αὐτῶν Aug. Reg. A.

Vers. 6. *Vers.* 6. διάδοσιν. διάδχσιν rursus voluit Reisk. ut II. 28, 1. ubi vide quæ adnotavimus. διαίρεσιν τῆς χώρας Polybius dixit III. 40, 9. — *Ibid.* καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. Vide II. 23.

Vers.

Verf. 7. ὑπὲρ τούτων. Poſſis & ἀντὶ τούτων ſuſpicari, Verf. 7.
vel διὰ τούτων cum Scaligero ex III. 40, 10. Sed ὑπὲρ propius ad veſtigia accedit ſcripturæ librorum, qui παρὰ dant, quod ex Aug. in edit. Baſil. & inde in reliquas eſt tranſlatum.

Verf. 9. ὡς ἐπὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν, *verſus Trebiam* Verf. 9.
fluvium. conf. cap. 68, 5. Poterat autem Placentiam urbem tuto relinquere, quoniam ſatis ſciebat, oppugnandæ urbi non idoneum eſſe Hannibalis exercitum. — *Ibid.* τούτῳ συνάπτοντας recte editum ex Bav. τούτων Vat. Flor. τοῦτον Aug. Reg. A.

CAPVT LXVIII.

Cap. LXVIII.

Verf. 1. τούτοις δ' ἐκ ποδός. Conjunctione caret ed. 1. Verf. 1.
& inde Reg. B. C. invitis vett. codd. Perperam vero τούτους δ' ἐκ ποδὸς Reg. A. & Aug. & inde ed. 2.

Verf. 3. πολλοὺς ἂν αὐτῶν reſtitui ex Vat. Flor. Reg. A. Verf. 3.
Et ſic ex conject. corrigere juſſerat Reiſkius, cum intellexiſſet, in Aug. eſſe ἂν τῶν. Vulgo πολλοὺς αὐτῶν abſque ἂν edebatur ex Bav.

Verf. 4. νῦν δ' οἱ πλείους. Forſan, ſervando ὡς, quod Verf. 4.
dant codices, legendum νῦν δ' ὡς, οἱ πλείους. In ed. 1 & 2. invitis msstis eſt νῦν ὡς, abſque δέ. — *Ibid.* τῶν δὲ καταλειφθ. τῶν δὲ καταληφθ. Aug. Reg. A. ſed in utroque prius videtur fuiſſe ει, quod recte habent ceteri.

Verf. 6. δ' αὐτὸν ed. 2 & ſeqq. cum Aug. Reg. A. & Verf. 6.
Flor. δ' αὐτὸν ed. 1. cum Bav.

Verf. 7. Ἀννίβας δὲ περὶ τετταράκοντα σταδίους &c. Verf. 7.
Hannibal quinque millium intervallo ab hoſte caſtra ponit; interjecto ſcil. inter utraque caſtra Trebia fluvio, quem tranſierat Scipio, ita, ut Romani Trebiam ab oriente haberent. Conf. ad 66, 11. & cap. 71, 10. & cap. 72. & 74.

Verf. 8. κατοικοῦν. κατοικούντων Aug. Reg. A. qui ta- Verf. 8.
men cum ceteris dant τὸ τὰ πεδ. non τῶν τὰ πεδ. — *Ibid.* συνεστηκότ' ταῖς τῶν Καρχ. ἐλπίσιν, *qui ſe adjunxerant ſpei* (id eſt, *partibus*) *Carthaginienſium.* Sic συστῆναι &

Verf. 8. συσταθῆναί τινι, *adjungere fe alicui*, I. 78, 7. & IV. 1, 6. Et ficut h. l. fequitur ἕτοιμον δ' ἦν παντὸς κοινωνεῖν ἔργου &c. fic I. 78, 7. συσταθησόμενος αὐτῷ καὶ κοινωνήσων ἀδόλως παντὸς ἔργου. Quod vero συνεξηκὸς cum ed. 1. 2. dant Bav. Vat. Flor. Reg. A. inde ortum videtur, quod in vetuftiori exemplari fuper medio verbo συνεστηκὸς inter lineas fcriptum fuerit εξ, quo fignificabatur, legi etiam poffe, aut legi revera in aliis συνεξεστηκὸς; (de quo verbo vide III. 34, 9. & ibi notata;) fed id librarii perperam accipientes, εξ in locum εστ fubftituerunt. Quod συνεξηγρκὸς dedit Reg. B. id conjecturæ debetur ejufdem viri, cujus ex ingenio multa in illo codice novata funt. Eam lectionem adripiens Cafaubonus, paffive interpretatus eft, *Galli ad fpem Carthaginienfium fublatis animis.* Bœclerum non moror, cui placuit συνεζηκὸς, quod eft in Aug.

Verf. 9. 10. *Verf.* 9. σκήψεων. Sic corrigendum videri monuit Erneftus in Lexic. Polyb. Et eodem modo in libro fuo refcripfit Scaliger; quod recte factum nemo dubitavit. — *Verf.* 10. ἀποστάσεως reftituit Cafaub. ex Reg. B. cui adfentiuntur ceteri codd. præter Bav. in quo eft ἀποκαταστάσεως, quod tenuere ed. 1. 2.

Verf. 12. *Verf.* 12. διαπορευομένων διὰ τῆς Ῥώμης. Per ipfam urbem proficifci armatis non licebat. διὰ τῆς Ῥώμης igitur intelligendum fuerit *per agrum romanum;* nifi cum Reifkio malis διὰ h. l. *præter* exponere, *præter* vel *propter urbem*, id eft, *fub mœnibus urbis;* de qua vi præpofitionis διὰ confer Adnot. ad II. 68, 8.

Verf. 13. *Verf.* 13. κατὰ τὸν ὅρκον. Conf. cap. 61, 10. ὅρκον autem dant veteres libri omnes, & id ex Aug. accepit ed. 2. In folo Bav. ὅρον primum erat, fed ab eadem manu intra lineas fuperfcripta litera κ, cujus rationem nullam habens Obfopœus, ὅρον edidit; quod, ut operofe, fic fruftra defendit Reifkius. — *Ibid.* Ἀρίμινον. Rurfus h. l. libri omnes fcripti & editi Ἀρίμηνον. In folo Aug. ab alia manu correctum Ἀριμινὸν (fic) & eodem modo rurfus paulo poft.

Verf

Verf. 14. κατιστρατοπεδεύσας &c. Satis placeret Casauboni emendatio, nisi παραστρατοπεδεύειν τινὶ constanter aliàs *de hostibus* usurpatum a Polybio viderem, *castra castris collata habentibus.* Verf. 14.

CAPVT LXIX. Cap. LXIX.

Verf. 1. πόλιν. Mendose πάλιν ed. cum Bav. — *Ibid.* Κλαστίδιον. Κλαστάδιον dabant edd. cum msstis. Recte vero omnes in Κλαστίδιον consentiebant II. 34, 5. — *Ibid.* ἐνδόντος αὐτῷ edd. ex Bav. Perperam ἑαυτῷ Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Βρεντεσινοῦ. Sic corrigere Vrsinus jussit, quod proxime accedit ad corruptam codicum scripturam, quam tenuerunt ed. 1. 2. Βρεντησινοῦ ed. Casaub. & seqq. Confer ad II. 11, 17. De re conf. Liv. XXI. 49. Verf. 1.

Verf. 2. παραληφθέντας. παραλειφθέντας adfertur ex Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προῆγε recte omnes, quod nil opus erat ut in προσῆγε mutaret Scaliger. Verf. 2.

Verf. 3. τῆς σφετέρας. Temere & invitis msstis τοῦ τῆς σφετ. προαιρ. ed. 2. — *Ibid.* παρ' αὐτῷ. Mendose παρ' αὐτῶν Aug. — *Ibid.* τοὺς ὑπὸ τῶν καιρῶν καταλαμβ. Vulgatum ἀπὸ quo pacto defendi possit, non video. Verf. 3.

Verf. 4. ἐτίμησε μεγαλείως, *præmiis ornavit magnifice.* Sic τιμᾷν sæpe apud Xenophontem accipitur. μεγαλείως inde a Casaubono editur, qui a Bav. & Vrsino accepit. In Bav. tamen nonnisi intra lineas ponitur, cum in contextu sit μεγάλως, quod & Aug. habet & Reg. B. C. cum ed. 1. 2. Sed in μεγαλείως consentiunt Vat. Flor. Reg. A. — *Ibid.* ἐκκαλέσασθαι σπουδάζων &c. Citat hæc verba Suidas in Ἐκκαλεσ. ubi tamen perperam Ῥωμαίων pro Καρχηδονίων legitur. Verf. 4.

Verf. 7. πολλὴν περιβαλομένων λείαν. Sic recte Vat. Et parum abeunt Flor. Aug. Reg. A. in quibus est περιβαλλομένων. Perperam vulgo edebatur περιλαβομένων ex Bav. Verum jam viderat Gronovius, & cum ex usu Po- Verf. 7.

 lybii

lybii probavit, tum exemplis, a Suida collectis, in Περιβαλλόμενος & Περιεβάλοντο.

Verf. 8 fqq. *Verf.* 8. καὶ πάλαι. καὶ, vulgo omiffum errore primi editoris, adjeci ex msstorum confenfu. — *Ibid.* τοῦ πράττειν. πράττειν τι habes cap. 70, 10. & 60, 13. — *Verf.* 9. πέραν τοῦ Τρεβία. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrfin. Vulgo πέρα edd. ex Bav. — *Verf.* 10. τὸ γιγνόμενον Aug. Flor. Reg. A. puto & Vat. τὸ γενόμ. edd. ex Bav.

Verf. 11 fqq. *Verf.* 11. In ἐπαφῆκε confentiunt codd. omnes cum ed. 1. Temere ἀφῆκε ed. 2 & feqq. — *Verf.* 12. ἀπαράσκευος ὢν πρὸς τὸ κρίνειν τὰ ὅλα &c. Laudavit hanc fententiam Suidas in Φατέον. — *Verf.* 13. τοὺς παρ' αὐτοῦ, *fuos.* Tenere debebam, eadem fententia, τοὺς παρ' αὐτῶν, quod cum Flor. dat etiam Vat. Intelligitur Καρχηδονίων ex eo, quod præceffit ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων. conf. ad III. 9, 2. Sic mox cap. 70, 4. τὰ παρ' αὐτῶν στρατόπεδα.

Cap. LXX.

CAPVT LXX.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ὁ δὲ Τιβέριος &c. Expofitio *Pugnæ Romanorum cum Pœnis ad Trebiam* inferta eft Eclogis *Codicis* VRBINATIS, ab initio hujus cap. ufque ad cap. 75, 4. περὶ τὰς λοιπὰς παρασκευὰς διαφερόντως ἐγίγνοντο. Et in ora Codicis eft Titulus: Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων ἐν τῷ Τρεβίᾳ ποταμῷ. — *Ibid.* φιλοτίμως εἶχε &c. Citavit Suidas in Τὴν ταχίστην.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἀῤῥωστεῖν recte ed. Cafaub. & feqq. cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἀρωστεῖν ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav.

Verf. 4. *Verf.* 4. τὰ γὰρ στρατόπεδα. Sæpiffime confundi inter fe folent nexus fcripturæ, quibus defignantur particulæ δὲ & γάρ. Quare, fi neceffe effet, tenenda utique foret Cafauboni emendatio: fed ferri fortaffe defendique lectio codicum h. l. potuerat. — *Ibid.* τὰ παρ' αὐτῶν. Conf. ad cap. 69, 13. & ad III. 9, 2. Pro his autem verbis τὰ παρ' αὐτῶν, apud Suidam τὰ πράγματα legitur in

Χειμα-

Χειμασκήσαντα, nec tamen id ex Polybiano codice du- Verf. 1.
ctum putarim.

Ibid. ἐμμενεῖν correxit Casaub. cum ἐμμένειν darent ed. 1. 2. consentientibus msstis. Requiri autem videtur futurum, quoniam non solum præcessit γενήσεσθαι in futuro, sed & sequitur καινοτομήσειν. — *Ibid.* τῶν Καρχηδονίων ἀπραγούντων. Citat ex hoc loco verba nonnulla Suidas in Ἀπραγούντων. — *Ibid.* Verba ἀλλὰ καινοτ. τι πάλιν κατ᾽ ἐκείνων desunt ed. 1. & Bav. Sed habent ea Reg. B. C. cum ceteris.

Verf. 2. παρέξεσθαι χρείαν ἤλπιζε. παρέχεσθαι & ὑπελάμβανε habet Suidas in Χρεία. Verf. 2.

Verf. 6. ἐπὶ τῶν προκειμένων. — „Imo ὑποκειμένων." Verf. 6.
GRONOV. in ora sui libri. Sed nil opus est novare: imo multo commodior lectio codicum, in quam & Suidas consentit in hac ipsa voce Προκείμενον.

Verf. 7. δι᾽ αὐτοῦ. Sic editi omnes, & Reg. A. a pr. Verf. 7.
scriptura. δι᾽ αὑτοῦ Bav. Aug. Nescio quid ceteri. Apud Suidam in Ἐκλεγόμενος, ubi hinc citantur nonnulla, Küsterus δι᾽ αὑτοῦ habet, sed editio Mediolanensis δι᾽ αὐτοῦ.

Verf. 9. ἐπινοίας recte dederunt Vrb. Vat. Flor. Aug. Verf. 9.
Reg. A. — *Ibid.* ἀποχρήσασθαι. Probum & Polybianum verbum: nec morari nos debet Suidas, qui, cum verba hinc nonnulla proferat in Ἀκέραιος, simplex verbum χρήσασθαι habet. De vocab. ἀκεραίοις cf. ad I. 45, 2.

Verf. 10. ἀνασκήτοις. Imperite & invitis msstis ἀνάγκητοις ed. 1. Verf. 10.

Verf. 11. συνεχῶς καινοποιεῖν ἀεί. Caret ἀεὶ solus Aug. Verf. 11. 12.
Non autem abhorret a stylo Polybiano pheonasmus ille, συνεχῶς ἀεί. — *Verf.* 12. τοῦ Τιβερίου. Articulum, qui aberat vulgo, adjeci ex Vat. Flor. Aug. Reg. A.

CAPVT LXXI. Cap. LXXI.

Verf. 1. ἔχον ὀφρύν. Mendose ἔχων Vrb. Flor. ὀφρὺν Verf. 1.
revocavi ex ed. 1. & 2. quæ habent ex Bav. ὀφρῦν ed. Casaub. & sqq. sic vero & Aug. & Reg. A. — *Ibid.* πρὸς

τῷ καταστρατ. dederunt Vat. Flor. Reg. A. & cod. Vrſini: ſic & correxit pro ſuo more Scaliger. πρὸς τὸ καταστρ. Aug. cum Bav. Conf. ad I. 26, 3. — *Ibid.* Mendoſe καστρατηγεῖν ed. 1. & στρατηγεῖν abſque præpoſ. ed. 2. cum Aug.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὑπόπτως εἶχον. Mendoſe ὑπόπτους Vrb. Flor. Reg. A. — *Ibid.* τοῖς δ' ἐπιπέδοις. ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις Suidas in Ἀπεπίστευον. — *Ibid.* ἀπεπίστευον. Rarum utique verbum ἀποπιστεύω, pro πιστεύω vel καταπιστεύω, *fido, plane confido*, quod æque videri poſſet contrarium ſignificare, *diffido*, ut monuit ad h. l. Reiſkius; qui, donec certius quid conſtiterit, malle ſe ἐπεπίστευον ait. In eamdemque ſuſpicionem Vrſinus venerat, quamquam apud nullum græcum ſcriptorem, quod ſciam, verbum iſtud inveniatur. Præſens auxilium, ſi opus eſſet, ferret codex Flor. ſimplex verbum ἐπίστευον offerens: quod ſi vero compoſitum utique vellemus, in promtu erat κατεπίστευον ſuſpicari, frequentatum Polybio verbum, quod cap. ſuperiori vſ. 7. habuimus. Sed in ἀπεπίστευον non ſolum ceteri conſentiunt codices, verum & Suidas, ſub ipſo hoc vocabulo Ἀπεπίστευον, quod interpretatur ἤλπιζον. Rurſusque idem Suidas Ἀποπεπιστευκότες exponit εἰς πίστιν ἐλθόντες, θαῤῥήσαντες, ac in eam ſententiam ex neſcio quo ſcriptore verba nonnulla profert, de quibus interpretandis non deſperaſſet Küſterus, ſi meminiſſet frequentis erroris librariorum, literas α & ω confundentium: Ἤδη πάντα ἀναπεπτάκασι (ſic lege, pro vulgato ἀναπεπτώκασι) διὰ τὴν ὑποκειμένην ἑορτὴν, ἀποπεπιστευκότες τοῖς εἰσιοῦσι. Id eſt: *Iam omnia aperuerunt propter inſtans feſtum, plane fidentes introëuntibus.* Denique idem verbum eadem notione legi apud Ioſephum Antiq. Iudaic. lib. XV. cap. 7, (al. 11,) 6. monuit Erneſtus in Lexic. Polyb.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. παθεῖν τοὺς ἐνεδρεύσαντας. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Suidas in Πτερίνης. — *Ibid.* In πάντας conſentiunt libri omnes. πάντα in verſione expreſſit Caſaubonus. Sic REISKIVS ad hunc locum: „Forte πάντα, ſc. τὰ

τὰ γιγνόμενα, qui latent in insidiis, possunt omnia (quæ eveniunt) *prospicere.* — *Ibid.* ἐπιπροθήσεις. Conf. ad I. 47, 2.

Vers. 4. κάλαμοι καὶ πτέρεις. Sic Vrb, Vat. Flor. Aug. Reg. A. κάλαμοι καὶ πτέρις Suidas l. c. — *Ibid.* καὶ, ante κάλαμοι, cum editis & Reg. B. C. ac Bav. habet Var. sed carent conjunctione Vrb. Flor. Aug. Reg. A. & Suidas — *Ibid.* δύναται. δύνανται Suidas. — *Ibid.* Delebit æquus lector post προνοηθῇ incommodum distinctionis signum, quod ex superioribus editionibus in nostram irrepsit. Vers. 4.

Vers. 5. τῷ ἀδελφῷ. τἀδελφῷ Flor. Aug, Reg. A. — *Ibid.* συγκατατιθεμένων αὐτῷ πάντων ταῖς ἐπιβολαῖς. Durior utique constructio videtur, duplices dativi, αὐτῷ, & ταῖς ἐπιβολαῖς, ad unum verbum συγκατατιθεμένων relati: sed in vulgatam scripturam libri consentiunt omnes. Vers. 5.

Vers. 6. ἅμα τῷ δειπνοποιήσασθαι adscivi ex Flor. Mendose ἅμα τῷ δείπνῳ ποιήσασθαι Vat. Aug. Reg. A. sed in Reg. A. superscriptum δεῖπνον. ἅμα τῷ τὸ δεῖπνον ποιήσασθαι Bav. quod ferri poterat, sed ex librarii conjectura ortum putavi. Temere ἅμα τῷ δεῖπνον ποιήσασθαι edd. — *Ibid.* παιδομαθῆ. Vide Suidam hac voce. — *Ibid.* συνέστησε. Mendose συνανέστησε Reg. A. & Aug & hinc margo ed. 2. Vers. 6.

Vers. 7. σημηνάμενος, *notaverat sibi, designaverat, sigillatim selegerat.* Quod σημηνάμενον edidit Casaubonus, in eo Livium sequendum auctorem putavit, apud quem Hannibal Magonem jubet centenos viros deligere, XXI. 54. Vers. 7.

Vers. 8. παρήγγειλε primus edidit Hervag. nescio casune, an consilio. Sic autem est in Vat. & eodem modo dare debuit Vrb. qui id in παρήγγηλε corrupit. παρήγγελε ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Flor. παρήγγελλε Aug. Reg. A. — *Ibid.* δέκα τοὺς εὐρωστ. Latere δέκα in δὲ καὶ, quod dant libri, monuerat jam Reiskius. Conf. ad I. 85, 3. Cum vero δὲ ignorarent editi, Gronovius scribere jusserat παρήγγειλε καὶ θ'. τοὺς ἀνδρωδ. id est, *edixit præterea* Vers. 8.

terea ut quisque novem fortissimos deligeret: cui conjecturæ speciem conciliat id, quod vers. seq. legimus, ἱππεῖς χιλίους.

Vers. 9. *Vers.* 9. τούτους μὲν ὄντας ἱππεῖς. Sic recte Casaub. cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. μὲν ὄντας caret ed. 1. cum Bav. μὲν habet ed. 2. sed caret ὄντας. — *Ibid.* ἱππεῖς χιλίους. Exacte si dicere voluisset, ἑκατὸν καὶ χιλίους scripsisset: & ita legendum putavit Reiskius. Et Livius quidem pariter nonnisi *mille* nunc nominat; sed paulo ante *novenos*, non *denos*, electos a singulis ait.

Vers. 10. *Vers.* 10. ὄντας Φερενάκους &c. Citavit Suidas in Φερενάκους. — *Ibid.* τοῖς ἀνδραγαθήσασι. Conf. ad I. 45, 3. — *Ibid.* προσέταξε πελάσαντας τῷ τῶν ἐναντ. χαρ. κατὰ σπουδὴν ἐπιδιαβαίνειν τὸν ποταμόν. — πελάσαντας monente Vrsino correxit Casaub. Perperam πελάσαντα ed. 1. 2. cum msstis. Ceterum alia præterea dubitatio super eodem verbo oborta olim Casaubono erat, ut refert Mericus ex ora Basileensi. Scilicet mirum ὕστερον πρότερον hoc visum illi erat, quod *primum adpropinquare castris hostium* jubet, *deinde fluvium trajicere.* Itaque statim suspicatus erat, πελάσοντας in futuro, non πελάσαντας in aoristo, esse legendum: deinde vero, idem incommodum alia ratione levaturus, verbo ἐπιδιαβαίνειν singularem quamdam significationem tribuit, totumque locum latine sic expressit: *prope hostium castra accedere imperat, & statim amnem Trebiam iterum transire, ubi jaculando adversarios ad pugnam elicuissent.* Mericus, istam notionem *iterum transeundi* temere & precario tributam verbo ἐπιδιαβαίνειν intelligens, & tamen quoquo modo levandam illam ὑστέρου προτέρου suspicionem ratus, aliam rursus rationem inivit, & aoristum primum in significatione futuri temporis h. l. accipiendum contendit; veram ceteroquin de stylo Polybiano admonitionem (de qua nos ad II, 64, 5. diximus) ex patris Casauboni schedis alieno loco proferens. Mihi, iterum iterumque rem reputanti, uterque vir doctus, & pater & filius, nodum in scirpo quæsisse videntur. Nam, quod primum *adpro-*

adpropinquare ad castra Romanorum, deinde etiam *flumen trajicere* suos jubet Hannibal; id ipsum indicio est, *proxime fluvium sita castra fuisse*: atque id si ita fuisse statuimus, evanescit omnis difficultas. Ceterum vere Mericus Casaubonus monuit, sicut aliàs compositis verbis pro simplicibus uti Polybius amat, sic ἐπιδιαβαίνειν pro simplici διαβαίνειν h. l. accipiendum fuisse. Ac certe eodem modo IV. 64, 9. idem verbum usurpatum videmus. Et, si qua vis peculiaris inest præpositioni ἐπὶ, erit ea hæc, ut vel *insuper*, *adhæc*, *deinde etiam*, denotet; vel ut ἐπιδιαβαίνειν (quemadmodum Reiskius monuit) idem sit ac ἐπὶ τοὺς πολεμίους διαβαίνειν, quam observationem firmat id quod III. 14, 8. legimus, ἐπιδιαβάντες ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Quare non recte factum intelligo, quod Casauboni versionem h. l. tenui, quam tali modo reformatam velim: *prope hostium castra accedere jubet, & raptim trajicere amnem, jaculandoque ad pugnam elicere adversarios.* — *Ibid.* βουλόμενος ἀναρίστους &c. Habet Suidas in Ἀνάριστος. Verf. 10.

CAPVT LXXII.

Cap. LXXII.

Verf. 1. αὐτὴν τὴν ἵππον, *solum equitatum.* αὐτὴν caret ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Verf. 1.

Verf. 2. ἐκ τοῦ χάρακος. Sic ed. 1. 3. & seqq. consentientibus codd. omnibus, excepto Aug. in quo mendose pro ἐκ τοῦ est ἑκάστου, quod imperite adscitum in ed. 2. In Reg. A. etiam scriptum primo ἑκάστου erat, sed mox ab eadem manu correctum ἐκ τοῦ. — *Ibid.* τῷ γεγονότι revocavi ex edit. 1. cum qua consentiunt codices omnes, uno rursus Aug. excepto, qui habet προγεγονότι, quod inde in ed. 2. & sequentes est receptum. Commodius autem utique videtur h. l. simplex verbum, quoniam sequitur τῇ προτεραίᾳ. Verf. 2.

Verf. 3. σχεδὸν ὡς εἰπεῖν. ὡς εἰπεῖν σχεδὸν ἁπάντων solus Aug. — *Ibid.* περὶ τὸ πλῆθος ἦν. Abest ἦν ab Vrb. Flor. Aug. In Reg. A. intra lineas adjectum a prima manu. Verf. 3.

Verf.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *προσαναβεβηκότος τοῦ ῥεύματος.* Haud dubie hoc rectum eſt, quod ex Bav. eſt editum. Sic eſt in Reg. A. correctum inter lineas a prima manu. Ferri poſſe *τῷ ῥεύματι* putaverat Reiſkius, intelligendo *τοῦ Τρεβία* ad *προσαναβεβηκότος*, quod tamen durum utique fuerit. Videtur potius illa ſcriptura ex paradiorthoſi orta & ex male ſedula diligentia hominis, qui verbum *προσαναβεβηκότος* perperam intellexerat *ſurſum adſcendit juxta flumen.*

Ibid. μαστῶν. μαθῶν Vat. cum aliis, ut paſſim aliâs. — *Ibid. διέβαινον* recte Caſaub. & ſeqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. *διέμαινον* Vrb. *διέμενον* ed. 1. 2. ex Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡμέρας.* Sic edd. ex Bav. Sed ſcribendum utique *ὡς ἂν ἤδη καὶ τῆς ἡμέρας* cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrſini.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *κατὰ τὰς σκηνάς.* Terminatio præpoſitionis *κατὰ* interceperat articulum. — *Ibid. πεπωκότες* Vat. Aug. Reg. A. — *Ibid. ἠτοιμακότες* Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. Perperam *ἑτοιμακότες* edd. ex Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *διαβεβηκότας τοὺς Ῥωμ.* Seriem verborum reſtitui ex msstis. Temere *τοὺς Ῥωμ. διαβεβ.* edd. — *Ibid. προβαλόμενος ἐφεδρείαν τοὺς λογχοφόρους καὶ Βαλιαρεῖς, præire juſſis, præſidii cauſa, jaculatoribus & funditoribus.* Solent aliâs in acie *ἐφεδρείας τάξιν ἔχειν* dici illi, qui *in ſubſidiis a tergo aliorum* ſunt locati. Sed, ſicut *ἐφεδρεία* etiam *ſtatio* eſt *pro caſtris*, (I. 17, 11. III. 69, 10 &c.) & *ἐφεδρεύειν* generatim notat *præſidio eſſe alicui*, ſic nihil magnopere impedit, quo minus etiam hi, qui ante ſigna locantur, *præſidio eſſe ſequentibus* dici poſſint; quod etiam monuit Guiſchardt in Memoires Militaires T. I. cap. 6. p. 107 ſq. edit. in 8vo. Sed accedit etiam alia maxime ratio, cur *ἐφεδρείαν* dicat hanc levem armaturam; ſcilicet, quoniam hi, mox poſt commiſſum prælium recedentes, & per intervalla manipulorum recepti, poſt reliquam aciem ſe conferebant, & ibi revera *in ſubſidiis* ſtabant. conf. cap. 73, 6 ſq. *προβαλόμενος*, editum ex Bavarico, confirmat Vat. & Reg. A. In Vat. quidem intra

lineas

lineas sic correctum a prima manu, in contextu mendose προλαβόμενος. προβαλλόμενος Flor. Aug.

Ibid. εἰς ὀκτακισχιλίους. εἰς ἑξακισχιλ. edit. 1. cum solo Bav. Ceteri omnes atque etiam Reg. B. C. in ὀκτακισχ. consentiunt. Sic & Liv. XXI. 55.

Vers. 9. δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο. Imperfectum προεβάλλετο adscivi ex Aug. Reg. A. Vulgo alii προεβάλετο. De vi, quam habet h. l. praepositio διὰ, dixi ad II. 68, 8. *per, praeter, secundum utrumque cornu in tota latitudine;* gallice, *tout le long des deux ailes.* Vers. 9.

Vers. 11. In μυρίους ἑξακισχιλίους libri Polybiani consentiunt omnes. Sed *duodeviginti* habet Liv. XXI. 55. Vers. 11.

Vers. 13. ἐφ' ἑκάτερον. Sic jam ante Casaubonum in ed. 2. emendatum erat: recte vero & necessario. Norunt autem qui in tractandis codicibus graecis versati sunt, quam sibi similes sint, adeoque facile confundi possint vocales ο & υ, literae sequenti connexae. Vers. 13.

CAPVT LXXIII.

Cap. LXXIII.

Vers. 1. συνεπλάκησαν recte editum ex Bav. Mendose ac varie ceteri codices, συνεπλέκησαν, συνεπλέκεισαν, συνεπλήκεισαν. — *Vers.* 2. ὑπερδέξιον συνέβαινε γίγνεσθαι. Hanc seriem verborum, familiarem Polybio, revocavi ex Bav. unde tenuit ed. 1. & Reg. B. C. Ceteri ὑπερδεξ. γιγν. συνεβ. quod ex Aug. accepit ed. 2. & seqq. Vers. 1. 2.

Vers. 3. ἅτε δὴ recte rursus ex Bav. editum. Mendose χρείαν ἀτελῆ ceteri omnes, Vrb. Vat. Flor. &c. — *Ibid.* προεμένων. Temere & invitis msstis πολέμων ed. 1. 2. — *Ibid.* καταλειπομένων. Enotatum hoc ex Flor. Aug. Reg. A. & sic corrigere jussit Reiskius. Vulgo καταλιπομένων. — *Ibid.* διὰ τὴν συνέχειαν τῆς νοτίδος. *Tela jaculatorum humiditate corrupta* ait: puta, quod & pinnae & amenta rigorem elateremque amiserant. Livius XXXVII. 41. *humor jaculorum amenta emollierat.* Vers. 3.

Vers. 6. ἀπ' ἀμφοῖν. ἐπ' ἀμφοῖν Reg. C. quod ex librarii ingenio est. Satis proba vulgata. — *Ibid.* καὶ τῶν Vers. 6.

ἵππων.

Verf. 6. ἵππων. Expresserat hoc in versione Casaubonus; & sic in græcis corrigendum uno consensu monuerunt Scaliger, Gronovius, Reiskius. Eadem vocabula confusa iter se a librariis habes cap. 74, 11. — *Ibid.* ἀκεραιότητα. Imperite ἀκεραιότατον ed. 1. 2. ex perperam accepto scripturæ compendio.

Cap. LXXIV.

CAPVT LXXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας Νομάδων. Cum Reiskio malim ἐκ τῆς ἐνέδρας τῶν Νομάδων. — *Ibid.* περὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων. τῶν carent ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἐτράπησαν restituti ex ed. 1. cum qua præter Bav. faciunt Vrb. Vat. & Flor. ἀνετράπησαν Reg. A. & Aug. quod inde in ed. 2 & seqq. transiit.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἀπώλλυντο recte dederunt Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendose ἀπώλλοντο ed. 1. 2. & Reg. B. C. ex Bav. quod in ἀπώλοντο mutavit Casaub.

Verf. 8. *Verf.* 8 πρὸς τὸ προειρημένον σύστημα. Sic ed. 2. cum Aug. & Reg. A. puto & cum Vat. προειρημένων ed. Casaub. & seqq. errore operarum propagato. πρὸς τὸ εἰρημένον σύστημα ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Flor.

Verf. 9. 11. *Verf.* 9. κατεδίωξαν correxi, monente Casaub. in ora Basil. & Reiskio. Sic autem & perspicue dedit Aug. quod (ut multa alia) adnotare neglexit Boeclerus. Ceteri vulgo κατεδίωξαν. — *Verf.* 11. τῆς ἐπιγενομένης. τῆς ἐπιγιγνόμ. Aug. τῆς ἐπιγινομ. Flor. Reg. A.

Cap. LXXV.

CAPVT LXXV.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἀπαγγέλλοντας ex msstis restitui. Mendose vulgo ac temere ἐπαγγέλλοντας edd.

Verf. 4. *Verf.* 4. προσφυλακὰς uno verbo dederunt Aug. & Reg. A. Vulgo divisis vocibus dabant editi cum ceteris codicibus. Mendose utrumque. Haud dubie corrigendum προφυλακὰς, quod agnoscunt omnes V. 3, 2. V. 95, 5. Eamdem vim habet vocab. παραφυλακή.

Verf.

Verſ. 5. Γάϊος Φλαμίνιος. *C. Flaminius*. idem qui jam anno DXXXI. conſulatum geſſerat, cui recte *Caii* prænomen tribuerunt codices omnes II, 32, 1. & jam ante II. 21, 4. Prænomen h. l. in latina verſione jam correxerat Caſaub. Conf. ad III. 77, 1. Verſ. 5.

Verſ. 7. πελτοφόρους codices dedere omnes, ut III. 43, 2. Temere h. l. πελταφόρους ed. 1. & inde Reg. B. C. & poſteriores editiones. Verſ. 7.

Verſ. 8. Τότε γὰρ εἰσι φοβερώτατοι Ῥωμ. &c. Sententiam hanc codex Vrbinas, ut ſolet, oræ libri inſcriptam habet. Verſ. 8.

CAPVT LXXVI.

Cap. LXXVI.

Verſ. 1. καταλειφθείς. Mendoſe καταληφθ. Reg. A. Aug. & inde ed. 2. — *Ibid.* ἀπὸ τῶν τοῦ Ῥοδ. στομ. ἀπὸ ex marg. ed. 2. adſcivit Caſaub. idque firmant Aug. Vat. Flor. Reg. A. Mendoſe ὑπὸ Bav. & inde ed. 1. 2. Reg. B. C. — *Ibid.* Ἐμπορεῖον editum eſt ex Bav. & conſentiunt Aug. & Reg. A. Sic & debuit Vat. ubi Ἐμπορίον. Verſ. 1.

Verſ. 3. προσκεχωρ. Perperam προκεχωρ. Aug. Reg. A. Flor. — *Ibid.* παραθαλασσίων. παραθαλαττίων iidem Aug. Reg. A. Flor. — *Ibid.* εἰς τὴν μεσόγαιον. Sic recte Vat. Flor. Aug. Reg. A. cf. vſ. 7. Temere & invitis omnibus codicibus εἰς omiſit ed. 1. & hinc Reg. B. C. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἃς μέν. Sic & Vat. cum ceteris, excepto Flor. Oportebat autem puto vel ἃς μὲν - - ἃς δὲ, vel τὰς μὲν - - τὰς δέ. — *Ibid.* προσήγετο. Temere προηγ. ed. 1. 2. Reg. C. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς. — „id eſt αὐτῷ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ Ῥωμαίοις." REISKIVS. — Conf. ad cap. 77, 5. & 82, 7. Plura ejuſdem generis exempla ad h. l. congeſſit Reiſkius. Verſ. 5.

Ibid. Κίσσαν. *Sciſſis* vel *Sciſſum* apud Liv. XXI. 60. — *Ibid.* μὲν ἐγένετο χρημ. ἐγκρ. Sic edd. ex Bav. ἐγένετο caret Aug. μὲν χρημάτων ἐγένετο ἐγκρ. dant Flor. & Reg. A.

Verf. 6. *Verſ.* 6. πάντας δὲ τοὺς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ συμμάχους ἐποιήσατο. Sic mssti omnes & editi ante Caſaubonum, qui ad hunc locum hæc notavit in ora Baſil. — „Nullum dubium, de populis *cis Iberum* loqui, quod & Livius oſtendit. Quare ἐκτὸς ſcribendum." — Scilicet quoniam aliàs Polybius *ulteriorem Hiſpaniam* τὴν ἐντὸς Ἴβηρος adpellare conſuevit; (vide Adnot. ad III. 14, 2. & confer hoc cap. verſ. 11.) nunc, ubi manifeſte de *citeriore* (reſpectu Romæ) agitur, ἐκτὸς ſcriptum oportuiſſe putavit Caſaubonus. In quo vereor, ne egregie falſus ſit vir doctus. Nam ſicut, ubi de Pœnis loquitur Polybius, quibus ſedes imperii Carthago Nova erat, ἐντὸς Ἴβηρος eam Hiſpaniæ partem dicit, quæ eſt inter Iberum & Oceanum; ſic ubi de Romanis loquitur, ex Italia advenientibus, & Tarracone & ad Emporias ſedes habentibus rerum ſuarum, recte rurſus hanc partem ἐντὸς Ἴβηρος dicit, quæ reſpectu Pœnorum ἐκτὸς eſt. Sic rurſus οἱ ἐντὸς Ἴβηρες, ubi de Hannibale agitur, IV. 28, 1. eſt *Hiſpania ulterior;* ſed ubi de Romanis, X. 7, 3. eſt *citerior.*

Ibid. ζωγρείᾳ. ζωγρίᾳ Scalig. — *Ibid.* Ἀνδοβάλην. Conſtanter hoc nomine regulum iſtum adpellat, quem romani ſcriptores *Indibilem* vocare conſueverunt.

Verf. 7. *Verſ.* 7. τὴν μεσόγαιον. Sic Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. qui certe & paulo ante (verſ. 3.) & alibi ita habet. — *Ibid.* τοῖς Καρχηδον. Deeſt artic. Aug. & Reg. A.

Verf. 9. *Verſ.* 9. ἀπολελειμμένους, τοὺς ἀπὸ &c. Reſtitui hoc ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. quibuſcum facit & Vrſini codex; ſed minus recte τοὺς ἀπολελειμμ. ſuſpicatus erat Vrſinus. οἱ ἀπὸ τοῦ στόλου ſunt *claſſiarii; claſſici milites navaleſque ſocii*, ut ait Liv. XXI. 61. Hi Tarracone erant *relicti*, ἀπολελειμμένοι.

Verf. 10. *Verſ.* 10. Tria verba, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ignorant veteres libri omnes & ed. 1. 2. Adjecit Caſaubonus ex Reg. B. & habet etiam Reg. C. nec tamen (puto) ex alio vetuſto libro græco, ſed ex Perotti antiqua verſione, qui ipſe ex Livio ſumſit. Haud dubie vero Livius ex integriore Polybii

Polybii codice hæc olim acceperat. — *Ibid.* ἐσκεδασμένους recte edd. ex Bav. Mendose ἐσκευασμένους Vat. Flor. Aug. Reg. A. sed in hoc superscripta vera lectio. — *Ibid.* κατὰ τῆς χώρας. Vide ad III. 19, 7.

Verſ. 11. διαβὰς αὖθις τὸν Ἴβηρα. διαβ. αὖθις εἰς τὸν Ἴβηρα edd. & mssti. Conf. ad III. 64, 1. Delevi importunam præpositionem cum Reiskio. Et in Aug. aberat primum, sed mox ab eadem manu inter lineas est adscripta. — *Ibid.* τῶν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ τόπων. Nunc, ubi de Pœnis agitur, οἱ ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ τόποι sunt in *ulteriore* Hispania. Vide quæ paulo ante monui ad vſ. 6. Verſ. 11.

Verſ. 12. κατὰ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐθισμοὺς κολάσας. Stationem deseruisse, aut omnino de præsidio fuga decessisse, capitale erat apud Romanos; ut docet Noster I. 17, 11. conf. VI. 37 sq. στρατιάν. στρατείαν Aug. Reg. A. — *Ibid.* Ταῤῥάκωνι. Ταρακῶνι Aug. Ταράκωνι Reg. A. Verſ. 12.

CAPVT LXXVII. Cap. LXXVII.

Verſ. 1. Γάϊος μὲν Φλαμίν. Rursus Γνάϊος dabant ante Gronovium omnes. Vide ad cap. 75, 5. — *Ibid.* διὰ Τυῤῥηνίας. Sic ed. 1. cum codd. omnibus, excepto Aug. qui τῆς adjecit, unde receptus articulus in ed. 2 & seqq. — *Ibid.* κατεστρατοπέδευσε διὰ τῆς τῶν Ἀῤῥητίνων πόλεως. *Castra posuit* a n t e vel j u x t a *Arretium, secundum longitudinem urbis.* Vide ad II. 68, 8. & ad III. 68, 12. Pro διὰ usurpat πρὸ cap. 80, 1. Ἀῤῥητίνων correxit Casaub. Ἀρητίνων ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Ἀργητίνων b. I. Flor. Aug. Reg. A. Sed vide cap. 80, 1. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐπ' Ἀριμίνου. Correxi, ut alias. ἐπ' Ἀριμήνου edd. ex Bav. Pejus etiam ἐπὶ ῥιμήνου Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 3. τὰ μέτρια τῶν ἐπιτηδείων διδούς. Conf. ad I. 18, 11. Verſ. 2. 3.

Verſ. 5. τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. πρὸς αὐτοὺς edd. Sic nempe primum fuerat in Bav. sed & ibi mutatum in αὐτόν. Et ferri quidem pot- Verſ. 5.

erat αὐτοὺς in plurali, ut cap. 76, 5. & 82, 7. & ſæpe aliâs) niſi commodius nunc dediſſent codices.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν. τήν τε χώραν καὶ τὰς πόλεις Suidas in Ἀνασώσων. Idem ibid. mendoſe ἀπὸ Ῥωμαίων pro ὑπό. (Nam ὑπὸ ex Polybio, non ex Suidæ codicibus, correxiſſe videtur Küſterus.) Rurſusque idem Suidas ex corrupto Polybiano codice τυγχάνουσιν ἀνασώσων. In probam ſcripturam, τυγχάνουσι συνανασώσων codices noſtri conſentiunt.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. δ᾽ ἀπαλλοτριοῦν. Temere & invitis vetuſtis codicibus δ᾽ ἀλλοτριοῦν ed. 1. Reg. B. C.

Ibid. τοὺς δοκοῦντας πόλεσιν ἢ λιμέσιν ἠλαττοῦσθαί τι, *qui aut oppidis, aut portubus detrimentum aliquod cepiſſe ſibi viderentur.* Vix ſanum videri vocabulum λιμέσιν, *portubus,* privatim me monuit Heynius, vir doctiſſimus. Perſpecte ſane. Nam quos *portus* Gallis ademerint Romani, difficile dictu fuerit: & omnino de portubus in mediterranea regione, de qua hic agitur, ne cogitari quidem poteſt. τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν dixerat paulo ante (verſ. 6.) pro eo, quod hic legitur πόλεσιν καὶ λιμέσιν. Et ita res habet: *oppidis & agris,* non *portubus,* Gallos multarunt Romani. Agris autem illi Galli non tam ad colendam terram, quam ad paſcua potiſſimum, utebantur. Nam licet agros etiam colerent, (II. 17, 10.) tamen non multum utique vocabant huic operi: carnibus potiſſimum veſcebantur, in gregibus divitias quærebant, rem pecuariam faciebant, ut ibidem docet Polybius, II. 17, 10 ſq. Quod ergo maxime nunc dolebant, hoc erat, quod *paſcuis* illis & *pinguibus pratis,* λειμῶσι, quibus florebant circumpadanæ regiones, multati a Romanis eſſent. Vide ergo, quandoquidem codices nihil ſubſidii præſtant, an ex conjectura λειμῶσι pro λιμέσι reponendum videatur. Nam de Arimino, Sena, aut aliis oræ maris Adriatici locis, quæ Senonibus Gallis olim fuere ademta, non cogitandum h. l. videtur.

CAPVT

CAPVT LXXVIII.

Verſ. 1. καὶ Φοινικικῷ. καὶ caret ed. 1. cum Bav. Φοινικῷ ſcribit Aug. Cap. LXXVIII. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἀγωνιῶν γὰρ &c. Citat Suidas in Ἀγωνιῶν & in Ἀθεσία. — *Ibid.* περιθέτας τρίχας. Temere Scaligero obtemperavi, περιθέτας penacute ſcribere jubenti. Repone περιθετάς, cum accentu in ultima, ut habent ſuperiores editiones, conſentientibus msstis & Suida in Ἐπιπρεπείαις. περίθετος generis communis eſt, περίθετος κόμη, περίθετοι τρίχες. περιθετὸς fœmininum περιθετὴ format. Eodem modo verſ. 3. reſcribe περιθεταῖς, pro περιθέταις. Recte autem Caſaubonus ταῖς ἐπιπρεπείαις *formis* vertit: nam quod Suidas interpretatur στολαῖς εὐπρεπέσι, nihili eſt. ἐπιπρέπεια eſt *decor, forma, ſpecies, habitus vultus & univerſi corporis.* Verſ. 2.

Verſ. 5. τὸ δὲ πλεῖον dederunt Flor. Aug. Reg. A. (Ex Vat. nil notatur.) Viciſſim II. 45, 1. Flor. τὸ δὲ πλεῖστον pro τὸ δὲ πλεῖον habet. Verſ. 5.

Verſ. 6. δοκούντων ἐμπειρεῖν. Sic recte editum ex Bav. Nec ulla varietas enotata ex Vat. Sed ἐμπείρειν Aug. Reg. A. ἐμπείρων Flor. Reg. B. & ſic ex ingenio ſcribere juſſit Vrſinus. Atqui ad ἐμπείρων neceſſario requirebatur infinitivus εἶναι, ut monuit etiam Caſaub. in ora Baſileenſi. ἐμπειρεῖν vero probum eſt & Polybianum verbum, quod recurrit VIII. 17, 4. Verſ. 6.

Verſ. 7. οἰκεῖος ὢν τῇ φύσει τούτου τοῦ μέρους. In τούτου τοῦ μέρους cum ed. 1. & 2. conſentiunt ſcripti libri omnes, a quibus temere diſceſſit Caſaub. Cum οἰκεῖον darent libri, οἰκεῖος legendum monuit Gronovius; quod ego tenens, participium inſuper ὢν adjiciendum putavi, quod & grammatica ratio deſiderare videbatur, & haud procul abeſt a ſcripturæ veſtigiis, ut οἰκεῖος ὢν, feſtinante librarii calamo, in οἰκεῖον contractum ſtatuamus. οἰκεῖος τούτου τοῦ μέρους, *pronus in hanc partem.* conf. IV. 57, 4. IV. 87, 3. XIV. 9, 5. Verſ. 7.

CAPVT LXXIX.

Cap. LXXIX. Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐπιμελῶς ἐξητακώς. Sic cum ed. 1. dant codd. omnes, excepto Aug. e quo ἐξητακὼς ἐπιμελῶς receptum eſt in ed. 2. & ſeqq. — *Ibid.* τῆς σφετ. δυν. Caret σφετέρας Aug. — *Ibid.* συγκαταμίξας αὐτοῖς τὴν ἀποσκευὴν &c. Citavit hæc Suidas in Ἀποσκευὴ, ubi pro συγκαταμίξας habet συνέταξε.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀπέλιπε. ἀπέλειπε Aug. Reg. A. — *Ibid.* Μάγωνα. Mendoſe Μάρωνα Vat. Flor. Aug. Reg. A. Viciſſim iidem γ pro ρ poſuerunt in Ἀῤῥητίνων, cap. 77, 1. — *Ibid.* μαλακίας. Excerpſit hinc nonnulla Suidas hac voce, ſed mutatis pauliſper verbis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τεταραγμένων reſtitui ex ed. 1. & msstis, qui in hoc conſentiunt, excepto Aug. e quo διατεταραγμ. in ed. 2 & ſeqq. tranſiit.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ὡς ἂν ἑξῆς. Perperam ἕως ἂν ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Correxit Caſaub. & verum dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrſini.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πίπτοντα deeſt Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἀπώλλυντο Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendoſe ἀπώλλοντο ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Hinc ἀπώλοντο ed. Caſaub. & ſeqq. prorſus ut cap. 74, 3. & c. 84, 5.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. — „Poſt σορηδὸν videtur aliquid deeſſe, e. c. συνηγμένων, *congeſtis.*" REISK.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῆς διὰ τῶν π η λ ῶ ν πορείας. Reſtitui auctori ſuum, quod libri omnes agnoſcunt. Cum pro πηλῶν in ed. 2. operarum errore πελῶν eſſet expreſſum, Caſaubonus, editionem primam ad manus non habens (quam ne umquam quidem oculis vidiſſe videtur) & codices non inſpiciens, ſua auctoritate id in ἑλῶν mutavit, quod tenuere poſteriores editores.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ὑ π ε ρ α λ γ ὴ ς miro conſenſu dant codices Polybiani & Suidas. In codice Bavarico, quo exemplari uſus eſt Obſopœus, cum initio lineæ ſtaret vox ὑπεραλγὴς, litera initialis υ maſcula minio picta eſt in margine & in longitudinem (ut ſolent in illo codice literæ majuſculæ

ſculæ) diducta. Ea litera quo pertineret non videns Obſopœus, prorſus eamdem neglexit; & nexum literarum *ερ* pro *αρ* accipiens, inauditum Græcis vocabulum *παραλγὴς* effinxit. Id cum repetitum eſſet in editione Baſileenſi, Scaliger in ora ſui exempli in *περιαλγὴς* ex conjectura mutavit: quam conjecturam Scaligeri in contextum recepit Caſaubonus, & tenuerunt ſequentes editores. Nos librorum reſtituimus ſcripturam. — *Ibid.* *καταμονὴν ἢ θεραπείαν.* Sic editum ex Bav. qui in contextu hoc habet. Sed ibidem in ora notatur, *γρ'. οὐδὲ θεραπείαν.* Atque hoc dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod reſtitui fortaſſe Polybio debuerat. Verſ. 12.

CAPVT LXXX.

Cap. LXXX.

Verſ. 1. *Διαπεράσας δὲ παραδόξως* &c. Habet hæc *Codex* VRBINAS, uſque ad verba *ὑπὲρ τῆς Ἰταλιωτῶν ἐλευθερίας.* cap. 85, 4. In ora autem Argumentum hujus Eclogæ his verbis deſignatur: *Ὁδοιπορία Ἀννίβου, καὶ πόλεμος μετὰ Ῥωμαίων ἐν τῷ αὐλῶνι.* Verſ. 1.

Ibid. *πρὸ τῆς τῶν Ἀῤῥητίνων πόλεως.* Conf. cap. 77, 1. *Ἀρητίνων* ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Sed in *Ἀῤῥητίνων*, quod edidit Caſaubonus, conſentiunt h. l. Vrb. Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat.

Verſ. 3. Commodius eſt *γέμειν* ob ſequens *εἶναι*, & in id cum aliis conſentit Vat. atque Vrb. in quo tamen corrupte *γέμην.* *γέμουσαν* cum Flor. habent Reg. B. C. — *Ibid.* *τόν τε Φλαμίνιον* &c. Citat Suidas in *Φλαμίνιος*, in *Δημαγωγὸς*, & in *Ὀχλοκόπος.* Verſ. 3.

Verſ. 4. *τὴν ἐκείνου στρατοπεδείαν.* Reſtitui hoc ex ed. 1. quæ habet ex Bav. Et ſic inter lineas ſcriptum in Reg. A. nec tamen a prima manu. *ἐκείνων* ex Aug. receptum in ed. 2. & ſeqq. & conſentiunt Vat. Flor. & Reg. A. in contextu. Neſcio an & Vrb. — *Ibid.* *καθέντος.* Vide ad cap. 48, 4 — *Ibid.* *ἀγωνιῶν* recte dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et Vrb. levi menda *ἀγονιῶν.* Perperam *ἀγανακτῶν* edd. & Reg. B. C. ex Bav. quod & inter li- Verſ. 4.

neas habet Reg. A. — *Ibid.* δι' αὐτοῦ. δι' αὐτοῦ solus Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πολλοὺς αὐτὸν ex Reg. B. (monente etiam Vrſino & Scaligero) recepit Caſaub. Habet autem ſic Flor. itemque Vat. ſed hic quidem ex emendatione, nam a prima manu αὐτῶν ſcripſerat, quod & ex Bav. expreſſerunt ed. 1. 2. Mihi utique αὐτῶν ex αὐτῷ corruptum videtur, & hanc veram equidem putem auctoris ſcripturam. — *Ibid.* In πάντα cum ed. 1. 2. conſentiunt codices omnes; nec ſatis cauſæ erat, cur ab hac lectione diſcederetur.

Cap. LXXXI.

CAPVT LXXXI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τετύφωται, *ſtolidus eſt.* τετύφλωται ſuſpicatus erat Caſaub. ut ex ora Baſil. docuit Mericus, & ex verſione intelligebatur, *cæca mentis caligine laborat.* Fruſtra. Imo Τετυφῶσθαι idem ſonat ac μεμηνέναι, ut docet Heſychius & Suidas. Et Τέτυφωμαι, ait Harpocration, & ex eo rurſus Suidas, ἀντὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι, ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα. &c. Demoſtheni inprimis frequentatum verbum eſſe, monuit Erneſtus in Lexic. Polyb. Loca abunde ſubminiſtrat Index Reiſkianus in Demoſth. Et multa jam congeſſerat Raphelius ad 1 Tim. 6, 4.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. δοξάζων ἑαυτὸν &c. Laudat Suidas in Δόξαν. — *Verſ.* 5. οὐχ οἷον προσεῖχε &c. Citat idem in Οὐχ οἷον.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. διὰ τὴν πρὸς τὰ τῶν ἀφροδισίων ὁρμήν. τὰ τῶν ἀφροδισίων, pro τὰ ἀφροδίσια, ſimiliter dictum putavi, ut τὰ τῆς τύχης & τὰ τοῦ βίου III. 5, 7. pro ἡ τύχη, ὁ βίος, & alia hujuſmodi. Certe vulgatæ lectionis nullo pacto ratio conſtat. Simpliciter διὰ τὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια ὁρμὴν ſuſpicatus erat Reiſkius. Idem mox, pro ἐν τούτοις, ἐπὶ τούτοις maluerat.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. βλακεία. βλακία Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. κενοδοξία. Mendoſe καινοδοξία dant iidem codices. — *Ibid.* τύφος. τῦφος iidem & Vat.

Verſ.

Verf. 10. προσιέναι τοῖς ὑπεναντίοις, *adgredi hostes.* Sic correxit Casaub. Mendose ante eum omnes προϊέναι. Verf. 10.

Verf. 11. ἀφέλῃ. ἐφέλκῃ Reg. A. & Aug. & hinc margo ed. 2. — *Ibid.* προεστῶτα ἐν πολέμῳ recte editum est ex Bav. Mendose προεστῶτα πόλεμον Vrb. Vat. &c. Reiskius suspicatus erat, ἐμπολέμου δυνάμεως. Posses eodem jure conjicere πολεμίου δυνάμεως. — *Ibid.* χειρώσηταί τις. Temere τις abest ed. 1. — *Ibid.* αὐτανδρί. αὐτανδρεὶ Vrb. Reg. A. — *Ibid.* γίγνεται scripsi cum Aug. ut alibi. γίνεται edd. cum Bav. Reg. A. ἐκγίνεται, *contingit, effici potest*, suspicatus erat Reiskius. Et habet id verbum hac notione Polybius III. 108, 9. Si probum simplex verbum, eodem modo dictum fuerit γίγνεται κρατεῖν, quemadmodum alias συμβαίνει dicit. — *Ibid.* ἀντιτάττομ. ἀντιτασσομ. Flor. Verf. 11.

Verf. 12. ἐπιβολῆς. ἐπιβουλῆς Aug.

CAPVT LXXXII.

Cap. LXXXII.

Verf. 1. τὴν Φαισόλαν. Sic h. l. omnes. At II. 25, 6. τὰ Φαίσολα in plurali neutrius generis dixit. Verf. 1.

Verf. 3. τοῦ καπνοῦ. ὑπὸ τοῦ καπνοῦ ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. quod ferri posse monuit Reiskius, si pro σημαίνοντος esset σημαινούσης. Sed in σημαίνοντος consentiunt omnes, & præpositionem ignorant Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. unde recte delevit Casaubonus. Verf. 3.

Verf. 4. Φυλάττεσθαι δὲ καὶ προσέχειν τὸ πλῆθος. προσέχειν τὸ πλῆθος non stare posse videtur: quare aut ante Φυλάττεσθαι reponendum προσέχειν, ut V. 98. 8. quod maluit Reiskius; aut διὰ τὸ πλῆθος scribendum, quod suasit Gronv. in ora sui exempli. — *Ibid.* πᾶσιν ἐπὶ ταὐτό. Sic Flor. Aug. Reg. A. Vulgo ἐπὶ τὸ αὐτὸ ex Bav. quod perinde est. Sed ad hoc ἐπὶ ταὐτὸ necessario requiri participium συνιοῦσι, συνηγμένοις, aut aliud simile, recte (si quid video) judicavit Reiskius. Verf. 4.

Verf. 5. ἀνείχετο. ἠνείχετο Flor. — *Verf.* 6. παρεκάλει δ' αὐτούς. Quod δ' αὐτοῖς legitur in ed. Ern. error Verf. 5. 6.

 est

eſt operarum, proprius illi editioni. — *Ibid.* αὐτῶν δὲ κατόπιν. Perperam αὐτὸν Vrb. δὲ caret Flor.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Τέλος δὲ ταῦτ' εἰπών. Sic vett. libri omnes. Temere ac mendoſe Τέλος τατ' εἰπὼν ed. 1. 2. Hinc Τέλος τάδ' εἰπὼν Reg. C. Τέλος ταῦτ' εἰπὼν Reg. B. & ex eo Caſaub. & editiones ſequentes, omiſſa conjunctione. — *Ibid.* αὐτοῖς ὑπαρχούσης. — „Ambiguum eſt αὐτοῖς quo pertineat. Ordo orationis ad proximum τοῖς πολεμίοις referri vult; ſed ſententia monſtrat, ad remotius eſſe referendum. Feciſſet utique melius, & dixiſſet planius, ſi αὐτῷ prætuliſſet. Sed obtinet antiquum.“ REISK. — Vide ad cap. 76, 5. & ad 77, 5.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πόλιν ἔχων. ἔχων πόλιν Flor. — *Ibid.* Κυρτώνιον. Nil variant codices. *Crotona* Romanis. Liv. XXII. 4. ubi vide Interpretes, & conf. Cluver. Ital. Antiq. lib. II. c. 3. p. 573. Polybii hunc locum ob oculos habuit Stephanus Byz. in Κυρτώνιος, ubi tamen Κυρτώνιον ſcribendum videtur. Confer eumdem in Κρώτων. — *Ibid.* In δεξιὰ conſentiunt omnes: & poterit fortaſſe per ellipſin præpoſitionis dictum intelligi, pro ἐπὶ δεξιά, ſeu κατὰ τὰ δεξιά. — *Ibid.* τὴν Ταρσιμένην καλουμ. λίμνην. Sic ed. 2. cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. τὴν καλουμ. Ταρσιμ. λιμν. Bav. Vocabulum Ταρσιμένην temere omiſſum in ed. 1. *Traſimenum* lacum dici Romanis, ſatis notum eſt: ſed jam olim in hoc nomine a multis auctoribus tranſponi ſolitas eſſe literas *a* & *r*, docet Quinctilian. Inſtit. Orat. I. 5, 13. Conf. Criticos ad Liv. XXII. 4.

Cap. LXXXIII.

CAPVT LXXXIII.

Verſ. 1 ſqq. *Verſ.* 1. κατὰ μὲν τὴν ἀντικρὺ correxit Caſaub. cum Reg. B. Mendoſe τὸν ἀντικρὺ ed. 1. 2. cum vett. codd. — *Verſ.* 2. τοὺς Λίβυας καὶ τοὺς Ἴβηρας editum ex Bav. Inverſo ordine τοὺς Ἰβ. καὶ τοὺς Λιβ. Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 3. βαλιαρεῖς. καλιαρεῖς Aug. Reg. A. ſuperſcripta litera β ab alia manu. — *Ibid.* πρωτοπορείαν. πρωτοπορίαν Reg. A. — *Verſ.* 4. κατὰ ταύτην recte edd. ex

ex Bav. consentiente puto Vat. καὶ ταύτην Vrb. Aug. Reg. A. κατὰ in contextu habet Flor. & superscr. καί.

Verf. 5. τὴν ἡσυχίαν ἦγεν edd. & Reg. B. C. ex Bav. εἶχεν Vrb. Vat. Aug. ἦγεν in contextu habet Flor. & εἶχεν inter lineas. Viciffim Reg. A. εἶχεν in contextu, & ἦγεν inter lineas. Conf. ad II. 31, 10. Verf. 5.

Verf. 6. σπεύδων συνάψαι. γε, quod cum Bav. vulgo interferunt, ignorant ceteri codd. omnes. — *Ibid.* τοῖς πολεμίοις recte edd. ex Bav. συνάψαι τῶν πολεμίων Vrb. Vat. Aug. Reg. A. quod non patitur ratio grammatica. Aliud eſt ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων verf. 7. Verf. 6.

Verf. 7. ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. Sic dant omnes I. 53, 4. I. 60, 6. III. 43. 1. V. 18, 9. & 20, 6. &c. Conf. ad III. 41, 2. Verf. 7.

CAPVT LXXXIV.

Cap. LXXXIV.

Verf. 1. In πρωτοπορείαν nunc confentiunt veteres libri. Temere πρωτοπορίαν ed. 1. 2. & Reg. B. Verf. 1.

Verf. 2. ἔτι δὲ δυσσυνόπτου. — „Malim poſt δυσσυνόπτου comma poni, idque ad ἐπιφανείας referri, non ad περιστάσεως, quod per ſe ſtat. περίστασις ἡ κατὰ τὸν ἀέρα eſt *ratio aëris moleſta* [*& incommoda.*] *Cum eſſet hoſtium apparitio non tantum repentina, ſed etiam difficilis ad cognoſcendum, cum jam ante, quam illi in conſpectum venirent, aër moleſto aliquo & incommodo haberet modo.*" REISKIVS. — *Ibid.* συννοῆσαι τὸ γιγνόμενον. τὸ γενόμενον ed. 2 & ſqq. temere & invitis msstis.

Verf. 4. αὐτοῖς βοηθεῖν. αὑτοῖς Reg. A. — *Verf.* 5. ἀπώλλυντο. Vide ad cap. 79, 9. Verf. 4. 5.

Verf. 7. ἔπεσον οὖν. Temere οὖν omiſit ed. 1. & hinc Reg. B. C. — *Ibid.* ἐκ τῶν ἐθισμῶν. Sic ſcribere Caſaubonus juſſit in Corrigendis. Recte; vide III. 110, 4. V. 25, 2. III. 76, 6. De re confer I. 17, 11. & VI. 37 ſq. — *Ibid.* λείπειν. λιπεῖν Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τάξεις. Perperam πράξεις Aug. Reg. A. Verf. 7.

Verf. 9. *Verf.* 9. συναθούμενοι μὲν γάρ. Deletam particulam μὲν voluit Reifkius; quod facile equidem patiar. Sed in eam confentiunt libri omnes, nifi quod Reg. A. non in contextu, fed inter lineas fcriptam habet, a prima tamen manu. — *Ibid.* ὁρμῶντες. Corrupte ὁρῶντες Aug. & Reg. A. a pr. manu. — *Ibid.* σὺν τοῖς ὅπλοις. Sic uno confenfu veteres libri omnes. Temere ἐν τοῖς ὅπλοις edd. & Reg. B. C. — *Ibid.* τὰς κεφαλὰς αὐτάς. αὐτὰς temere omifit ed. 1. & hinc Reg. B. Pejus etiam αὐτῷ pro αὐτὰς habet ed. 2. invitis msstis.

Verf. 10. *Verf.* 10. ἐπιγενομένων. In Bav. fuperfcriptum ἐπιγινομ. — *Ibid.* γενομένης. γινομένης Bav. fed fuperfcriptum γενομ.

Ibid. τινὲς δὲ, παρακαλέσαντες αὑτοὺς, ὑπ' αὑτῶν διεφθάρησαν. In αὑτοὺς, ut in fcholio dixi, libri confentiunt omnes, nifi quod Bav. ut fæpe aliâs, utrumque fpiritum impofuerit, ut fit fimul αὑτοὺς & αὐτούς. Eft autem αὑτοὺς idem quod ἀλλήλους, ut I. 51, 1. III. 46, 3. & 65, 4, &c. Eodem modo παρακαλέσαντες σφᾶς II. 39, 6. & σφᾶς αὐτοὺς IV. 58, 6. V. 71, 1. *fefe invicem cohortati.* Iam vero quænam quæfo hæc dictio? *alii quidem ab hoftibus, alii vero, fe invicem cohortati, interemti funt.* Manifeftum videtur, defiderari aliquid in altero membro, nempe *a fe mutuo, a fe invicem*, ὑπ' ἀλλήλων, vel potius ὑπ' αὑτῶν. Scilicet, cum effugere non poffent, nec refiftere equitibus, honeftius putarunt, a fe invicem cædi, quam aut inulti ab hoftibus trucidari, aut in aqua fuffocari.

Verf. 11. *Verf.* 11. τοῖς οἰκείοις edd. & Reg. B. C. ex Bav. Perinde eft, utrum teneas, οἰκείοις, an ἰδίοις. — *Ibid.* περιΐστασθαι τοὺς ὑπεναντίους. Quo pacto Cafaubonus hoc vertere potuerit *adverfarios avertere obfiftendo*, aut quo pacto fuffragari huic interpretationi potuerit Erneftus in Lexico Polybiano, non video. Nec tamen aliud græcum verbum in mente habuit interpres. Sic enim ex ora Bafileenfi refert Mericus: „περιΐστασθαι, h. e. *obfiftendo hoftibus eos avertere a cæde, quam ab alia parte patrabant.*" —

At

At id est περισπᾷν vel ἀποσπᾷν. περιΐστασθαι, ut jam Reiskius monuit, nihil aliud hoc loco denotare potest, quam *cingere, circumstare hostem.* Sic II. 53, 5. μὴ πανταχόθεν αὐτῷ (vel αὐτὸν cum aliis) περιστῶσιν οἱ πολέμιοι. Nempe, si substitissent, & a tergo adorti essent hostem, ab utraque parte fuisset ille a Romanis conclusus. — *Ibid.* πρὸς τὰ ὅλα. Perperam τὰ caret Aug. Vers. 11.

Vers. 14. Μαάρβα correxit Casaub. ex Vrb. & Reg. B. & consentiunt Vat. Flor. Reg. C. Μαάρκα ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Et sic rursus cap. 85, 2. & 86, 4. — *Ibid.* περιστρατοπεδεύσαντος ex Reg. B. correxit idem Casaub. monentibus etiam Vrsino & Scaligero. Mendose περιστρατοπεδεύσαντες ed. 1. 2. cum vett. codd. omnibus. — *Ibid.* περιεστώσης. προεστώσης Aug. — *Ibid.* παρέδοσαν αὐτούς. αὐτοὺς Bav. Vers. 14.

Vers. 15. ἐπετελέσθη recepi ex Vat. & Flor. Simplex ἐτελέσθη habent Aug. & Reg. A. conf. IV. 72, 10. II, 58, 7. Vers. 15.

CAPVT LXXXV. Cap. LXXXV.

Vers. 1. τῶν ὑποσπόνδων. Perperam carent τῶν Aug. & Reg. A. Vers. 1.

Vers. 2. Satis placet κατηγορίας, quod est in Flor. Sed in singularem numerum consentit Vat. cum ceteris. — *Vers.* 3. τὰ τάγματα. Corrupte τὰ πράγματα Aug. Reg. A, sicut cap. 84, 7. πράξεις pro τάξεις. Sed veram lectionem h. l. inter lineas scriptam habet Reg. A. Vers. 2. 3.

Vers. 5. ἀνελάμβανε. Temere ἐλαμβ. ed. 1. — *Vers.* 6. μετ' ἀδελφοῦ. Sic scripti libri omnes. μετὰ ἀδελφοῦ edd. μετὰ τἀδελφοῦ vel τοῦ ἀδελφοῦ voluit Reiskius. Vers. 5. 6.

Vers. 8. συνέβη γενέσθαι. Hoc amat Polybius. Et sic cum ceteris libris (excepto Aug. & Reg. A.) dat Suidas in Λειπόμεθα. Vers. 8.

Vers. 9. πολλῶν γὰρ χρόνων. — „Lego ἐκ πολλῶν." CASAVB. in ora Basil. — Nil opus est adjecta præpositione, quæ satis commode subintelligitur, ut III. 90, 7. XX. 6, 1. & XXXII. 15, 4. ubi temere διὰ adjecit Valesius. Vers. 9.

Nec

Nec tamen ἐκ, ſi adeſſet, (ut IV. 17, 4.) aſpernandum foret. — *Ibid.* οὐ μετρίως. Perperam carent οὐ Aug. & Reg. A.

Cap. LXXXVI.

CAPVT LXXXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. καὶ Γνάϊος. Ignorant καὶ Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrſin. Haud incommode tamen referenda videtur illa copula ad id quod ſequitur, καὶ Γνάϊος ἐπεβάλετο συνάπτειν. — *Ibid.* Ἀρίμινον. Ἀρίμηνον edd. ut ſolent ex Bav. Et Ἀριμηνὸν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. αὐτὸς συνάπτειν. Non ſolicitandum pronomen αὐτός. Commode ſubintelligitur αὐτοῖς, αὐτὸς autem (*ipſe Cajus*) opponitur ei quod ſequitur de *præmiſſo Centenio.* — *Ibid.* τὸ τῆς στρατείας βάρος. Sic edd. cum vett. codd. Sed στρατιᾶς Reg. B. Commodius utique; vide tamen ad I. 9, 3. — *Ibid.* Γάϊον Κεντήνιον. *Centronium* Caſaubonus in verſione ſcripſerat ex vulgata olim apud Livium lectione. Vide Criticos ad Liv. XXII. 8. & nos ad Appiani Hiſt. Hannib. cap. 9 ſqq. — *Ibid.* καταταχεῖν. Mendoſe κατασχεῖν Flor. & Aug.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καὶ τὸ μέρος τῶν ἱππέων. — „Ad τὸ μέρος ſubaudi τὸ προσῆκον vel ἁρμόζων, ut in κατὰ σχῆμα ſubauditur τὸ πρέπον, & in κατὰ τρόπον, τὸν προσήκοντα vel ἐπιτήδειον." KEISK. — Diverſa pauliſper notione τὸ μέρος, pro *definita, rata, ſua parte,* ſæpius apud Appianum occurrit.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τότε τοῦ πάθους κατὰ τὴν πόλιν. τότε τῆς μάχης τοῦ πάθους κατὰ πόλιν edd. cum Bav. Importunum τῆς μάχης delevi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verba autem κατὰ πόλιν perperam deſunt ed. 1. & Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τῶν ἀρχόντων, μειζόνως ἐπεβαλ. βουλεύεσθαι. Sic veteres libri omnes, a quibus temere diſceſſit Obſopœus, & ſequentes editores.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὴν δὲ χώραν ἐπιπορευόμενος. ἐπιπορ. δὲ τὴν χώρ. ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* ἀδεῶς ἐπόρθει. διεπόρθει ſolus Aug.

Verſ.

Verſ. 9. διανύσας δέ. Sic edd. cum Bav. & Aug. δὲ caret Reg. A. διανύσας τε Vat. & Flor. — *Ibid.* τήν τε τῶν Ὄμβρων reſtitui ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. & codd. Vrſini & Perotti. Mendoſe vulgo τὴν τῶν Ἰσόμβρων edd. & Reg. B. C. ex Bav. Confer Criticos ad Liv. XXII. 9. — *Ibid.* καλουμένην recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἡ τῶν Ὄμβρων καλουμένη χώρα, *regio, quæ Vmbrorum vocatur*, id eſt, *Vmbria*. Verſ. 9

Verſ. 10. ἀπεκτακῶς edd. ex Bav. ἀπεκταγκῶς Vat. quod in ἀπεκταγὼς corruperunt Aug. & Reg. A. Verſ. 10.

CAPVT LXXXVII. Cap. LXXXVII.

Verſ. 1. γεννήματα. γενήματα Aug. Reg. A. — *Ibid.* ὑπὲρ τῆς ἀναλήψεως. Citat hunc locum Suidas hoc vocab. Verſ. 1.

Verſ. 2. ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχους &c. Profert Suidas in Λιμόψωρος. — *Ibid.* ἔτι δὲ τῆς. δὲ temere omiſerunt ed. 1. 2. & hinc Reg. B. C. — *Ibid.* ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα. Verba ἐν τοῖς, quæ ſine damno ſententiæ aberant ab ed. 1. 2. & a nonnullis msstis, recepit Caſaubonus ex Reg. B. C. Et habet eadem Flor. In Vat. paululum corrupta ſunt; ἔτι δὲ τῆς ἔντης (ſic) μετὰ ταῦτα. — *Ibid.* λιμόψωρος. Simpliciter τὴν ψώραν dicit cap. ſq. verſ. 1. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἐσωματοποίησε. Suidas in Σωματοποιεῖν. — *Ibid.* τῶν ἀνδρῶν. τῶν ἀνθρώπων Suid. Verſ. 3.

Ibid. ὡς ἂν πολλῶν ὅπλων &c. Sic hæc edita ſunt ex Bav. Fieri tamen poteſt, ut ex docti librarii ingenio & conjectura hæc ita fuerint correcta, & ut aliud quid dederit ipſe Polybius, quod in corrupta ceterorum codicum ſcriptura lateat. Sed quid illud ſit, videant acutiores. Cum ex Auguſtano codice Bœclerus retuliſſet ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις, in procliui erat, ut ἐνδέτοις ſuſpicaretur *Reiskius*; qui ἔνδετα ὅπλα interpretatus eſt *arma illigabilia, conſtrictilia, quæ aut loris de corpore dependent, aut loris corpori arcte adſtringuntur;* quo refert ſcutum, galeam, gladium, loricam, pilum amentatum, pharetram, frena equorum & ſtrata. — „Fuerunt igitur (ſic ibidem pergit

REIS-

Verſ. 3. REISKIVS) alia arma, ut ex h. l. diſcimus, ἔνδετα, alia λυτὰ vel ἀπόλυτα, *laxa*, ut pilum, haſta. Numidarum equitum pars, ut Livius eos deſcribit, pæne nullum ὅπλον ἔνδετον habebat, omnia ſoluta. [Liv. XXXV. 11. *Diſcinctus & inermis Numida eques, præterquam quod jacula ſecum portat: equi ſine frenis.*] His ergo Numidis Hannibal pro vetere armatura arma romanum ad morem conſtrictilia dedit." — Aliam deinde etiam tentavit interpretationem idem vir doctus, cogitans, eſſent-ne ὅπλα ἔνδετα id genus armorum, quod ex aliis atque aliis eſſet commiſſum, ut haſta e. c. quæ infixum ſcapo ligneo mucronem ferreum habet; in quam ſuſpicionem eum induxit locus VI. 23, 11. — Videat doctus Lector, an alterutra harum interpretationum ſatis placere poſſit. Ego vero monere debeo, non ἐν δὲ τοῖς, ut ait Bœclerus, ſed perſpicue planeque ἐκ δὲ τοῖς eſſe in Auguſtano codice, haud ſecus ac in aliis. Quare cogitaveram equidem, ἐκ δὴ τῶν ὅπλων, ὧν ἦν πολλῶν κύριος γεγονώς. Sed & hoc multum abeſt, ut faciat ſatis. Itaque in vulgata lectione interim, dum certius quid adferatur, adquieſcendum putavi. In eadem vero τῶν, ante τοσούτων, deletum voluerunt Vrſinus & Scaliger, quibus facile adſentior; nec tamen in loco tam controverſo mutare quidquam auſus ſum. De re confer cap. 114, 1. & Livium XX. 46.

Verſ. 4. 5. *Verſ.* 4. τὴν εἰσβολὴν ἐποιήσατο τὴν εἰς Ἰταλίαν. Sic cum ed. 1. 2. ſcripti libri omnes. Temere εἰς τὴν Ἰταλίαν Caſaub. — *Verſ.* 5. τρόπον perperam caret Aug. — *Ibid.* καὶ ante τοῖς ἐν Ἰταλ. adjeci cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrſini.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Δικτάτορα. δικτάτωρα ſolus Reg. B. Sic rurſus idem verſ. 9. δικτάτωρι. Sed in o breve conſentiunt veteres codices, quemadmodum & apud alios fere auctores; quod ad græcorum nominum formam propius accedit. — *Ibid.* καὶ * πεφυκότα καλῶς. — „Forte καὶ τύχης πεφυκότα καλῶς. *non tantum ſapientia inſigni præditum, ſed etiam fortuna uſum non incommoda.* Aliâs claudicat

dicat ratiocinium." REISKIVS. — Scilicet poteſt quidem ac ſolet πεφυκότα καλῶς, per ſe ſtans, *nobili genere natum* (quemadmodum X. 25, 1.) denotare; quam in ſententiam Caſaubonus *familia honeſta prognatum* h. l. vertit. Quod ipſum etiam mire convenit in Fabium, cujus ſive avus, ſive proavus jam *Maximi* cognomen tulerat, ut taceam antiquiſſimam Fabiæ gentis celebritatem. Sed commoverat me Reiſkii ratio, monentis claudicare hoc ratiocinium: *Fabius nobili familia erat oriundus; ſane quidem etiam noſtra ætate, qui ejuſdem familiæ ſunt, ob res, ab illo feliciter geſtas, Maximi ſunt cognominati.* Itaque, πρὸς τὰς πολεμικὰς, quod habemus XXV. 9, 2. aut aliquid ſimile, intercidiſſe ſuſpicatus eram; quamquam loco citato, ſicut & X. 14, 10. & alibi, εὖ (non καλῶς) φῦναι πρός τι legitur. Fateor vero, *audacius me feciſſe, quod in ipſo contextu ſignum lacunæ poſui*, quaſi confecta res eſſet intercidiſſe aliquid; cum ſatis fuerit, in ſcholio indicare dubitationem, Nam aut defendi etiam fortaſſe utcumque lectio vulgata poterit: aut, ſi quid intercidit, poſſis pariter ſuſpicari, poſt πεφυκότα καλῶς intercidiſſe nonnulla, quibus de majoribus Fabii agebatur, quorum gloriam hic non modo æquavit, verum etiam ſuperavit. Conf. Adnotationem proxime ſeq. Verſ. 6.

Ibid. καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ ταύτης τῆς οἰκίας &c. Ita de cognomine *Maximi* loquitur Polybius, ut ſignificare videatur, primum huic Fabio eſſe illud tributum; cum tamen, avum hujus, ſive proavum, ut modo dixi, eodem cognomine jam fuiſſe ornatum, Livii teſtimonio IX. 46, aliorumque auctorum conſtet. Conf. Glareanum ad Liv. XXX. 26, 8. Sed ſatis occurretur ei difficultati, ſi ſtatuamus, non vulgari omnium uſu tritum fuiſſe illud veteris Fabii cognomen, aut ſaltem poſt ejus mortem oblivioni fere traditum, & in hoc Fabio Dictatore ita ſingulari cum ſplendore renovatum, ut is poſthac veluti primus videretur, qui id cognomen eſſet commeritus. Hunc fere in modum difficultatem, ſi qua ineſt huic loco, expedivit

Iac.

Verf. 6. Iac. Perizonius in Animadverf. Hiftoricis cap. 1. fub finem; ubi hunc Polybii locum excutiens monuit, fcriptorem hunc, cui magna cum Fabiis familiaritas interceffit, hac ex parte commoda potius expofitione tuendum, quam ignorantiæ aut ofcitantiæ effe incufandum. Nec adeo ægre cum Polybio conciliabitur Livius, cum de eodem Fabio verba faciens XXX. 26. ait: *Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel fi novum ab eo inciperet. Superavit paternos honores: avitos æquavit.*

Verf. 7. *Verf.* 7. *ταύτην ἔχει.* Incommodum *γε* delevi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid. ἀκολουθοῦσι fequuntur* verterat Cafaub. cum fatis notum fit, *præceffiffe* lictores, non *fecutos:* itaque *comitantur* dedi. Fortaffe pars præcedebat, pars fequebatur.

Verf. 8. 9. *Verf.* 8. *ἐν πολλοῖς δέονται τῆς συγκλήτου.* Conf. lib. VI. cap. 15. — *Verf.* 9. *περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις* &c. De *Dictatoris* poteftate dicere oblitus eft in Libro fexto, aut ea pars intercidit.

Ibid. Pro *δικτάτορι* & mox *ἱππάρχην* temere & invitis msstis *διάκτορι* & *ὑπάρχην* habent ed. 1. 2. — *Ibid. Μινούκιον. Μινύκιον* Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid. οὗτος δὲ τέτακται. δὲ* invitis msstis prætermiferant fuperiores editores. — *Ibid.* Verba *τῆς ἀρχῆς* defunt ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Habet editio Bafil. & feqq. cum ceteris codd.

Cap. LXXXVIII.

CAPVT LXXXVIII.

Verf. 1. 2. *Verf.* 1. Sicut h. l. Vat. cum fuis adfeclis, fic cap. feq. verf. 1. dant omnes *Ἀννίβας δέ.* — *Ibid. διὰ τὸ πλῆθος.* Temere prorfus *τῶν τὸ πλῆθος* fola ed. 2. — *Verf.* 2. *ἐξυγίασε.* Sic omnes, fed in Aug. inter lineas indicatur *ὑγίαζε,* eadem manu.

Verf. 3. *Verf.* 3. *Πραιτετ]ιανήν.* Sic Flor. Aug. Reg. A. *Πραιτετ]ειανὴν* Vat. & cod. Vrfini. Mendofe *Πρεντετιανὴν* ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. *Πρετετιανὴν* ed. Cafaub. & feqq. Lectionem, quam fecuti fumus, confirmat Steph. Byz. ubi

ubi recte Holstenius monuit, ἐπὶ τοῦ Ἀδρία pro ἀπὸ esse legendum. Livius XXII. 9. *Prætutianum Hadrianumque agrum.* Nec vero opus est in græco Πραιτουτιανὴν cum Vrsino corrigere. Nam & alibi, pro Latinorum *u* brevi, ε a Græcis adhibitum videmus; velut in Βρέττιοι, *Bruttii;* Βρεντέσιον, *Brundusium*, & id genus alia. Vers. 3.

Ibid. Μαῤῥουκίνην cum dupiici ρ scripsi, quemadmodum plures codices II. 24, 12. dederunt; & sic Romani (& in his Livius loco cit.) *Marrucinos* scribere solent. Vulgo h. l. omnes Μαρουκίνην per ρ simplex. — *Ibid.* Φρεντανήν. Vulgo Φρεντάνην h. l. edd. & scripti. Mutavi accentum. Conf. ad II. 24, 12. Vnus Aug. mendose prorsus Φρετοτάνην. — *Ibid.* ὡς ἐπὶ Polybianum est; & probabilius videtur, hoc in εἰς mutatum esse ab aliquo librario, quam vicissim.

Vers. 4. εἰς τρεῖς ὀνομασίας &c. — „At duæ hic tantum commemorantur. Vnde Phil. Cluverus per supinam imperitorum exscriptorum oscitantiam tertium Iapygum nomen omissum sic restituit: καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, τῶν δὲ Πευκετίων, τῶν δὲ Μεσσαπίων, lib. IV. Ital. cap. 10. Quod verisimile videtur: nisi quis putet, ipsum *Iapygiæ* nomen unum ex tribus ab auctore intellectum, aut neget Cluverum certum esse posse, utrum Σαλεντίνους an Ποιδίκλους Polybius pro *Peucetiis* scripserit; vix enim conveniunt antiqui.“ GRONOV. — Cluveri rationem probavit secutusque est Cellarius Geogr. Antiq. lib. II. c. 9. p. m. 879. — *Ibid.* Μεσσαπίων. Mendose Μεσσατίων Vat. Fior. Aug. & Reg. A. sed in hoc superscripta est litera π. Vers. 4.

Vers. 5. Λουκερίας correxit Casaub. ex msstis, qui in hoc recte hic quidem consentiunt omnes. Mendose Λουκρίας ed. 1. 2. Conf. cap. 100. vs. 1. & 3. Vers. 5.

Vers. 6. περί. Temere ἐπὶ Flor. — *Ibid.* Ἰβώνιον. In re dubia nolui discedere ab eo, quod editum inveni, quamquam id unus præstitit Bav. In Οἰβώνιον cum Flor. Aug. & Reg. A. consentit Vat. Et in promtu qui- Vers. 6.

Vers. 6. dem esset, ex Οὐϊβώνιον, *Vibonium*, corruptum hoc conjicere; dummodo, hoc posito, magis in expedito essemus. At, ne cum Casaubono Ἰβώνιον illud sive Οὐϊβώνιον *Hipponem* oppidum intelligamus, quod Græci Ἱππώνιον, Romani *Vibonem Valentiam* adpellarunt, vetat loci situs; quandoquidem hoc oppidum in Bruttiis est ad inferum mare, regio autem, de qua nunc Polybius loquitur, in parte opposita. Nodum non solvit, sed temere ac violenter dissecuit Cluverus Ital. Antiq. IV. 12. p. 1219. eamdem urbem *Arpos* intelligens, quam Livius hic nominat, XXII. 9. quam *Argos Hippium* & *Argyrippam* Græci vocabant, cujus ager mox diserte a Polybio commemoratur; adeoque pro eo, quod vulgo legitur περὶ τὸ καλούμενον Ἰβώνιον, ita rescribens: περὶ τὸ καλούμενον Ἄργος Ἵππιον ἤτοι τὴν Ἀργυρίππαν. Qua quidem ratione si agere cum veterum auctorum monumentis liceret, nullus superesset locus, cujus non levari planissime difficultas omnis posset. Vt cautior, sic multo probabilior ratio videtur, quam Lucas Holstenius in Animadvv. ad Cluverum iniit, & calculo suo Harduinus ad Plinium III. 11, 16. probavit, suspicantes, sive Ἰβώνιον Polybius scripsit, sive Οὐϊβώνιον, sive Οὐβίνιον, ut voluit Holstenius, seu Οὐϊβίνιον, illud ab eo dici oppidum, cujus cives *Vibinates* apud Plinium l. c. & in veteribus inscriptionibus nominantur, quod *Bovino* hodie vocatur, in ea Apuliæ parte, cui Capitanata nunc nomen est, inter Trojam & Herdoneam; non confundendum oppidum cum *Boviano*, quod in Samnio est & *Boiano* hodie nominatur. Quæ ratio non video cur Gronovio non placuerit, qui Ἱστώνιον, *Histonium* huc trahere maluit; cujus oppidi situs in Frentanis, quidquid dicat ille, facit, ut de eo cogitari hoc loco nullo modo possit.

Ibid. ἐπέτρεχε. Mendose ἀπέτρεχε Aug. — *Ibid.* τὴν Ἀργυριππανὴν, *agrum Arpinum*. Scripsi autem græcum nomen ita, ut dedit Vat. & Vrsini codex; quo modo & Paulus Leopardus, Emendationn. lib. V. c. 16. (in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 99.) & Cluverus p. 1219. & Holstenius ad Steph. Byz. scribendum docuerunt. Te-

mere

mere & invitis msstis Ἀργυπανὴν ed. 1. 2. 3. pro quo Ἀργυριππανὴν ſcribere juſſit Caſaub. in Corrigendis, quod fecerunt ed. 4. 5. quemadmodum vulgo ſcribitur apud Stephanum. Ἀργυριπάνην Aug. Reg. Ἀργυριππάνην Flor. Conf. ad c. 118, 3.

Verſ. 8. Ἀριμινου correxi, ut aliâs. Ἀριμήνου vulgo edd. & mssti: Ἀριμινοῦ Aug. ſed μι factum ex μη. — *Ibid.* στρατείας. στρατιᾶς Vat. Aug. Reg. A. Verſ. 8.

Verſ. 9. Αἴκας. — „Αἴκας legendum docuit pater [Io. Frid. Gronov.] ad Livium XXIII. 1. quod veriſſimum eſt; & idem a L. Holſtenio notatum ex ejus poſtea editis ad Cluveri Italiam antiquam annotationibus didici. Itaque ſic edere non dubitavimus." GRONOV. — *Aecæ* oppidum in Apuliæ & Samnii confinibus. Conf. Io. Frid. Gronov. ad Liv. XXIV. 20, 5. & Weſſeling. ad Antonini Itinerar. p. 116. Vide & Itinerar. Hieroſolym. p. 610. & ibi Weſſeling. Verſ. 9

CAPVT LXXXIX.

Cap. LXXXIX.

Verſ. 3. τὰς μὲν οὖν ἀρχάς. Quod ante τὰς, vel pro τὰς, in margine ὡς habet ed. 2. temere & invitis msstis factum eſt. — *Ibid.* φονιμώτερον recte ed. 2 & ſeqq. Puto ſic & dare Vat. & Flor. φρονιμότερον ed. 1. cum Bav. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 5. γεγυμνάσθαι. Vulgo γεγυμνᾶσθαι edd. cum msstis. Verſ. 3. 5.

Verſ. 6. δὶς δὲ Ῥωμαίους &c. *de Romanis & eorum ſociis duas brevi tempore victorias reportaverant.* — „Videatur legendum eſſe τρίς. Sane *ter* vicit Hannibal Romanos continue; primo prælio ad Padum, quod alii ad Ticinum appellant; ſecundo ad Trebiam; tertio ad Traſimenum. Sed inconſtans in horum præliorum numero eſt Polybius. Pag. 363, 22. [cap. 111, 7. ubi Hannibal loquitur,] τρισὶ μάχαις legitur claris literis. Pag. 335, 22. & p. 359. [cap. 90, 13. ubi ſuo nomine Polybius loquitur; & cap. 108, 8 ſq. ubi imperatorem romanum inducit loquentem] ſolas *duas* poſteriores meminit. Videtur primam illam Verſ. 6.

Scipionis cladem, pro parva velitatione, diſſimulaſſe atque obſcuraſſe Polybius, ut cliens Scipionum, patronis deditiſſimus, & ipſorum laudis ſtudioſiſſimus." REISK.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *εἰς μὲν τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον -- συγκαταβαίνειν.* τὸν & κίνδυνον communi conſenſu cum ed. 1. 2. dant codices omnes, a qua ſcriptura nihil opus erat ut diſcederet Caſaubonus, qui ſua auctoritate εἰς μὲν τὸ ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν edidit. Vrſini emendationem ὑπὲρ τῶν ὅλων, pro ὑπὲρ τῶν νομάδων, quod dabant ed. 1. 2. cum msstis, ante Caſaubonum jam probaverat Scaliger. Ac ſane per ſe quidem commodiſſima illa videri debebat; & in eamdem ſententiam cap. 90, 5. Polybius ait, εἰς ὁλοσχερῆ κρίσιν ἐξ ὁμολόγου συγκαταβαίνειν οὐδαμῶς οἷός τ' ἦν. Rurſusque cap. 94, 4. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν οὐδαμῶς κρίνων ἐκκυβεύειν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις. Et cap. 92, 7. εὐλαβούμενος τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους. Sed librorum ſcripturam hoc loco ſi conſideres, vix poteris quin tibi perſuadeas, veriorem eſſe Reiſkii rationem ὑπὲρ τῶν ὁμαλῶν, & haud cunctanter in contextum hoc adoptaſſem, ſi, quænam vis eſſet iſtius dictionis, magis in liquido habuiſſem. Præclare intelligerem ſcriptoris ſententiam, ſi τὸν ἐν τοῖς ὁμαλοῖς κίνδυνον dixiſſet, *dimicationem in planis, in campeſtribus locis;* quam in ſententiam I. 39, 12. ait οὐκ ἐθάῤῥησαν εἰς τοὺς ὁμαλοὺς συγκαταβῆναι τόπους. conf. I. 33, 1. XIV. 3, 3. Quodſi vero τὰ ὁμαλὰ cum Reiſkio non modo *plana, æqua loca* interpretari velimus, ſed omnino *res omnes æquas atque pares, parem utrimque conditionem;* (qua notione contrarium τῶν ὁμαλῶν, ut idem Reiſkius monuit, ſunt τὰ προτερήματα;) multo etiam minus clarum videtur, quid ſit hoc quod dicit τὸν ὑπὲρ τῶν ὁμαλῶν κίνδυνον, *dimicationem pro vel de rebus æquis;* & faciliori ratione equidem intelligam *dimicationem pro locis planis & in æquo ſitis,* ſcilicet *dimicationem, quæ inſtituitur ad defendenda loca plana & campeſtria ab hoſtium incurſionibus;* vel, *dimicationem, qua id agitur, utra pars locis planis ac campe-*

campestribus potitura & illa loca tuitura sit. Placeret, si adderent libri, εἰς μὲν τὰ ὁμαλὰ, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον. Sic ista junxit cap. 92, 7. εἰς δὲ τὸ πεδίον οὐ καθίει τὴν δύναμιν, εὐλαβούμενος τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους. Vers. 8.

Ibid. εἰς δὲ τὰ σφέτερα προτερήματα &c. Vide Adnot. ad vers. seq.

Vers. 9. ἀκατάτριπτος χορηγία. In ἀκατάτριτ]α, quod habent Vat. Aug. Reg. A. (pro quo ἀκατάτριτα est in Flor.) vix dubitabit quisquam, literas τ] ex ππ esse corruptas. Atque ita correxerunt Reg. B. C. Video tamen, Scaligero ἀκατάτρυτα placuisse, quod & ipsum eadem notione ferri potest. Dixi autem in scholio, eosdem codices Vat. Flor. &c. ignorare vocem ἄφθονος, & vicissim codicem Bav. in quo est ἄφθονος χορηγία, ignorare vocem ἀκατάτριπτα. Codicem Bav. presso pede sequitur ed. I. Vtrumque vocabulum, ex conjectura, conjunxerunt non solum juniores codices Regii B. C. sed etiam editor Basileensis, qui illos codices non inspexerat. Quo minus mirum esse debet, id ipsum ita repetitum a Casaubono esse, qui codices illos Regios, quos vel solos sæpe secutus est, nunc cum edit. 2. consentientes vidisset: nam quod ἀκατάτριτα ed. 2. non ἀκατάτριπτα habet, id quidem leve est. Nec vero improbandum omnino illud consilium jungendi utramque vocem dicam. Sed cum ἀκατάτριπτος rarius sit vocabulum, notius vero & usitatius ἄφθονος, quod & mox cap. 90, 2. & cap. 97, 3. cum vocabulo χορηγία junctum recurrit; verosimilius mihi visum est, ex interpretatione vocem ἄφθονος huc esse tractam. Quo accedit, quod orationis nexus requirere videtur, ut vocabulum προτερήματα per se stet, nec adjunctum sibi nomen adjectivum habeat. Dixit Polybius, Fabium τοῖς λογισμοῖς, id est, *certa ratione, deliberato consilio, recepisse se* εἰς τὰ σφέτερα προτερήματα, *ad sua commoda, ad opportunitates eas, quibus prævalebant Romani.* Hoc autem quum obscurius quodammodo esset dictum, explicat nunc, quasnam istas dicat *Romanorum opportunitates:* ἦν δὲ τὰ προτερήματα Ῥωμαίων, *erant autem,* Vers. 9.

 tem,

Verf. 9. *tem iftæ Romanorum opportunitates*, quibus carebat Hannibal, & quibus victoriam fibi promittere Romani poterant, (conf. cap. 90, 4.) *hæ: commeatuum copia, quæ atteri abfumique non poterat, & manuum multitudo.* Quænam contra fuerint Hannibalis προτερήματα, cum aliâs exponit, tum cap. 111, 2-4. Vna vero maxime dubitatio nobis in conftituenda hujus loci lectione fupereffe poterat; nempe quod ἀκατάτριπτα in plurali habent codices, non ἀκατάτριπτος. Neque id ipfum tamen magnopere morari nos debuit. Nam ficut duæ literæ OC, fi quando propius fefe contingunt, fatis fimiles fiunt figuræ unius literæ α, fic facile per librariorum errorem terminatio OC in α mutari potuit, ut conveniret cum præcedente vocabulo προτερήματα. Atque id cogitans equidem, ex conjectura, ἀκατάτριπτος, quod nullus noftrorum codicum habet, edidi. Sed poterat pariter teneri ἀκατάτριπτα, & minori mutatione, pro fequenti vocabulo χορηγία, χορήγια in plurali neutro fcribi; de quo vocabulo conf. Fragm. Polyb. Gramm. CXXXVIII. & Adnot. ad I. 17, 5. Et fortaffe rectiffime ftatuerimus, fi ita fcripfiffe Polybium putemus, & ἄφθονος χορηγία pro interpretamento habeamus verborum ἀκατάτριπτα χορήγια.

Ibid. χειρῶν πλῆθος. conf. cap. 97, 3. I. 26, 5. III. 10, 6. XII. 4, 8. &c. Feftive Vrfinus χοίρων πλῆθος ex ingenio, ut ait, corrigere juffit.

Cap. XC.

CAPVT XC.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἀντιπαρῆγε. Sic cum ed. 1. codices omnes, excepto uno Aug. qui temere ἀντιπαρεξῆγε habet. ἀντιπαράγειν eft *ex adverfo, ex oppofita parte, a latere ducere; & ad* ἀντιπαρῆγε intelligendum hoc loco κατὰ τὰς παρωρείας, vel ταῖς ἀκρωρείαις, quod adjicitur cap. 92, 6. & 101, 1. Sic Livius XXII. 12. *per loca alta agmen ducebat, modico ab hofte intervallo:* hæc nempe funt *opportuna loca,* (οἱ εὔκαιροι τόποι) *quæ occupaffe Fabium* Polybius mox ait; quibus nimirum tutus erat ab Hannibalis equitatu.

Ibid.

Ibid. κατὰ τὴν ἐμπειρίαν recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. διὰ edd. & Reg. B. C. ex Bav.

Verſ. 4. ἀφωρισμένου πλήθους ἐλαττοῦν ἀεὶ τοὺς ὑπεναντίους. Caſaubonus: *ut numerum adverſariorum iis minueret, qui ſubinde ſe ab iis ſeparabant.* At ſic in græcis oportuerat τοῦ τῶν ἀφωρισμένων πλήθους. Imo vero: *volens definito* (vel *certo* & quaſi *ſelecto, deſignato*) *quodam numero ſemper minuere hoſtes.* Scilicet non niſi tunc adgredi hoſtes volebat, cum definitus quidam numerus (ſcilicet eorum utique, qui ſe ab exercitu ſeparaſſent) in propinquo eſſet, quos facile ſuperari a ſuis poſſe videret. Quo pertinent illa Livii verba, XXII. 12. *ſuo militi tuta omnia, & infeſta effuſis hoſtium pabulatoribus præbebat.* Plura exempla illius notionis verbi ἀφωρισμένος ex Budæi Commentariis Henr. Stephanus in Theſauro collegit. Verſ. 4.

Ibid. προσλαμβάνειν hic idem valet quod ἀναλαμβάνειν vel προσαναλαμβάνειν, *recreare, reficere, vires & animum addere.* Et non modo ſuſpicor, ſed pæne pro certo adfirmare auſim, hoc ipſo loco προσαναλαμβάνειν ſcripſiſſe Polybium; quo verbo non ſolum ſignificatione neutrali, ſive reciproca utitur, III. 60, 8. ſed & active & ſequente accuſativo caſu V. 80, 4. XXII. 25, 6.

Verſ. 5. εἰς ὁλοσχερῆ δὲ &c. Habet Suidas in Ἐξ ὁμολόγου. — *Ibid.* οἷός τ' ἦν. — „Melius οἷος ἦν.“ SCALIGER. — Scilicet monent Grammatici, Harpocration, & ex eo Suidas in Οἷος εἶ, proprie οἷός τε εἶ non niſi pro δύνασαι, *potes*, dici; contra οἷος εἶ, abſque τε, pro βούλει, προῄρησαι, ἕτοιμος εἶ, σπουδάζεις, *vis, propoſitum habes, paratus es, ſtudes.* At invenitur pariter (ut idem Suidas in Οἷος docet) οἷός τε εἶ eadem notione, qua οἷος εἶ. Et id quidem ſæpius apud Polybium: vide c. 89, 8. I. 26, 2 &c. Verſ. 5.

Verſ. 6. τοιῶν αὐτόν. Hoc ita propagatum ex edit. Erneſt. in quam neſcio caſu-ne an conſilio intrarit. Superiores editiones αὑτὸν, conſentientibus msstis, excepto Bav. in quo eſt αὐτόν. — *Ibid.* τὸν μὲν Φάβιον κατελάλει. Verſ. 6.

Monuit Reiſkius, terſiores ſcriptores cum genitivo caſu conſtruere illud verbum: ſed rurſus Polybius cum accuſativo uſurpat XVIII. 28, 1.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ἀπέννινον ſcripſi cum Aug. Ἀπεννινὸν Reg. A. Ἀπενίνον Bav. & ed. 1. Ἀπεννίνον Reg. B. C. & ed. 2 & ſeqq. Conf. cap. 110, 9. — *Ibid.* Σαυνῖτιν circumflexo accentu ſcribendum putavi. Vulgo omnes Σαυνίτιν. — *Ibid.* πολλῶν χρόνων ἀπολέμητον. Habet Suidas in Ἀπολέμητον. Conf. ad III. 85, 9.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Οὐενοαντάνην. Liv. XXII. 13. *Hannibal ex Hirpinis in Samnium tranſit: Beneventanum depopulatur agrum.* Varie apud varios græcos ſcriptores effertur hujus oppidi nomen. Βενεούεντον apud Strabonem. Βενεβεντὸς apud Appianum, & ſic habet Steph. Byz. Βενεούεντον, ἤγουν Οὐενέβεντος Ptolemæus.

Ibid. εἷλον δὲ καὶ πόλιν Οὐενουσίαν. Livius l. c. *Teleſiam urbem capit.* Agitur de Samnii urbe, & *Teleſia* haud dubie in Samnio erat: *Venuſia* contra in Apulia, ſive in Apuliæ Lucaniæque confinibus; quare vix poteſt ei locus hic concedi, ut & alii & Drakenborchius ad Liv. l. c. monuerunt, & recta Τελεσίαν ex Livio apud Polybium corrigendum Cluverus pronunciavit, Ital. Antiq. p. 1224. Ac ſane, quamquam Samnio attribuere Venuſiam videtur Strabo lib. V. p. 250. tamen & diſerte rurſus eamdem in Lucanis ponit lib. VI. p. 254. & ceteroquin ſatis certus eſt ſitus hujus urbis, ita remotus a Benevento, ut ægre intelligi poſſit, quo pacto *Venuſiam* hic nominaverit Polybius. At quum in hoc nomen, clariſſimis literis ſcriptum, nec adeo facile cum *Teleſiæ* nomine confundendum, libri conſentiant omnes, nihil utique auſus ſum in contextu mutare.

Ibid. εὐτείχιστον primus in contextum græcum recepit editor Baſileenſis. Perottus, *mœnibus munitiſſimam.* ἀτείχιστον ed. 1. & ſcripti libri omnes, excepto Reg. A. in quo videri poteſt εὐτείχιστον ſcribere voluiſſe librarium, nec enim ſatis clarum eſt. Ceterum notum eſt, quam

quam ſit ſimilis nexus ille ſcripturæ, quo effertur diphthongus ευ, figuræ literæ α. Quare & paſſim inter ſe permutata iſta a librariis videas; veluti IV. 4, 9. ἄλογον ſcribitur in Aug. pro εὔλογον; ἀήθως pro εὐήθως IV. 10, 1. & viciſſim εὐπερίσπαστοι vulgo pro ἀπερίσπαστοι IV. 32, 6. Videtur autem utique εὐτείχιστον cum per ſe commodius, tum ob id quod ſequitur καὶ πολλῆς &c. Nam ſi ἀτείχιστον ſcripſiſſet Polybius, uſurus deinde haud dubie particula adverſativa fuerat, πολλῆς δὲ καὶ παντοδαπῆς ἀποσκευῆς γέμουσαν, non conjunctiva καὶ πολλῆς &c. Ceterum, ne quid diſſimulem, habes etiam ἀτείχιστα ἐρύματα, I. 30, 4. & ἄκραν ἀτείχιστον. IV. 58, 7. Verſ. 8.

Verſ. 9. δυεῖν ἡμερῶν. δυεῖν Flor. ut ſolet in fœminino genere. Verſ. 9.

Verſ. 10. εἰς τὸν προσαγορευόμενον Φάλερνον τόπον, *in locum, cui Falerno nomen eſt.* Satis notus *ager Falernus, & mons Falernus.* Locus, id eſt, vicus, vel oppidum hujus nominis nemini aliàs memoratur. Verſ. 10.

Verſ. 11. κρατεῖ τῶν ὅλων. Suſpicari poſſis τῶν ὁμαλῶν. Conf. ad cap. 89, 8. Nec tamen temere aliquid mutaverim. Verbum ποιήσειν, quod præcedit, temere omiſit Aug. — *Ibid.* παραχωροῦσι Ῥωμ. τῶν ὑπαίθρων αὐτοῖς. — „αὐτοῖς, ſcil. ſibi (Hannibali) & ſuis.“ REISK. — *Verſ.* 13. δυσὶ μάχαις. Vide ad c. 89, 6. — *Ibid.* πρὸς Καρχ. πρὸς τοὺς Καρχ. Flor. — *Verſ.* 14. Verba παρὰ τοῖς συμμάχοις deſunt ed. 1. & Bav. Sed habent ea Reg. B.C. cum ceteris codd. Verſ. 11 ſqq.

CAPUT XCI. Cap. XCI.

Verſ. 2. καὶ τούτοις τοῖς ἐμπ. καὶ τοιούτοις ἐμπ. voluit Scaliger. Sed bene vulgata habet. — *Ibid.* ἐμπορίοις. In ἐμπορείοις cum Aug. & Reg. A. conſentit Vat. Et id receptum malim, ut alibi. — *Verſ.* 3. Verba τῆς Ἰταλίας deſunt ed. 1. & Bav. Verſ. 2. 3.

Verſ. 4. Σενουεσσανοί. Collatis inter ſe variis librorum ſcripturis, veriſſimam hanc judicavi. Σενουεσσάνοι edd. Verſ. 4.

Verf. 4. edd. cum Bav. Σεννουεσάνοι Vat. Aug. Reg. A. nefcio an & Flor. Σενοεσσανοὶ Stephanus Byzantinus, ad locum hunc Polybii provocans. — *Ibid.* Δικαιαρχῖται circumflexo accentu dederunt Aug. & Reg. A. Et Νεαπολῖται Reg. A. Ceteri vulgo acutum ponunt. — *Ibid.* Νουκερίνων. Sic Bav. & ceteri codd. veteres, pariterque Stephanus, Polybium auctorem citans. Νουκερινῶν edd. & Reg. B. C.

Verf. 5. *Verf.* 5. Καληνοί. Καλήνοι ed. Cafaub. & feqq. Κάλληνοι Flor. Καλληνοὶ Aug. Reg. A. B. Κάλλη Bav. in fine lineæ, & terminationem adjicere, vel fuperfcribere oblitus eft. Καλλήνοι ed. 1. 2. — *Ibid.* Τιανῖται fcripfi cum Aug. Reg. A. & Vrfino. Τιανίται Vat. Flor. Τυανίται edd. cum Bav. Ex Artemidoro Stephanus Byz. urbis nomen Τεανὸν citat, (quemadmodum & Romani & alii græci fcriptores efferunt;) gentile vero ὁ Τεανός.

Ibid. Δαύνιοι. — „Καυδίνοι lege: nam ad muros *Caudii* Beneventanorum & Campanorum fines erant, ut ex vetere lapide didici. Hæc notat L. Holftenius ad p. 1079. Cluverianæ Italiæ." GRONOV.

Ibid. Νωλανοί. Sic recte Aug. & Suidas in Νῶλα, qui hæc talia a Stephano Byzantino mutuare confuevit; atque ita etiam apud ipfum Stephanum, qui Polybium auctorem diferte laudat, fcribendum effe viderunt interpretes, cum in codicibus Stephanianis effet Νωλανεῖς. Νωλάνοι edd. cum Bav. Νωλάνοὶ Reg. A, cum utroque accentu.

Verf. 7. *Verf.* 7. Φλεγραῖα. Sic h. l. fcripti & editi, qui fupra II. 17, 1. in Φλέγραια confentiebant. Vtrumque recte. De *campis Plegræis*, & deorum, id eft, Herculis Gigantumque fuper eis contentione, confer potiffimum Diodorum Sic. lib. II. cap. 21. tum Strabonem lib. V. p. 243. & 245. & lib. VI. p. 281. & Heynium ad Apollodori Biblioth. lib. I. c. 6, 1. Campaniæ fertilitatem, & illius potiffimum partis, quem *Campum Phlegræum* Græci vocant, celebrat Plinius Hift. Nat. III. 5, 6. & XVIII. 11, 29.

Ibid.

Ibid. ἠρικέναι correxi cum Vrſino & Scaligero. Mendoſe εἰρηκέναι ed. 1. 2. cum msstis, quod in εἰρικέναι mutavit Cauſaub. — *Ibid.* διὰ τὸ κάλλος. Temere καὶ, loco διὰ, habet Bav. & inde ed. 1. Hinc διὰ καὶ τὸ κάλλος Reg. B. Verſ. 7.

Verſ. 8. τελέως. τελείως Flor. ſed ſuperſcriptum τελέως. — *Ibid.* πλέον. πλεῖον Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 8.

Verſ. 9. δευτέρα δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ. — „Hujus Verſ. 9.
Eribani, vel, ut infra, [cap. 92, 1.] *Eribiani*, nec vola uſquam nec veſtigium. Vnde, conſiderata ratione itineris Hannibalici, hunc collem a Livio *Calliculam* Cluverus vocari dicit, nec deterritus immenſo inter nomina diſcrimine, an τὸν Καλικόλαν ſcripſerit Polybius, quærit, lib. IV. Ital. cap. 5. [p. 1174.] Mihi a primo conſpectu difficile non fuit ſuſpicari Τρηβανοῦ vel Τρηβιανοῦ. Quod poſtquam cum patre communicaveram, vidi L. Holſtenium aſſentiri Camillo Peregrino, legenti Τρεβιανοῦ, [vel Τριβιανοῦ,] qui addit, fuiſſe poſt jugum illud montis oppidum *Trebiam*, quod adhuc nomen ſervet, a ruſticis *Tregla* vulgo appellatum, ubi quam plurima vetuſtatis exſtent monumenta.“ GRONOV. — Conf. Cellarii Geogr. Antiq. lib. II. c. 9. p. m. 856. *Trifanum* ſuſpicatus eſt Reiſkius, aut *Formianum* & *Formianos colles*: ſed hæc loca ad mare, aut verſus mare ſunt; Polybius autem de viis, quæ ex mediterraneis patent, loquitur. An viam, quæ *ex Latio* Capuam ducit, hoc loco dixerit, dubitari poteſt. Videtur potius omnes tres vias ab ea fere parte Italiæ venientes dicere, in qua tunc erat Hannibal, ut per unam earum penetrare Capuam poſſet. Sed illud miror, quod omnes, qui in hunc Polybii locum ſunt commentati, pro comperto ſumſerint, locum eum, qui nunc per verba ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ deſignatur, eumdem eſſe, qui deinde Ἐριβιανὸς λόφος dicitur; cum tamen h. l. via, quæ *e Samnio* Capuam ducit, diſerte diſtinguatur ab ea, quæ ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ eodem ducit; deinde vero Hannibal dicatur *ex Samnio* verſus Capuam profectus κατὰ

τὸν

Verſ. 9. τὸν Ἐριβιανὸν λόφον. Quibus verbis inter ſe collatis adparere videtur, diverſa iſta eſſe loca: quænam ſint vero, definire equidem non auſim, nec ſubtilius nunc diſquirere vacat. Vide, an cogitari poſſit de collibus, Capuæ imminentibus, quibus *Fiſata* nomen; de quibus diſputavit Cluverus Ital. Ant. p. 1178 ſq. ſive de *Alliſis* oppido, & *Alliſano* tractu, juxta Vulturnum, in Campaniæ & Samnii confinibus, de quo conf. Cluver. p. 1195. Nam corrupta eſſe apud Polybium nomina iſta, quæ, in regione ſatis ceteroquin nota ac celebrata, nemo alius ſcriptor novit, dubitari vix poteſt. Ceterum omnino verba iſta δευτέρα δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ, quæ ex ſolo Bav. ſunt edita, ignorant codices Vat. Flor. & Perotti, & a prima manu codex Aug. & Reg. A. nam in his nonniſi in marg. a recentiori manu ſunt adſcripta.

Cap. XCII.

CAPVT XCII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀννίβας μὲν οὖν &c. Habet hæc, & quæ ſequuntur uſque cap. 94, 7. τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀνθρώποις, *Codex* VRBINAS in Eclogis; ubi Titulus huic Eclogæ in ora libri adjectus eſt hujuſmodi, Ἀννίβου ὁδοιπορία καὶ ἐπίνοια στρατηγική.

Ibid. κατὰ τὸν Ἐριβιανὸν λόφον. Sic codices omnes, excepto Vrb. in quo eſt Ἐριβιακόν. Cum ceteris codd. conſentit Perotti liber. Conf. ad cap. præced. vſ. 9.

Ibid. Οὔλθυρνον. Cum Ἄθυρνον darent ſcripti & editi, *Vulturnum* quidem, ut res ipſa docebat, intellexit Cluverus p. 1094. ſed collato Servii loco ad Aeneid. lib. X. (ubi Capuam urbem, quam Vulturnus adfluit, a Thuſcis olim, quorum illa urbs fuerat, *Aliternum* vel *Alternum* vocatam fuiſſe ſcribit) ſuſpicatus eſt vetus nomen Vulturni fluvii *Althurnum* fuiſſe, idque a Polybio ſervatum, apud quam Ἄλθυρνον corrigendum cenſuit. Sed levi fundamento iſta nititur conjectura: &, quandoquidem emendatione opus erat, malui equidem uſitatum nomen tenere, & Οὔλθυρνον corrigere, quod & Gronovius in Notis ad

h. l.

h. l. suasit. Notum est, persæpe a librariis nomina propria literis initialibus esse truncata, quæ minio adpingi ceteris jam scriptis debuerunt. Si quis ergo librarius pro Οὔλθυρνον vel Ὄλθυρνον, λθυρνον scripsit, in promtu erat, ut alius Ἄθυρνον inde exsculperet. Adcurate græce scriptum nomen Οὐολτουρνος vel Οὐουλτοῦρνος est, quemadmodum apud Strabonem & Dionys. Halic. editur. Literam T in nomine proprio cum Θ esse permutatam, nemo mirabitur. Eadem litera Θ in hoc nomine Plutarchus usus est in Fabio p. 177. ubi ceteroquin magis etiam corrupte ὁ Λοθρόνος ποταμὸς vulgo legitur. Vers. 1.

Ibid. ὃς σχεδόν. Temere & invitis msstis ὡς σχεδὸν ed. 2. — *Ibid.* διαιρεῖ recte edd. cum Bav. & Vrb. cf. II. 14, 5. Sic rursus VII. 4, 2. δίχα διαιρεῖ τὴν ὅλην Σικελίαν. In διαιρεῖται cum Vat. & Flor. convenire debuerant Aug. & Reg. A. in quibus corrupte θεωρεῖται scribitur. Sed nec ipsum διαιρεῖται satis commodum hoc loco. Est enim διαιρεῖσθαι *dividere inter se*, ut loco modo citato VII. 4, 2. διελέσθαι τὰ κατὰ τὴν νῆσον. Pro δίχα, διχᾶ habet Vrb.

Vers. 2. πρὸς τὴν Ῥώμην. πρὸς Ῥωμ Flor. Aug. Reg. A. Vers. 2.

Vers. 3. καὶ οὕτω δὲ bene habet. Acciperem τοσούτῳ δὲ, si darent libri. Vers. 3.

Vers. 4. ἐν καλῷ τοὺς πολεμίους ἀπειλῆφθαι, *loco opportuno hostem esse deprehensum:* magis ad verbum, *interceptum.* Vers. 4.

Vers. 5. Φάβιος δέ. Correxit Obsopœus, & sic scripti libri excepto Bav. in quo perperam est Φλαμίνιος δέ. — *Ibid.* συνυπεκρίνετο. Temere συνυπέκρινε ed. 1. & inde Reg. B. C. Vers. 5.

Vers. 6. τοῖς αὐτῶν συμμάχοις. Sic recte edd. & αὐτῶν Bav. Perperam τοῖς αὐτοῖς συμμάχοις Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τῶν ὑπαίθρων. καὶ ὑπαιθρ. ed. Ernest. operarum errore. Vers. 6.

Vers. 8. ἄσπετον πλῆθος. Vtrumque vocab. poëticum est, ἄσπετον & ἄπλετον, sed illud vix umquam Vers. 8.

pro-

Verf. 8. profaicis fcriptoribus ufurpatum; hoc & aliis frequentatum, quos laudat Abrefch. ad Hefychium, quibus & Plutarchus & Appianus adnumerandi funt, & ipfi Polybio noftro III. 100, 8. IV. 75, 1. Quare minime equidem repugnabo, fi quis ἄπλετον h. l. in contextum receptum maluerit. In ἄσπετον tamen cum Bav. confentire videtur Vrb.

Verf. 9. *Verf.* 9. ποιήσασθαι. ποιήσεσθαι Bav. fed fuperfcr. litera α. — *Ibid.* ἀλλὰ καί. Carent καὶ Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verf. 10. *Verf.* 10. Φάβιος. Rurfus Φλαμίνιος Bav. — *Ibid.* κατανοῶν. καὶ κατανοῶν ed. 2 & feqq. cum Aug. & Reg. A. nefcio an & Vat. & Vrb. e quibus nulla varietas enotata eft. Delevi particulam cum Flor. & Bav.

Cap. XCIII.

CAPVT XCIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἤλπισεν. ἤλπιζεν Flor. fed fuperfcripta litera σ. — *Ibid.* ἀδηρίτως περισύρειν. Refpexit hunc locum Suidas in Ἀδήριτος; quamquam mutatis paululum verbis ἀδήριτον περισυρεῖν habet.

Ibid. ὡς δὲ τὸ πολὺ καὶ τοῖς ὅλοις πέρας ἐπιθήσειν. Nefcio an fatis recte latine reddiderim: *fed fimul etiam maximæ parti totius belli finem impofiturum.* Scio, ὡς τὸ πολὺ aliâs *plerumque, utplurimum*, denotare. Sed id quidem huic loco nullo modo convenit. Ac fortaffe haud incommode vim dictionis græcæ (cujus quidem aliud in eamdem fententiam exemplum non habeo in promtu) Cafaubonus expreffit his verbis, *fed fi fortuna magis fecunda adfpiraret:* ut vis illius dictionis intelligatur hæc effe, *fi multum eft*, id eft, *fi res bene cadit, quin immo, immo fortaffe.* Sed expeditior certiorque fere ratio videtur, ut ὡς δὲ τὸ πολὺ ad ἤλπισεν referamus, hac fententia, *multum vero etiam*, vel, *maxime vero etiam* (pofitivus τὸ πολὺ notione fuperlativi) *fperabat, toti bello finem fe impofiturum.* Poft ὡς δὲ τὸ πολὺ commode intercidunt orationem Bav. & Aug.

Verf.

Verf. 2. τοῖς διαβουλίοις. Temere ταῖς διαβουλίαις ed. 1. & Reg. B. C. — *Ibid.* διανοούμενος recte edd. ex Bav. Mendose διαγενόμενος Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. ἐκ τῶν εἰκότων. Pauca verba ex hoc loco retulit Suidas in Εἰκότα. Verf. 2.

Verf. 4. τὸν ἐπὶ τῶν λειτουργ. τεταγμ. Ἀσδρούβαν. Cf. cap. 66, 6. *ministeriis militaribus præfectum.* — *Ibid.* ἐκλέξαντας. — „Intelligere potes λειτουργούς· puto tamen scribendum ἐκλέξαντα." GRONOV. — Nil urget, ut librorum scripturam deseramus. — *Ibid.* ἐκ πάσης τῆς λείας. λειτουργίας Bav. & inde ed. 1. 2. quod ex λειτουργιῶν, quod paulo ante præcessit, temere repetitum videtur; nec tanti erat, ut defendi debuerit a Reiskio. Livius XXII. 16. *sarmenta præligantur cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter ceteram agrestem prædam agebat. Domiti* boves sunt ἐργάται βοῦς, quos Polybius dicit. Verf. 4.

Verf. 5. τῆς αὐτοῦ στρατ. αὑτοῦ Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐκέλευε προσελαύνειν. ἐκέλευεν ἐνεργῶς προσελαύνειν ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & deinde omittunt ἐνεργῶς. — *Ibid.* τοὺς βοῦς. τὰς βοῦς hoc uno loco ed. 1. 2. 3. 4. & Reg. B. C. ex Bav. Correxit Ernestus: & τοὺς dant ceteri codices omnes. — *Ibid.* τὸ παράγγελμα. Temere articulum omisit ed. 1. Verf. 5.

Verf. 6. μετὰ δὲ τοῦτο. μετὰ δὲ τοῦτον ed. 4. 5. operarum errore. Verf. 6.

Verf. 7. τὰς λαμπάδας. τὰς perperam carebant editi, errore ex ed. 2. propagato. Verf. 7.

Verf. 8. πρὸς τὰς ἀκρωρ. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrfini codex. Perperam παρὰ τὰς ἀκρωρ. edd. & Reg. B. C. ex Bav. Verf. 8.

Verf. 9. Sex verba ἕως μὲν usque τοῖς desunt ed. 1. operarum errore. — *Ibid.* Rursus tria verba λάβῃ τὰ ζῶα temere omissa in eadem ed. 1. λάβοι dat ed. 2. invitis msstis. Verf. 9.

Ibid. συγκρούοντας. Casaubonus, *cum strepitu concurrentes.* Nec vero opus erat illo additamento, *cum strepitu.*

Verſ. 9. *pita*. Satis erat *concurrentes; congregantes ſeſe; colligentes, jungentes ſe*. Heſychius: *συγκρούει· συναθροίζει*. Pariter Suidas: Συγκρούειν· *συναθροίζειν*. Et hi quidem active; ſed neutraliter & reciproce uſurpat h. l. Polybius, quemadmodum & I. 50, 3. ubi quidem paulo diverſa notio *adlidendi*, *collidendi*, obtinet. *συγκροτοῦντας* h. l. voluit Scaliger, citra neceſſitatem.

Ibid. *πρὸς τὰς ὑπερβολάς*. *πρὸς* temere omiſit Bav. & cum eo ed. 1. Deinde *τὰς προσβολὰς* dat idem Bav. quod in *τὰς παραβολὰς* corruperunt ed. 1. 2. Reg. B. C. Verum reſtituit Caſaubonus ex Vrb. cum quo conſentiunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. & habuit etiam ed. 2. in marg.

Verſ. 10. *Verſ*. 10. *ἐπὶ δὲ τούτοις*. *δὲ* temere omiſerunt editi. Reſtitui ex msstis. — *Ibid*. *τοὺς ἱππεῖς* recte editum ex Bav. Ceteri codd. carent *τούς*. — *Ibid*. *καὶ τοὺς Κελτούς*. Adjeci *τοὺς* ex Aug. Poterat tamen h. l. abeſſe articulus, quem ignorant ceteri libri.

Cap. XCIV.

CAPVT XCIV.

Verſ. 4. *Verſ*. 4. *οἰσσάμενος*. *οἰσάμενος* Aug. & Suidas in Ἐκκυβεύειν, ubi citatur Polybii hic locus. Vide Odyſſ. K' 232 & 258. — *Ibid*. *κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν*. conf. cap. 89.

Verſ. 5. *Verſ*. 5. Κατὰ *δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον*. Κατὰ *δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν* Flor.

Verſ. 7. *Verſ*. 7. In *κατεσκέπτετο* conſentiunt omnes; nec opus eſt cum Vrſino in *ἐπεσκέπτετο* mutare. Poſt verbum hoc temere inſerebant *δὲ* ed. 1. 2. Reg. B. C. pro quo *δὴ* ponere ſuaſit Vrſinus. Sed recte Caſaubonus delevit particulam, quam ignorant codices veteres omnes. — *Ibid*. *πολλὴν ἀπορίαν παρεστακὼς ταῖς πόλεσι*. *παρεστηκὼς* ſolus Reg. B. Præterita compoſitorum verbi *ἵστημι*, quæ paſſiva, ſeu neutrali ſignificatione tantum non conſtantiſſime apud alios græcos ſcriptores uſurpantur, active paſſim frequentat Polybius. Sic *ἐφέστηκα deduxi*, *conſtitui*, X. 24, 2. XXII. 9, 1. *ἐφεστάκει*, *præfecerat*, X. 20, 5. Cujus

Cujus usus, rarioris quidem utique, exempla collegit ad hunc locum Reiskius, ex Aeschine Socratico in Axiocho c. 18. ex Philostr. p. 37, 14. & ex Diodoro Siculo T. II. p. 521, 14. ubi καθεστακέναι νεανίσκον ὑγιαίνοντα, pro καταστῆσαι. Notaverat hunc usum jam Budæus in Comment. Ling. græc. & ex eo Sylburgius ad Clenardi Institut. in Ling. græc. p. 505. Vers. 7.

Vers. 9. μὴ τοιαύτην ποιεῖσθαι &c. Citavit Suidas in Ἠλίκον, tacito auctoris nomine. Vers. 9.

Vers. 10. πρὸς τῷ παραβ. καὶ τῷ διακινδ. recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Suida in Παραβάλλεσθαι, & in Ὅλος καὶ πᾶς. Pro παραβάλλεσθαι temere βάλλεσθαι dant ed. 1 & 2. Vers. 10.

CAPVT XCV.

Cap. XCV.

Vers. 2. Ἀσδρούβας. Ἀσδροῦβας constanter scribunt Aug. & Reg. A. Sic & Ἀσδροῦβαν cap. 96, 1. &c. — *Ibid.* Ἀμίλκαν. *Himilconi* traditam eam classem Livius ait, XXII. 19. ut jam monuit ad h. l. Gronovius. Vers. 2.

Vers. 3. ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς δυνάμεσι καταζεῦξαι πρὸς τὸν Ἴβηρα. Minus recte factum intelligo, quod καταζεῦξαι cum Casaubono *conjungere* interpretatus sum. Monuerat jam Gronovius, & confirmavit Ernestus in Lexico Polybiano, καταζεῦξαι ταῖς δυνάμεσι esse *considere cum copiis aliquo loco;* cui oppositum est ἀναζεῦξαι, *castra movere, proficisci.* Verte igitur: *habens in animo, cum utroque exercitu ad Iberum amnem residere.* Vers. 3.

Vers. 4. κατὰ γῆν. Iungendum utrumque καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, Livius suadet l. c. ubi, cum de Pœnorum duce dixisset, *profectus navibus prope terram, exercitum in litore ducebat*, &c. mox subjungit: *Cn. Scipioni primo idem consilii fuit.* Monuerat de hac emendatione jam Casaub. in ora Basil. Vers. 4.

Ibid. τὴν ἀπάντησιν. Articulum, quem temere omiserat ed. 2. & sequentes, revocavi ex ed. 1. & msstis.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ταῤῥάκωνος. Sic Flor. Ταῤῥακῶνος Vat. Aug. Ταράκωνος h. l. edd. cum Bav. Reg. A. B. C. Conf. ad III. 76, 12.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ἀννιβιακὸν adſcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ἀννιβαϊκὸν h. l. edd. ex Bav. Vide ad I. 3, 2.

Cap. XCVI. CAPVT XCVI.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. σημηνάντων. σημανόντων Vat. Aug. Reg. A. puto & Flor. — *Ibid.* παρήγγελλον. παρήγγελον Flor. — *Verſ.* 2. πρὸς τὸ κλίνειν. Temere aberat πρὸς ed. 1. 2.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ὡς ἔβλαψε perſpecte correxit Caſaub. cum Scaligero. ὡσεὶ βλάψαι mendoſe ed. 1. 2. cum msstis. ὅσον ἔβλαψε correctum eſt in codice Voſſiano.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τοὺς ταρσούς. τοὺς deeſt h. l. ſoli Aug. — *Ibid.* εἰς τὴν γῆν. εἰς γῆν ed. 1. conſentientibus msstis, excepto uno Aug. e quo articulum adſcivit editor Baſileenſis. Mox vero *verſ. ſeq.* idem Aug. temere omiſit vocab. ναῦς.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὑπερβαλλούσης corrigere juſſit Reiſkius; & ſic dederunt Vat. & Flor. ὑπερβαλούσης edd. cum ceteris codd.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. κυδεστέρας. ἐπικυδεστέρας aliâs uſurpat; (veluti ſtatim cap. 98, 3.) & ſic haud dubie hoc pariter loco ſcripſit, ut monuit Erneſtus, in Lex. Polyb.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. καὶ τὸ μέν. A Polybio profectum videtur αἰ τὸ μέν. — *Ibid.* Πίσας recte Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. Πίσσας edd. cum Bav.

Verſ. 10. *Verſ.* 10 Temere poſt ἀναχθέντων repetunt τῶν ed. 1. 2.

Verſ. 12, 13. *Verſ.* 12. τῆς Σικελίας. τῷ ante hæc verba delere juſſit Vrſinus: recte. Et ignorant Vat. Flor. Reg. A. — *Ibid.* ἐπὶ τὴν τῶν. τὴν temere aberat ab edd. Adjeci ex msstis. Rurſus *verſ.* 13. τὸ ad πολισμάτιον invitis msstis omiſerant editores.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. συνορμίσας. Perperam συνορμήσας ed. 1. 2. cum Bav. ſed in hoc duo puncta ſuper η indicabant, ſcribendum

bendum fuiſſe συνορμίσας. — *Ibid.* αὐτὸς ἀνεκομίσθη. αὐτὸς μὲν ἀνεκομίσθη Flor.

CAPVT XCVII.

Cap. XCVII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ναῦς εἴκοσι. *Triginta* vulgo editur apud Livium XXII. 22. ſed & ibi duo codices Drakenborchii XX habent. — *Ibid.* Σκιπίωνα recte ed. 2 & ſqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Σκηπίωνα ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* ἐξαπέστελλον Vat. Aug. Reg. A. ἐξαπέστελον Flor. — *Ibid.* Γναΐου. Temere Γναίου ed. 1. 2.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. χεῖρας dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sic χειρῶν πλῆθος cap. 89, 9. ubi conf. loca in Notis citata. Vocabulum iſtud omiſit h. l. Perottus. — *Ibid.* ἀντιποιήσωνται. Perperam ἀντιποιήσονται edd. cum ſolo Bav. Iidem tamen cum eodem mox συνεπίθωνται in ſubjunct. habent.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἀπὸ τῶν πολεμ. Perperam ἀπὸ deeſt Flor. — *Ibid.* ἐκ τῆς θαλάττης. Ignorant τῆς Vat. Flor. Aug. Reg. A. & codex Vrſini, non male.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ὁμοῦ γάρ. Sic editum ex Bav. ὁμοῦ δὲ Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrſin. quod Polybio reſtituendum videtur; & ſic jam viſum erat Reiſkio, qui ex ſolo Aug. illam lectionem cognoverat. — *Ibid.* Inter ποιεῖσθαι & τὸν παράπλουν incommode καὶ interſeruerat ed. 2. cum Aug. Vat. Flor. Reg. A. Delevit rurſus Caſaubonus.

CAPVT XCVIII.

Cap. XCVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. εἰς τὴν Ἰταλίαν. τὴν ignorant Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Vrſin. — *Ibid.* Cum mendoſe ed. 1. ἐπίστησε haberet pro ἠπίστησε, parum feliciter inde ἐπέστησε fecit Reg. B.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ἴβηρ Ἀβίλυξ. Mendoſe Aug. & Reg. A. a pr. manu Βηραβίλυξ. Atque id cap. 99, 4. conſulto repetit Aug. τὸν Βηραβίλυγα pro τὸν Ἀβίλυγα. — *Ibid.* πολύ τι Polybianum eſt. Apud Suidam, qui hunc locum citat in Περίστασις, temere πολύ τε legitur in ed. Küſteri; recte vero πολύ τι habet editio Mediol.

Verf. 4. *Verf.* 4. *παρασπονδήσας*. Mendofe *παρασπονδῆσαι* folus Aug. Idem perperam *ἐγχειρῆσαι* pro *ἐγχειρίσαι*.

Verf. 5. *Verf.* 5. *ὑπ' Ἀσδρούβου*. Sic Bav. & ceteri veteres codd. *ὑπ' Ἀσδρούβα* edd. & Reg. B. C. — *Ibid. ἐστρατοπέδευε*. Temere *ἐστρατοπέδευσε* ed. Cafaub. & feqq.

Verf. 8 fqq. *Verf.* 8. *ἐκκαλέσασθαι*. *ἐκκαλέσεσθαι* fcribere jufferunt Scaliger & Reifkius; quod non eft neceffe, quamquam præceffit futurum *ἐκλύσειν*. Conf. Adnot. ad II. 64, 5. Sic recte & *verf.* 9. eft *ἐπισπάσασθαι*, & *verf.* 10. *ποιήσασθαι*, quæ & ipfa temere folicitata funt a viris doctis. *Eod. verf.* 8. *τὴν δὲ χάριν* reftitui ex msstis. Temere *τήν τε χάριν* edd. & Reg. B. — *Ibid. αὐτὸς γενόμενος χειριστής*. *αὐτὸν γενόμενον χειριστὴν* correxit Scaliger. Parum feliciter. Non modo ponere poffunt & folent Græci, & inprimis Polybius, ifta ratione nominativum cum infinitivo, fed h. l. etiam neceffario requirebatur primus cafus, ut intelligeretur, ad Abilycem hæc, non ad Boftarem, effe referenda.

Cap. XCIX.

CAPVT XCIX.

Verf. 2. *Verf.* 2. *Παραγενόμενος*. *Παραγενηθεὶς* Vat. Aug. Reg. A. Ex Flor. nulla notatur varietas. — *Ibid. συστρατευομ.* Temere fimplex *στρατευομένων* Aug. Reg. A.

Verf. 4. *Verf.* 4. *ὑπερβολῇ προθυμίας* recte editum ex Bav. *ὑπερβολῇ προθύμως* Vat. Flor. Aug. Reg. A.. Mox rurfus mendofe *ὑπισχνούμενος* Aug. & Reg. A. pro *ὑπισχνουμένων*. — *Ibid. οἰκείαν*. Eadem fere, quæ hoc loco, varietas lectionis obtinet cap. 84, 11.

Verf. 8. *Verf.* 8. *παιδικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν*, Inferendam particulam *ἢ* monuerat etiam Cafaub. in ora Bafil. — *Ibid.* Perperam *ἐγκεχειρηκέναι* Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid. ἐπεπτώκει κινδύνους*. Sic ed. 2 & feqq. cum Aug. & aliis. *κινδύνους ἐπεπτωκ.* ed. 1. ex Bav. *εἰσεπεπτώκει* maluerat Reifkius.

Verf. 9. *Verf.* 9. *συνεργήματος* dedit Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ora cod. Bav. Minus recte *εὐτυχήματος* edd. quod habet

bet Bav. in contextu. Sed alteram lectionem in ora tamen consignarunt ed. 1. 2.

CAPVT C.

Cap. C.

Verf. 1. ἀπελίπομεν. ἀπελείπομεν folus Reg. A. — *Ibid.* κατασκόπων recte editum ex Bav. παρασκόπων Vat. Flor. Aug. Reg. A. fed in hoc fuperfcripta altera lectio. Mox pro σῖτον iidem codd. mendofe εἰς τὸν habent. Verf. 1.

Ibid. Λουκερίαν, & mox Λουκερίας, cum Vrfino correxit Cafaub. ut habent codices omnes cap. 88, 5. Λουκαρίαν h. l. & mox Λουκαρίας vetus eft error, qui jam obfederat codicem, quo ufus Stephanus Byzantinus eft, apud quem pro Λουκαρία ipfe Polybius auctor citatur. Sed gentile tamen apud eumdem Stephanum Λουκερῖνος per ε effertur.

Ibid. Γερούνιον. Sic & Stephanus, tacito quidem Polybii nomine. *Geryonem* veteres editiones Livii habent, recentiores *Geronium*, XXII. 18. 24. 39. Præter Geographos, confer Criticos ad Liv. XXII. 18. & Palmerium ad Appiani Hift. Annibal. cap. 15. Tom. III. p. 356. noftræ edit.

Verf. 2. παρὰ τὸ Λίβυρνον ὄρος. — „Quæro quis ille fit *mons Liburnus* in hac regione.“ REISKIVS. — Et ego quæfivi, &, cum nihil invenirem, miratus fum, quam callide intactum hunc locum tranffiluerint ceteri Commentatores. Nunc fufpicor, latere fub ifto nomine *Taburnum* montem, prope Caudium in Samnio, de quo vide Cluverum p 1197 fq. Itaque παρὰ τὸ Τάβυρνον ὄρος fuerit fortaffe refcribendum. Verf. 2.

Verf. 3. διακόσια στάδια ed. 2 & feqq. cum Aug. & aliis. στάδια διακόσια ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* διὰ λόγων. Cum διὰ omiffum effet in ed. 2. λόγῳ correxit Scaliger. Sed is error proprius eft ei editioni, & in διὰ λόγων confentiunt codices. Verf. 3.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. οἰκίας. Temere οἰκείας ed. 1. 2. — *Ibid.* σιτοβολίοις. Citat hunc locum Suidas, hac ipſa voce. Temere σιτοβολίαις ed. 1. 2.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. γενόμενος recte edd. cum Bav. Vat. & Flor. γινόμενος Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἀπὸ τούτων adſcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sic & Perottus, *his peractis.* Monuit etiam Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 128, 18. Perperam ἐπὶ τούτων edd. ex Bav. — *Ibid.* ἐξέπεμπε. ἐξέπεμψε minus recte ſolus Aug. ſed ab ead. manu ſuperſcr. π.

Ibid. τακτὸν ἀναφέρειν μέτρον ἕκαστον τοῖς ἰδίοις, ἐπιβολὴν τοῦ τάγματος τοῖς προκεχειρισμένοις ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν ταύτην. Vocabulum ἕκαστον dubitari poteſt, utrum *unumquemque militem* denotet, an ad μέρος ſit referendum & denotet *quamque ex duabus illis partibus.* Sed verius videtur, ut priori modo accipiamus. ἡ ἐπιβολὴ idem eſt ac τὸ ἐπιβάλλον, *rata, contingens, competens portio.* τὸ τάγμα eſt *ordo, manipulus militum:* ſed poteſt etiam eſſe *major quicumque numerus militum, cohors, legio, agmen;* poteſtque adeo h. l. ſignificare unam ex eiſdem duabus partibus exercitus, quæ frumentatum quotidie emittebantur. Priori modo ſi accipimus, hæc erit ſententia: *juſſit, ut quiſque definitam portionem referret, nempe tantam, quanta competit quotidie ſuſtentando uni manipulo.* Altero modo: *ut quiſque definitam portionem referret, pro portione ſcilicet, quæ toti cohorti imperata erat.* Poſt τοῦ τάγματος autem *comma* repoſitum velim, quod jam Caſaubonus interſeruerat, nec tolli a nobis debuit: nam incommode factum intelligo, quod hæc verba ἐπιβολὴν τοῦ τάγματος cum ſequentibus copularim, &, ni vis inferatur verbis, vereor ne non inſit illis ſententia, quam in verſione latina expreſſi. In quem errorem a REISKIO induci me paſſus ſum, qui, quamquam diverſa ſententia, tamen pariter ſublato commate iſta conjunxit, & ait, ἐπιβολὴν τοῦ ταγμ. &c. „idem eſſe, ac ſi dixiſſet ἐπιβεβλημένον (hoc eſt ἐπιτεταγμένον ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου) τοῖς ἐξ ἑκάστου τάγματος προκεχειρισμένοις εἰς τὴν

τοῦ

τοῦ σίτου οἰκονομίαν.“ Quæ ſic ille interpretatus eſt: „*binas quotidie partes copiarum frumentatum caſtris emittebat Hannibal, cum mandatis, ut unaquæque pars ad ſuos referret certam frumenti menſuram, tantam puta, quanta eſſet imperata & ad præſtandum quotidie præſcripta cujuſque legionis vel cohortis adminiſtratoribus vel diſpenſatoribus annonarum.*“ — Imo vero, τοῖς προκεχειρισμένοις ab ἀναφέρειν pendet, ſive directe & ſimpliciter, *ut deferrent ad adminiſtratores;* (ſic nempe τοῖς ἰδίοις intelligendum fuerit, *ſuis, pro ſuis, ſuorum in uſum;*) ſive per adpoſitionem jungendum cum τοῖς ἰδίοις, ut definiatur qui ſint illi ἴδιοι, *ad ſuos; ad eos, inquam, qui adminiſtrandis annonis erant præpoſiti.* Caſaubonus, cum græca, in quibus nihil quidquam variant libri, ſic edi curaſſet, τοῖς ἰδίοις * ἐπιβολὴν τοῦ τάγματος &c. verſionem latinam haud incommodam adjecit hujuſmodi: *dato omnibus mandato, ut certam quotidie menſuram ſuæ legionis quiſque frumentariis ad id miniſterium delectis adveherent.* Ad græca autem in ora Baſil. hæc notavit: „Hæc verba nihil ſignificant: nos rem diximus, & legimus σιτοβόλοις, vel potes legere σιτοβολεῦσι.“ — Verſ. 6.

Verſ. 8. τῆς ὥρας ἀκμ. Temere & imperite ſola ed. 2. τῆς χώρας ἀκμ. — *Ibid.* πρὸς τὴν συγκομ. Perperam πρὸς δὲ τὴν συγκ. Vat. Flor. & Reg. A. Verſ. 8.

CAPVT CI. Cap. CI.

Verſ. 2. τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν dederunt Flor. Aug. Reg. A. Sic & fuerat in Vat. ſed id dein eraſum, nec tamen aliud quid ſubſtitutum. — *Ibid.* προβεβλημένους edd. ex Bav. Simplex βεβλημένους habent Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod præferendum putavit Reiſkius. — *Ibid.* ἐπιστρέψας. Perperam ἐπιτρέψας ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid.* Vbi alii codices habent ἀκρωρειῶν, eraſum neſcio quid eſt in Vat. & ſuperſcriptum hic ἀκρωρειῶν. In Flor. vacuum eſt ſpatium, & abeſt prorſus hoc vocab. — Verſ. 2.

Ibid. κατὰ τήν. Caret κατὰ ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* κατατείνουσαν. παρατειν. Flor. sed superscr. κατα.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Λαρινάτιδος cum Vrsino correxit Casaub. Et sic Liv. XXII. 18. & 24. *in Larinate agro.* Mendose Δαρινάτιδος ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* Καλήλη editum ex Bav. Καλήνη Vat. Flor. Aug. Reg. A. Nomen omisit Perottus, nec habet Livius; nec ceteroquin cognitum.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀπὸ τῆς πόλεως. κατὰ τῆς πολ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ὃς εὐκαίρως. ὡς εὐκ. ed. 1. 2. temere & invitis msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐπιγεν. τῆς ἡμέρας. Omiserunt articulum eædem editt. 1. 2. invitis msstis. — *Ibid.* ἐξῆγε ex Reg. B. adscivit Casaubonus: recte. Aliud est ἐξαίρειν παντὶ τῷ στρατοπέδῳ, II. 23, 4. XVIII. 2, 3. ἐξαίρειν cum accusativo casu ea notione non invenitur.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. διὰ τὴν ἀντιστρατοπεδείαν. διὰ μὲν τὴν ed. 2 & sqq. cum Aug. & Reg. A. Delevi importunam particulam cum Bav. & Flor. Ex Vat. tamen nil notatum video. τὴν ad ἀντιστρατ. caret ed. Ernest. operarum errore. ἀντιστρατοπεδίαν ed. 1. 2. invitis msstis. — *Ibid.* ἐπ᾽ αὐτὸν editum est ex Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν. Conf. cap. 92, 8 sq. — *Ibid.* μή τε τὴν λείαν. τὴν caret Aug. — *Ibid.* ὡς πλεῖστον recte dederunt Vat. Flor. Aug. Vrs.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. συντάγματι ex Aug. primus recepit editor Basil. & consentit Reg. A.

Cap. CII.

CAPVT CII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐξέταξε dedit Vat. & Flor. Mendose ἐξέταζε ed. 1. 2. cum ceteris msstis. Id in ἐξήταζε mutavit Scaliger; in ἐξέταττε Casaub. & hoc tenuerunt sequentes editores. Conf. II. 28, 7.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. μεγίστην. In μεγάλην cum aliis consentit Vat. Conf. III. 59, 4. — *Ibid.* ἀντεξάγειν. ἀντεξετάζειν solus Aug.

Verſ.

Verf. 4. ὥστε καὶ διασπᾶν &c. — „Forte ὥστε καὶ πολιορκεῖν τοὺς Καρχηδονίους καὶ μονονουχὶ διασπᾶν τὸν χάρακα." REISK. Verf. 4.

Verf. 7. τότε δὲ Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. — *Ibid.* ἀπετρίψατο corrigendum monuit Wesseling. ad Diodor. T. II. p. 6. tum Reiſkius & Erneſt. Frequenter iſta confunduntur a librariis. — *Ibid.* τὸν ἐνεστῶτα ex Aug. recte recepit ed. 2 & ſeqq. conſentientibus Vat. & Flor. Mendoſe τὸν ἑστῶτα ed. 1. cum Bav. & Reg. A. Verf. 7.

Verf. 10. Ante μὴ καταλαβόμενοι inſerunt καὶ ed. 1. 2. temere & invitis msstis. — *Ibid.* ἐπὶ τῷ Γερουνίῳ Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ora Bav. Verf. 10.

Verf. 11. Quinque verba οἱ δὲ Ῥωμ. τἀναντ. θαῤῥαλ. deſunt Aug. a pr. manu & Reg. A. Verf. 11.

CAPVT CIII. Cap. CIII.

Verf. 2. ἀπραγίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. itemque Perottus, qui *ſegnitiem* vertit. Monente Vrſino correxit Caſaub. δυσπραγίαν ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Verf. 2.

Verf. 3. ηὖξον correxi cum Scaligero & Reiſkio. Mendoſe ηὔξων edd. & mssti. Verf. 3.

Verf. 5. Τῷ δὲ Μάρκῳ recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. monente etiam Reiſkio. Perperam γὰρ pro δὲ dant edd. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* παραβάλλεσθαι recte edd. cum Bav. Mendoſe παραλάβεσθαι Vat. Hinc παραλαβέσθαι Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* καὶ, quod ignorant ed. 1. & 2. cum msstis omnibus, recte ante κατατολμᾶν inſeruit Caſaubonus cum Scaligero. Conf. ad III. 23, 3. Verf. 5.

Verf. 6. ἠλοιωμένος. Citat hunc locum Suidas, hac voce. — *Ibid.* βεβαιότερον recte ed. 1. cum msstis. Temere βεβαιώτερον per ω ed. 2 & ſeqq. Verf. 6.

Verf. 7. ἐκπεφυσημένον recte ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Aug. Reg. A. Flor. neſcio an Vat. Sic & Suidas, citans hunc locum ad hanc ipſam vocem. ἐκπεφυσασημένον ed. 1. 2. cum Bav. Verf. 7.

Verf. 7. *Ibid.* πληθύνοντα edd. ex Bav. Quæfivit ex me Vir doctus, annon πληθύοντα? Puto, quod fciret, πληθύνειν activa notione, πληθύειν neutrali, folere ufurpari. Sed πληθύνειν *neutrali fignificatione* (quamquam non eadem, qua hoc loco) & alii auctores ufurpant, & in his S. Lucas in Actis Apoftol. 6, 1. & interpres græcus Exod. 1, 20. & apud Polybium V. 44, 11. duo codices πληθύνοντα pro vulgato πληθύοντα habent. πλύνοντα, quod h. l. eft in Aug. & aliis, ex πολὺν ὄντα corruptum fufpicatus erat Reifkius, quod ipfe quidem præ vulgata languere judicaverat, ego vero minime fpernendum putaverim. — *Ibid.* πρὸς τὸ διακινδυνεύειν. In πρὸς τῷ cum Aug. Reg. A. & Flor. confentit Vat. Et hoc ipfum probabile facit, debuiffe illos πολὺν ὄντα dare; quandoquidem iidem εἶναι πρός τινι, non πρός τι, folent ufurpare: πληθύνειν autem, fi modo vera fcriptura, non tam commode cum πρός τινι, quam cum πρός τι, conftrui poffe videtur. Atque equidem, fi res integra effet, lubens refcriberem καὶ καθόλου πολὺν ὄντα πρὸς τῷ διακινδυνεύειν. Simillima ratione cap. 94, 10. dixerat, πρὸς τῷ διακινδυνέυειν ὅλος καὶ πᾶς ἦν.

Ibid. αἵρεσιν αὐτῷ προὔτεινε. Non a Fabio propofitam optionem, fed a Minucio, ait Livius XXII. 27. ut jam monuit Reifkius.

Ibid. κατὰ μέρος, *per vices, alternis vicibus.* Id aliâs ἀνὰ μέρος eft, vel ἐν μέρει, vel παρὰ μέρος, quemadmodum in hac ipfa hiftoria habet Plutarch. in Fabio, p. 180. Φάβιος καταλαβὼν τὸν Μινούκιον τετυφωμένον καὶ παρὰ μέρος ἄρχειν ἀξιοῦντα. Sed κατὰ μέρος eadem notione defendit Reifkius ex Demofth. Olynthiaca fecunda fub fin. Adde Thucyd. III. 49. (quem locum laudavit Hoogeveen ad Vigeri Idiotifm. cap. 3. fect. 7. Reg. 2.) ubi κατὰ μέρος pariter exponitur *per vices*, & fchol. κατὰ διαδοχὴν μερικήν.

Verf. 8. *Verf.* 8. Verba ἀλλήλων ufque σταδίους defunt ed. 1. & Bav.

CAPVT

CAPVT CIV.

Verſ. 1. Ἀννίβας δὲ τὰ μὲν ἀκούων &c. Habet hæc Codex VRBINAS in Eclogis, uſque cap. 105, 10. τοῖς ὑπὸ τούτου παρηγ[γ]ελμένοις. — *Ibid.* ἤδη τήν τε. ᾔδει ex Reg. B. ediderat Caſaub. & ſeqq. conſentientibus Aug. Reg. A. & Flor. Sed quum editio 1. 2. cum Bav. (puto & cum Vrb. & Vat.) ἤδη darent, ᾔδη cum jota ſubſcripto ſubſtitui. Quod factum nollem. Veriſſima eſt ſcriptura codicis Bav. quæ nude ac ſimpliciter tenenda erat, ſublato commate, quod cum Aug. poſui poſt πραττομένων. Reſcribe igitur τὰ δὲ θεωρῶν ἐκ τῶν πραττομένων ἤδη, *partim vero jam nunc ex eis, quæ agebantur, videns.* Poteſt etiam haud incommode poſt ἤδη reponi comma, quemadmodum habet idem Bav. & ed. 1. 2. Decepit Caſaubonum & librarios, qui ᾔδει ſcripſerunt, particula διόπερ, quæ *verſu* 2. ſequitur; a qua cum novam incipi periodum putarent, requiri hoc loco verbum finitum exiſtimarunt. At illa particula διόπερ non incipit novam periodum, ſed ſequentem orationem cum præcedenti connectit, ac velut apodoſin format. Conf. Adnot. ad I. 82, 13. & loca ibi citata. Itaque *pro majori & inferiori puncto*, quod cum aliis editoribus *poſt* Μάρκου poſuimus, *punctum ſuperius*, quod *minorem* indicat *orationis diſtinctionem*, fuerit reponendum.

Verſ. 2. κατ᾽ αὐτοῦ. Sic cum editis & Bav. habet Suidas, qui citat hunc locum in Πρὸς αὐτοῦ. In καθ᾽ αὐτοῦ cum aliis codd. convenit Vat. ſed iidem in πρὸς αὐτοῦ nihil mutant. — *Ibid.* ἐγίγνετο dedit Aug. ἐγίνετο edd. cum ceteris. ἐγένετο Suidas. Sed præferendum tempus imperfectum. — *Ibid.* αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. Temere αὐτοῦ μὲν ὁρμὴν ed. 2.

Verſ. 3. καταλαβεῖν ταύτην. αὐτὴν ſolus Aug. — *Ibid.* κατορθώματος caret ed. 1. invitis mſstis.

Ibid. βοηθῶν. βοηθεῖν ſimpliciter *adcurrere* nunc denotat; non, *auxilio venire.* Sic ſæpe παραβοηθεῖν, velut cap. 93, 9. & 94, 1. — *Ibid.* Poſt ἐκ χειρὸς *deletum comma*

comma malim cum Aug. & poſt ἐπιβολὴν repoſitum, ubi ponunt Bav. & Aug. ut conjungantur βοηθῶν ἐκ χειρὸς πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν, *e veſtigio adcurſurum ad obſiſtendum huic conatui.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῶν περὶ τὸν λόφον. τῶν h. l. temere carent ed. 1. 2. Et παρὰ non minus temere dat ed. 2. pro περί.

Ibid. εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὑποβολάς. — „ὑπερβολὰς, *juga montis*, non videtur hic ſatis convenire. Num ὑποβολὰς, *loca cava, in quæ abſtrudi numerus hominum poterat?* ut paulo poſt, [cap. ſeq. *verſ.* 1.]" REISKIVS. Confidentior proponere iſtam emendationem vir perſpicax poterat: mihi ſane citra hæſitationem amplectenda viſa eſt. Livius XXII. 28. *In has latebras, quot quemque locum apte inſidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque.* Et mox ibidem, *in valle:* quod non congruit cum ὑπερβολάς.

Ibid. πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς. Satis mihi viſum eſt, abjicere conjunctionem, quam temere h. l. repetierant librarii. Reiſkius ſic legendum diſtinguendumque ſuſpicatus erat, ἀνὰ διακοσίους, καὶ τριακοσίους, καὶ πεντακοσίους, πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, *in aliis cavernis ducentos abdidit, in aliis trecentenos, in aliis quingentenos; & quingentenos quidem illuc miſit equites, levis autem armaturæ* &c.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὰ βαρέα. Temere & invitis msstis καὶ βαρέα, abſque τὰ, ed. 1. 2. — *Ibid.* ἑκάστων verum utique videtur. *Omnia ſimili modo atque antea adminiſtrans,* ſcil. levi, temerario, feroci auſu. Quo pertinent Livii verba: *dux ipſe inter ſtolidiſſimos ferociſſimosque - - vanis animis & minis increpat hoſtem.* Cum ἑκάστῳ eſſet in ed. 1. 2. ἑκὰς ſcribendum putaverat Scaliger.

Cap. CV.

CAPVT CV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. διαφαινούσης. διαβαινούσης ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid.* γεωλόφῳ edd. ex Bav. ut aliâs. γαιολόφῳ h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et in Bav. ſuper ε ſuperſcr. αι. — *Ibid.* ὑποβολή. — „ea *ſubjectio, abditio, abſtruſio* copiarum,

rum, quæ ab Hannibale facta erat nocte superiore." REISK. — Vide cap. 104, 4.

Verſ. 2. τοῖς ἐν τῷ λόφῳ recte edd. ex Bav. τοὺς ἐν τ. λ. Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἑπομένου δὲ κατὰ πόδας μετὰ τῶν ἱππέων αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως. Sic ed. I. cum Bav. Et intelligitur, αὐτοῦ non ab ἱππέων pendere, ſed ad ἑπομένου referendum, rejectum autem longius eſſe per uſitatam Polybio trajectionem verborum. Iſtud pronomen αὐτοῦ h. l. ignorant Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Quatuor autem codices, quos poſteriori loco nominavi, poſt κατὰ πόδας inſerunt αὐτῶν. Hinc edit. 2. & ſeqq. utrumque tenuerunt. Mihi, cum Reiſkio, ſatis viſum eſt, ſublato hoc αὐτῶν, tenere lectionem Bav. Contra Reg. B. omiſſo deinde αὐτοῦ, pro αὐτῶν h. l. αὐτοῦ ſubſtituit. Verſ. 2.

Verſ. 4. ἀλλὰ καὶ περὶ πᾶν. καὶ carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* συνεστήκει reſtitui ex veteribus msstis, qui in hoc conſentiunt. Sic & ed. 2. Sed συνεστήκει ed. I. & Reg. B. tum rurſus ed. Caſaub. & ſeqq. Verſ. 4.

Verſ. 5. τὸ γιγνόμενον. τὸ γενόμενον ed. 4. 5. invitis msstis. Verſ. 5.

Verſ. 6. περὶ τὰς σημαίας recte edd. ex Bav. σημείας. Vrb. Flor. Aug. Reg. A. B. ut aliâs frequentiſſime. Ex Vat. h. l. nulla varietas adnotatur. Verſ. 6.

Verſ. 9. τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας &c. Conf. I. 84, 6. — *Ibid.* κενοδοξίας. καινοδοξίας Vrb. Aug. Reg. A. Verſ. 9.

Verſ. 10. βαλόμενοι. βαλλόμενοι Aug. & cod. Vrſin. — *Ibid.* χάρακα πάλιν ἕνα πάντες. Reſtitui hoc ex vetuſtiſſimis codd. qui hujus ſcripturæ veſtigia clariſſima ſervarunt. πάλιν ἐνάπαντες Vrb. πάλιν εν ἅπαντες Vat. In Flor. eſt πάλιν ἅπαντες, interjecto vacuo ſpatio. Hinc deinde πάλιν ἅπαντες Aug. Reg. A. Bav. & ſic edd. — *Ibid.* ἐστρατοπέδευσαν ex Vrb. & ex ora ed. 2. recte recepit Caſaub. conſentientibus veteribus codd. omnibus, excepto Bav. e quo ἐστράτευσαν tranſiit in ed. I. 2. Verſ. 10.

Verf. 11. *Verf.* 11. καταληφθέντος λόφου recepi ex Vat. & Flor. Et id in verfione jam expreſſerat Caſaubonus, *collem quem occupaverant.* καταλειφθέντος edd. cum Bav. Aug. Reg. A.

Cap. CVI.

CAPVT CVI.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῶν ἀρχαιρεσιῶν. Sic plerumque hoc nomen codices Polybiani & editiones efferunt, ut primæ declinationis; ſed hoc quidem loco ſolus recentiſſimus omnium Reg. C. At poterat tamen altera forma, ἀρχαιρεσίων, quam h. l. ceteri omnes ſcripti & editi habent, teneri, quemadmodum tenui IV. 67, 1. IV. 82. 6. V. 8, 5. Nempe in aliis caſibus conſtanter in prima declinatione uſurpant hoc nomen; (vid. I. 8, 4. I. 52, 5. &c.) in genitivo variant. Et ſane perinde eſt: utrumque recte dicitur, αἱ ἀρχαιρεσίαι, & τὰ ἀρχαιρέσια. Et quamquam illud ex Atticorum idiomate, hoc ex communi Græcorum ſermone eſſe monet Mœris p. 10. tamen promiſcue utramque formam apud eoſdem etiam auctores uſurpatam videmus; velut apud Dionyſium Halic. apud Appianum, & alios.

Ibid. οἱ μὲν Δικτάτορες ἀπέθεντο τὴν ἀρχήν. Non nimis ſubtiliter iſtam magiſtratuum ſucceſſionem tradidit Polybius: nec opus erat, ut græcus ſcriptor, in popularium ſuorum gratiam ſcribens, anxie talia curaret. Dictatores iſti magiſtratu abierunt ante finem anni, priuſquam novi Conſules crearentur: & hujus anni Conſules, Cn. Servilius Geminus, & M. Atilius Regulus, (qui Flaminio erat ſuffectus) utrumque exercitum acceperunt. Deinde, cum novi Conſules vitio eſſent creati, Conſulibus illis prorogatum eſt in annum imperium; qui idem imperium deinde etiam tenuerunt, poſtquam Aemilius & Terentius ſunt creati. Vide Livium XXII. 31-34.

Verf. 2. *Verf.* 2. οἱ δὲ προϋπάρχοντες ὕπατοι. προϋπάρξαντες ſolus Aug. quod præferendum cenſuit Reiſkius. Nihil urget. Vide Adnot. ad τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι, I. 1, 1.

Ibid.

Idid. κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην, *pro ſuo arbitrio copias regebant.* Tempora confundit Polybius. Priuſquam creati eſſent novi Conſules, veteres illi ſuo nomine & pro ſuo arbitrio copias regebant: deinde vero, poſtquam novi Conſules inierant, Proconſules ex illorum ſententia (κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην) rem gerebant, ut recte deinde verſ. 9. ait. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὰς δυνάμεις. Verba τὰ κατὰ deſunt ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. Verſ. 1.

Verſ. 6. ἀντιπερίσπασμα. Laudat hunc locum Suidas, ad hoc ipſum vocab. Mendoſe ἀντιπέρασμα ed. 1. 2. cum Bav. Verſ. 6.

Verſ. 7. δ' ἐποιήσαντο. Cum δὲ ποιήσαντο operarum errore eſſet in ed. 1. propagatus error eſt per omnes editiones. Verſ. 7.

Verſ. 10. καὶ τὸ πλείω γράφειν adſcivi ex Flor. Aug. Reg. A. Puto & conſentire Vat. quamquam nil notatur in ſchedis. τὰ πλείω edd. & Reg. B. C. cum Bav. minus recte. Ad infinitivum γράφειν neceſſario requiritur articulus τὸ, τὰ autem ad πλείω nec deſideratur, &, ſi opus eſſet, facile intelligeretur. Verſ. 10.

Verſ. 11. μόνον deeſt ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* ἐδόκουν ἕκαστα χειρίζειν. ἕκαστα ἐδ. χειρ. ed. 1. & Reg. B. C. ex Bav. Verſ. 11.

CAPVT CVII. Cap. VCII.

Verſ. 1. ἀντιστρατοπεδεύοντες. Sic vett. codd. omnes. Temere ἀντιστρατοπεδεύσαντες ed. 1. Reg. B. C. quod in ἀντιστρατοπεδεύσοντες imperite mutavit ed. 2. Caſaubonus vero ex Reg. B. revocavit. — *Ibid.* ἐπετείων. ἐπετίων Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. τῆς Κάννης. Κάνναν, in ſingulari, nomen hujus oppidi uſurpat Polybius III. 117, 1. & IV. 1, 2. & V. 111, 8. Sed ἐν Κάνναις, pluraliter, XV. 7, 6. & περὶ Κάννας, XV. 11, 8. Verſ. 2.

Verſ. 3. Κανύσιον. Mendoſe Κανήσιον ed. 1. 2. Bav. Κανούσιον correxit Reg. B. Κανύσιον correxit Caſaub. & ſic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 3.

Verſ.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἔτει πρότερον ἑνί. Non diſſimulabo, ſuſpectam videri hanc ſcripturam. Non opus erat addito ἑνί. *Superiori anno* eſt τῷ πρότερον ἔτει, ut III. 114, 6. vel ἐνιαυτῷ πρότερον, ut III. 20, 2. Verius videtur id, quod habent ceteri libri, ἔτι πρότερον.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. διὰ τὸ κατὰ τὴν πέριξ εὐφυῶς κεῖσθαι χώραν. Mendoſa utique hæc eſt ſcriptura: ac jam pæne ipſe non video, cur non deleverim κατὰ cum Aug. & Reg. A. Nimirum, ut teneretur, ſuadebat ceterorum librorum (Vat. Flor. Bav. & codicis Vrſini) conſenſus. Sed ſic, alia parte peccatum fuiſſe, intelligendum erit: ac vel cum REISKIO corrigendum, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ κατὰ τῶν πέριξ εὐφυῶς κεῖσθαι τὴν χώραν, *ſed etiam, quod ſitus illius loci ad vexandos vicinos circa ſit peraccommodatus;"* — aut, minori etiam negotio & probabiliori ratione, διὰ τὸ κατὰ τῆς πέριξ εὐφυῶς κεῖσθαι χώρας, *quod adverſus circumjacentem regionem opportune ſita illa arx erat:* quam ſententiam in verſione cum Caſaubono expreſſi.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Perſpecte Οἱ δὲ ex ora Reg. B. adſcivit Caſaub. Sane, niſi plura quædam verba interciderunt, hæc ſaltem deſiderabantur: ac potuerant hæ literæ ΟΙΔΕ intercipi & velut abſorberi ab extremitate vocabuli præcedentis ΟΙΑΙΣ. — *Ibid.* συμβάλλειν. In συμβαλεῖν cum aliis conſentit Vat. nec id ſpernam equidem. — *Ibid.* Γναΐον recte edd. ex Bav. neſcio an & Vat. Γάϊον Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἀπέστελλον. ἀπέστελον ſolus Flor. ut ſæpe aliâs.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. κεχειρικέναι τὸν πρὸς Ἰλλυριοὺς πόλεμον. Vide III. 18. ſq. Mendoſe κεχειρηκέναι Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Προέθεντο Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſ. Mendoſe πρόθεντο ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. quod in προὔθεντο mutavit Caſaub. — *Ibid.* ὃ πρότερον οὐδέποτε. ὅπερ οὐδέποτε ſolus Aug. — *Ibid.* Verba χωρὶς τῶν συμμάχων deſunt ed. 1. & Bav.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. καθά που revocavi ex Bav. Flor. Aug. Reg. A. καθόπου Vat. Temere καθάπερ edd. — *Ibid.* καὶ πρότερον

πρότερον εἰρήκαμεν. Vide lib. I. c. 16. & II. 24. Adde VI. 20. — *Ibid.* ἀεί ποτε. Temere caret ποτε ed. 1. Verf. 10.

Ibid. προχειρίζουσι. προχειροῦσι edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. In Flor. nonnifi initium verbi eft, fic, προχειρι & tunc fpatium vacuum; ex quo (quoniam verbum προχειρεῖν non agnofcit alioquin græcus fermo,) intelligi par eft, aut προχειρίζουσι fuiffe fcribendum, quemadmodum & Reifkius fufpicatus eft, & jam olim correxerat vir doctus in ora libri Voffiani, aut προχειρίζονται, quo cum aliâs utitur Polybius, tum I. 16, 2. ubi de eadem re verba facit. In codice Vat. (fi modo recte percepi, quæ inde enotavit ad h. l. Spallettus) προχειρο antiqua manu fcriptum eft, tum recentiori calamo adjectæ literæ ῦσι. — *Ibid.* Verba τὸ δὲ στρατόπεδον defunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. qui defectus in Vat. & Flor. fpatio vacuo, majori quam pro complendo verbo προχειρίζουσι vel προχειρίζονται opus erat, indicatur.

Verf. 11. προφαίνηται. Mendofe προφαίνῃ Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ edd. ex Bav. Nec varietas ulla enotatur ex Vat. Sed in Flor. corrupte legitur ἕνεκα τοῦ στρατοπέδου. In Aug. & Reg. A. ἕνεκα τῷ στρατοπέδῳ. In Reg. A. tamen ab eadem manu intra lineas notatur vera lectio ἐν ἑκάστῳ. Verf. 11.

Verf. 12. τὸ μὲν τῶν πεζῶν πλῆθος. Sic Vat. Flor. Reg. A. & cod. Vrfini. Quo non deterius eft τὸ μὲν πεζὸν πλῆθος, quod habent ed. 1. 2. cum Bav. & Aug. Sed minus recte τὸ μὲν πεζῶν πλῆθος ed. Cafaub. & feqq. cum Reg. B. C. — *Ibid.* τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις. Prætuli hoc, quod hic quidem folus dedit Flor. fed omnes deinde verf. 15. Verf. 12.

Ibid. τὸ δὲ τῶν ἱππέων ὡς ἐπίπαν τριπλάσιον. Aliter Livius, XXII. 36. *focii duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent.* Et in ora libri Voffiani notatur ἴσως διπλάσιον. quod verum videtur. Nam quamvis vario tempore varius fuerit numerus peditum equitumque cum Romanorum, tum fociorum in legione, quemadmo-

Verſ. 12. dum ad II. 24, 3. monui; & quamvis Polybii ætate triplicem numerum equitum ſociorum in legione conſuetum fuiſſe intelligatur ex VI. 26, 7; tamen, ut Livii hoc loco diſſenſum taceam, cum ipſius Polybii ratione nunc quidem non ſatis conſtare numerum illum *triplicem* judicabis, ſi ſummam conſideraveris totius equitatus Romanorum in pugna Cannenſi, quam ſummam ſimul cum ſociis fuiſſe *paulo majorem ſex millibus* docet cap. 113, 5. & 117, 2.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. *ἡμίσεις τῶν συμμάχων* recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo *τοὺς ἡμίσεις συμμάχους* edd. & Reg. B. C. cum Bav.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. *προήρηντο.* *προείρηντο* ed. 1. 2. Bav.

Cap. CVIII.

CAPVT CVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *παρακαλέσαντες.* *παρακαλοῦντες* ſolus Aug. — *Ibid.* Pro *θέντες* temere habet *ὁρῶντες* idem Aug.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Οἱ *καὶ παραγενόμενοι* &c. Novam hinc Eclogam incipit *Codex* VRBINAS, his verbis: Οἱ *δὲ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι, Λεύκιος Αἰμίλιος καὶ* Γάϊος. In ora vero Codicis indicatur argumentum hujus Eclogæ: *Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων ἐν Κάνναις.* Continet autem totam hanc narrationem *Prælii ad Cannas* uſque ad verba, Τῶν *δὲ μετ᾽ Ἀννίβου,* Κελτοὶ *μὲν ἔπεσον εἰς τετρακισχιλίους.* cap. 117, 6.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τὸν ὑπὲρ τῶν νεωστὶ γενομ. συμπτωμ.* Sic Caſaubonus edidit ex Reg. B. cum quo conſentiunt Vat. Flor. Reg. C. Eodem modo in ſuo exemplo correxit Scaliger. Reiſkius quidem *τὸν* æque vitioſum, ac *τῶν*, judicavit; & *τὰ* legendum putavit, ſubaudiens *λεγόμενα.*

Ibid. ὧδε γὰρ καὶ τῇδέ που, hac ex parte, hac re maxime. Si vera iſta ſcriptura & integra ceteroquin eſt oratio, erit pleonaſmus, non indignus ſtylo Polybiano; cujus generis ſunt *πῶς καὶ τίνι τρόπῳ,* I. 32, 2. II. 38, 1. *οὕτω καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ,* II. 31, 7. *ταύτῃ καὶ τῇδέ πῃ,* XII. 11, 7. REISKIVS ad hunc locum hujuſmodi tentaverat emendationem: — „Forte *εἶδε γὰρ,* [ni voluit *οἶδε γὰρ,*]

γάρ.] ὅπου συνέβαινε διατετράφθαι, τῇδε καὶ προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς. *Norat enim, qua parte maxime perculſa eſſet multitudo, ea eam vel maxime oportere confirmari & incitari.*" —

Verſ. 4. μάχαις ἐλαττωμάτων. Inter hæc duo verba inſerunt pronomen αὐτῶν ed. 2 & ſeqq. importune omnino & invitis omnibus codicibus. — *Ibid.* καὶ πλείω δ' ἂν εὕροι τις αἴτια, δι' ἃ &c. Particulam καὶ, quam amat Polybius, præſertim ante πλείω, & quam habent h. l. ed. 1. 2. conſentientibus omnibus msstis, perperam deleverat Caſaub. cum Reg. B. καὶ πλείους dat ſolus (quod ſciam) codex Flor. quod aptum quidem eſt ad αἰτίας, quod habent libri omnes, ſed conſulto adaptatum ad illud vocabulum videtur ex conjectura librarii, qui non animadvertit, ſic rurſus non convenire hoc cum præcedentibus ἓν & δεύτερον, quæ in neutro genere ſunt poſita. Itaque cum ceteri libri in καὶ πλείω conſentiant, mendum cum Reiſkio putavi ineſſe in eo, quod ſequebatur vulgo apud omnes, αἰτίας· διὸ &c. Ac ſane, ut alias taceam rationes, quæ emendationem αἴτια δι' ἃ commendant, multo frequentius vocabulis τὸ αἴτιον & τὰ αἴτια utitur Polybius, ubi *cauſſas* dicit, quam αἰτία & αἰτίαι, quæ *culpam* plerumque ſignificant. Vide IV. 40, 4. V. 33, 6. I. 66, 10. IX. 21, 4. Ceterum quandoquidem ſubtilitatem & ἀκρίβειαν ſermonis non nimis curat ſcriptor noſter, ne magnopere quidem repugnabo, ſi quis ferri poſſe vulgatam lectionem, modo πλείους cum Flor. ſcribamus, contenderit; ut hoc modo procedat oratio, οὐχ ἓν, οὐδὲ δεύτερον, καὶ πλείους δ' ἂν εὕροι τις αἰτίας, διὸ τοιοῦτον αὐτῶν &c. Verſ. 4.

Verſ. 7. ἑωρακότας. In Bav. primum fuerat ἑωρακότες, ſed correctum ab eadem manu ας, quod habent ceteri omnes. Verſ. 7.

CAPVT CIX. Cap. CIX.

Verſ. 1. Πρῶτον μέν. Deeſt μὲν Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. nil notatur. — *Ibid.* τοὺς ἐκ τοῦ πρότερον ἔτους Verſ. 1.

Verf. 1. ἄρχοντας. τοὺς ἐκ τοῦ πρότερον εἰς τοὺς ἄρχοντας Vat. Eodem modo Vrb. Flor. Aug. Reg. A. nifi quod hi ἐς τοὺς dent; non εἰς τούς. In uno Reg. A. fuper ἐς τοὺς ab eadem manu fuperfcriptum ἑστῶτας, quod ex conjectura eft, quam in ipfum contextum recepit Bav. Recte vero monuit Reifkius, illud ἐς τοὺς vel εἰς τοὺς ex ἔτους effe corruptum; quo repofito, ad reftituendam loco fanitatem nihil quidquam amplius defideratur. Conf. cap. 106, 2. & 114, 6. Longius a veræ fcripturæ veftigiis receffit Bav. qui habet τοὺς ἐκτὸς πρότερου ἑστῶτας ἄρχοντας, quod tenuerunt ed. 1. 2. & inde Reg. B. C. Sed Cafaubonus mutavit in τοὺς τὸ ἔτος πρότερον * ἑστῶτας ἄρχοντας, quem fecuti funt pofteriores editores. Rem quod adtinet, de altero ex fuperioris anni Confulibus, *M. Atilio*, diffentit Livius, qui hunc, ætatem excufantem, Romam a Confulibus miffum effe fcribit, XXII. 40. Confer quæ inferius notamus ad cap. 114, 6.

Verf. 3. *Verf.* 3. τῶν κατὰ μέρος. τῶν, cum temere abeffet ab ed. 2. & feqq. revocavi ex ed. 1. & msstis.

Verf. 5. *Verf.* 5. πάντων ὑμῖν παρεσκευασμένων. Hoc in verfione jam expreflerat Cafaub. & fic in græcis corrigendum effe monuit in ora Bafileenfi. Vt legas ὑμῶν, vetat id quod continuo fequitur: nam fi jam *omnes comparati funt ad vincendum, non amplius requiritur eorum voluntas & alacritas.*

Ibid. οὐδὲ παρακαλεῖσθαι πλείω πρέπειν ὑμῖν ὑπολαμβάνω. Non fatis eft, quod cum Cafaubono in verfione pofui, *nihil opus eft vos pluribus cohortari.* Hoc dicit: *ne decere quidem vos arbitror, ut pluribus verbis admoneamini.* ὑμῖν poft πρέπει temere omifit Aug.

Verf. 6. *Verf.* 6. τοῖς μέν γε. τοῖς μὲν γὰρ folus Reg. C. — *Ibid.* ἔχει διαφορὰν reftitui ex ed. 1. & msstis, quibus invitis ἔσχε eft in ed. 2 & feqq.

Verf. 7. *Verf.* 7. ἀεὶ κινδύνων. κινδύνων ἀεὶ folus Aug.

Verf. 8. *Verf.* 8. τεθνᾶναι. Sic vulgo omnes. Poffis & τεθνάναι fcribere, Hoc præfens fuerit tempus, illud præteritum.

tum. — *Ibid.* Poſt *μαχόμενος comma* pone pro *puncto*, quod neſcio quo pacto huc irrepſit.

Verſ. 10. προσθεῖσα recte dederunt Vrb. Vat. & Vrſini codex. Sic & ſtatim erat in Reg. A. ſed imperite ibi in προσθείσω mutatum. προσθήσω edd. cum Bav. Aug. Flor. Reg. B. C. — *Ibid.* περιγενήσεται iidem dederunt Vrb. & Vat. Perperam περιγενέσθαι edd. & Reg. B. C. cum Bav. περιγενήσεσθαι Flor. Aug. Reg. A. puto & cod. Vrſin. Verſ. 10.

Verſ. 11. ἀπήρεισται. Imperite ἀπείρισται Aug. — *Ibid.* πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχει. Concinnius πάσας ἔχει τὰς ἐλπίδας Aug. Reg. A. Verſ. 11.

Verſ. 12. αὐτὴν μὴ διαψευσθῆτε. αὐτὴν cum Reg. B. C. correxit Caſaub. Mendoſe αὐτῇ ed. 1. 2. cum vett. msstis. διαψευσθῆτε dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendoſe διαψευσθεῖτε ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. διαψεύσθητε ed. Caſaub. & ſeqq. διαψεύσητε ſcribendum putavit Reiſkius, citra neceſſitatem; nam eodem modo paſſiva voce κατεψεῦσθαι activa notione utitur noſter, XII. 12, 5. Verſ. 12.

Verſ. 13. καὶ τοιαῦτα revocavi ex ed. 1. conſentientibus Bav. Vat. Flor. Reg. B. C. καὶ τὰ τοιαῦτα ed. 2 & ſeqq. cum Aug. & Reg. A. Perinde tamen & adeſſe & abeſſe articulus poterat. Verſ. 13.

CAPVT CX. Cap. CX.

Verſ. 1. ἐπιβάλλοντες. ἐπιβαλόντες Flor. — *Ibid.* παρενέβαλον. παρενέβαλλον Aug. Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 2. εἰς τόπους τοιούτους. Sic cap. 111, 2. ἐν τοιούτοις τόποις, & vſ. 3. εἰς τοιούτους τόπους. Sæpe vero mutilatum, aut aliàs corruptum atque adeo extruſum vocabulum τόπος videas in codicibus noſtris. Sic cap. 104, 6. pro περὶ τοῦ τόπου, in Vrb. eſt περὶ τούτου. Conf. Adnot. ad II. 17, 8. III. 50, 3. XVIII. 7, 3. — *Ibid.* ἡ μάχη recte ed. 2 & ſeqq. cum Aug. Reg. A. Bav. Vat. Vrb. Temere articulum omiſit ed. 1. & hinc Reg. B. C. Mendoſe τῇ μάχῃ Flor. Verſ. 2.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ὑπὲρ τῆς ἐναντίας ὑπάρχοντος γνώμης. ἐπὶ τῆς correxit Scaliger. Sed commode locum ſuum tuetur vulgata, in quam libri omnes conſentiunt.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἡγεμονίας. ἡγεμονείας Aug. Reg. A,

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Recte κατὰ τὴν ὅλην συμπλοκὴν Vat. Flor. Aug. Reg. B. C. Ex Vrb. nil notatur.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. οὐ κατὰ τὴν ἐλπίδα. Inter τὴν & ἐλπίδα aſteriſcum interpoſuit editor Hagenoënſis; quod cur factum, miratus eſt Reiſkius. Cauſa non eſt alia, niſi quod ἐλπίδα (quod quidem dant ceteri codices omnes) ex conjectura edidit Obſopœus, quandoquidem in exemplari Bavarico linea deſinebat quidem in ἐλ, in ſequenti autem linea reliquam vocabuli partem adjicere oblitus erat librarius.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὴν στρατιάν. στρατείαν Aug. Reg. A. Temere στρατίαν ed. 1. 2. — *Ibid.* Αὐφιδον recte Caſaub. cum Vrb. Vat. & aliis, excepto Bav. e quo Ἄφιδον expreſſerunt ed. 1. 2. Reg. B. C. Sic rurſus verſ. ſeq.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. διαῤῥεῖ ſcripſi cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. διαρεῖ edd. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* Ἀπέννινον dedit Aug. ut cap. 90, 7. Ἀπεννῖνον h. l. Reg. A. Ἀπενίνον ed. 1. Reg. B. C. Bav. Ἀπεννίνον ed. 2 & ſeqq. — *Ibid.* ἐν τοῖς πρός. ἐν temere omiſit ſola ed. 2. Eadem mox cum ed. 1. imperite κλήμασι pro κλίμασι, in quod conſentiunt codd. omnes.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. περὶ δέκα σταδίους. Sic Bav. in contextu; ſed ſuperſcripta alia terminatio ων ab eadem manu; hinc σταδίων edd. & Reg. B. C. quod & ceteri codices in contextu habent, contra ſermonis uſum, qui recte obſervatus eſt verſ. 1. hujus cap. & conſtanter aliâs.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῶν ἐκ τ ῆ ς π έ ρ α ν παρεμβολῆς. Emendationem hanc noſtram res ipſa non ſolum commendare, ſed etiam unice flagitare videtur. Reiſkius ſuſpicatus erat τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας παρεμβολῆς. Corruptam codicum ſcripturam expreſſerunt ed. 1. 2.

CAPVT

CAPVT CXI.

Cap. XCI.

Verſ. 1. Verba μάχεσθαι καὶ παραβάλλειν &c. uſque ἐλαττώματτος temere omiſit ſcriba codicis Aug. — *Ibid.* Facile condonabit errorem æquus lector typothetæ, παρακλήσεας ponenti pro παρακλήσεως. Verſ. 1.

Verſ. 3. ἐνάργειαν bene edd. ex Bav. ἐνέργειαν τούτου Vat. Flor. Aug. & Reg. A. Sed & in hoc ἐνάργ. ex emend. — *Ibid.* ἤχασι recepi ex Flor. Sic & debuit Vat. e quo adnotatum eſt ἤχασι, & Vrb. in quo εἴχοσι. ἦγον edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐν τοῖς ἡμετέροις προτερήμασι. cf. III. 89, 8 ſq. Mendoſe ὑμετέροις Vat. Aug. Reg. A. — *Verſ.* 5. μοι δοκεῖ. Temere μὴ δοκεῖ ed. 1. 2. Verſ. 4. 5.

Verſ. 6. μεθ' ὑποδειγμάτων ἐγὼ &c. Vide III. 62 ſq. Verſ. 6.

Verſ. 7. τρισὶ μάχαις. Conf. Adnot. ad III. 89, 6. Verſ. 7.

Ibid. ἐξ ὁμολογουμένου reſtitui ex ed. 1. 2. conſentientibus codicibus ad unum omnibus. Monuit ad h. l. REISKIVS: — „Differunt μάχῃ ἐξ ὁμολόγου νικᾶν, & ἐξ ὁμολογουμένου. Illud eſt *vincere prœlio utrinque in diem locumque certum condicto.* [Vide Lexic. Polyb.] Hoc eſt, *ita vincere, ut hoſtis ipſe victus negare ſe victum nequeat, ſed confiteri neceſſe habeat.* Apparet, poſteriorem ſententiam huic loco, non priorem, convenire." — At pariter ἐξ ὁμολόγου cap. 91, 10. *ex omnium confeſſo* denotat: ut ad ſententiam quidem perinde ſit, utra phraſi utaris.

Ibid. παραστήσαι recte, cum acuto accentu, ſcripſit Caſaub. præeunte Scaligero. παραστῆσαι ed. 1. 2. cum msstis.

Verſ. 8. ἐνέστηκε. ἕστηκε ſolus Vrb. Verſ. 8.

Verſ. 9. γενήσεσθε. Imperite γενήσεσθαι ed. 1. 2. invito Bav. Sic vero Aug. & Reg. A. Verſ. 9

Verſ. 11. καὶ τούτοις παραπλήσια. Sic ed. 1. cum Bav. Vrb. Flor. Reg. B. C. Conf. cap. 109, 13. — *Ibid.* ἐπισημαινομένου recepi ex Bav. Aug. Reg. A. Sic & debuit Vrb. in quo eſt ἐπισημενομένου. Temere ἐπισημηναμένου ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum quibus tamen neſcio an con- Verſ. 11.

 ſentiat

ſentiat Vat. e quo nulla notatur varietas. Ex Flor. notatur *ἐπισημαιναμένου*.

Cap. CXII.

CAPVT CXII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *μάχεσθαι σπεύδων τοῖς ὑπεναντίοις.* Duo poſtrema verba deſunt ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Sed habent Vat. Flor. Aug. Reg. A. & cod. Vrſini. *τοῖς ἐναντίοις* Vrb.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *εἰς χάρακα κατέστησε.* Exſpectaveram *εἰς τὸν χάρακα.* Sed nil variant libri.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *αὐτὸν τὸν χάρακα.* Articulum *τὸν*, quem h. l. præferunt libri omnes, temere omiſit Caſaub. & ſequentes editores. — *Ibid.* *Γάϊος ἐπὶ τούτοις ἔτι μᾶλλον.* Concinnius *Γάϊος ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τούτοις* Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *ὁ τοῦ μέλλειν γίγνεται χρόνος* recepi ex eiſdem codicibus, Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. *ὁ τοῦ μέλλειν χρόνος*, *moræ tempus*, *mora cunctationis.* Sic *ὁ τοῦ πράττειν καιρὸς*, *agendi tempus*, V. 98, 5. — *Ibid.* *ὅταν δ' ἅπαξ* revocavi ex msstis & ed. 1. 2.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ἐὰν σφάλλωνται* Flor. *σφαλλῶνται* Aug. Reg. A. *σφαλωνται* abſque accentu Bav. *σφαλῶνται* edd. *σφάλωνται* Reiſk.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *καὶ θεῶν ἱκετηρίαι.* *καὶ*, cum abeſſet hoc loco ab ed. Caſaub. & ſequentibus, reſtitui ex ed. 1. 2. conſentientibus omnibus msstis.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *Δεινοὶ γὰρ ἐν ταῖς περιστάσεσι* &c. De religione, ſive ſuperſtitione Romanorum confer VI. 56, 6 ſqq. — *Ibid.* *ἐξιλάσκεσθαι* edd. ex Bav. — *Ibid.* *ἀγεννές.* *ἀγενὲς* ed. Erneſt. invitis msstis.

Cap. CXIII.

CAPVT CXIII.

De tota adminiſtratione *Prælii ad Cannas* conferenda ſunt, quæ perſpecte & erudite commentatus eſt Carolus Guiſchardt in *Memoires Militaires*, Tom. I. cap. 8. Præter Livium, late etiam eamdem *Cannenſem pugnam* Appianus

pianus expofuit, Hift. Annibalic. cap. 19 fqq. cujus narrationem cum Polybii narratione contulisse neminem pœnitebit.

Verf. 1. τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ prætuli cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sic enim commodius, quia fequitur alius accufativus τὴν ἀρχήν. Verf. 1.

Verf. 2. παρενέβαλε. παρενέβαλλε fola ed. 4. — *Ibid.* τοὺς δ' ἐκ θατέρου recte edd. ex Bav. τοὺς ἐκ θατέρου Vat. Aug. Reg. A. Hinc pejus etiam τοὺς ἑκατέρου Aug. — *Ibid.* πᾶσι Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 2.

Verf. 3. τὰς σημαίας. τὰς σημείας Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ed. 2. τὰς σημαίας, quod cum Bav. habet ed. 1. & Reg. B. C. recte reftituit Cafaubonus, monente etiam Scaligero. Sententiam quod adtinet iftorum verborum, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς σημαίας καθιστάνων &c. confule quæ contra Salmafium monuit Io. Frid. Gronovius ad Liv. XXII. 45, 6. Adde Guifchardt l. c. pag. 139. edit. in 8vo. Denique conf. Polybium noftrum I. 33, 10. Verf. 3.

Verf. 4. προέστησε. προέστησαν ed. 1. 2. cum folo Bav. — *Ibid.* ἐν ἀποστάσει ex contextu Bav. commode edidit Obfopœus, & revocavit Cafaubonus. ἐν ἀποσπάσει ed. 2. cum ceteris codd. Verf. 4.

Verf. 5. πεζῶν μέν. Reftitui μὲν, temere omiffum in ed. Cafaub. & feqq. Verf. 5.

Verf. 7. Κελτοὺς ἱππεῖς. ἱππεῖς caret ed. 1. invitis msstis. Verf. 7.

Verf. 8. καὶ τἄλλα τούτοις ἐκ τοῦ κατὰ λόγον π α ρ ί σ τ α ν ε ζυγοῦντα. Verba ἐκ τοῦ κατὰ λόγον in latina verfione ad λεπτόνων rejeci. Ad fententiam parum refert. Ad verbum fic reddenda fuerint græca, *& reliquos manipulos* (fcilicet, qui ab utraque parte mediorum erant) *his p r o r a t i o n e ad latus* (vel *contiguos*) *ftare juffit;* fcilicet, *pro ea ratione*, quam requirebat convexitas lunata, quam efficere voluit. Quam expedita & facilis eft emendatio noftra, π α ρ ί σ τ α ν ε pro παριστάναι, tam effe veram confentient puto omnes. Sententiam hujus Verf. 8.

 loci

Verſ. 8. loci minus expedivit Caſaubonus, cujus nunc non moror interpretationem. Reiſkius, ut aliquid ſaltem haberet infinitivus παριστάναι, quo niteretur, legendum cenſuerat προῆγε, τῷ καὶ τἄλλα &c. Perſpecte *Guiſchardt* p. m. 144: *Annibal ordonna aux troupes du centre de pouſſer en avant, & à celles qui les avoiſinoient jusqu' aux Afriquains, de ſ'ébranler ſemblablement. A meſure qu'on ſe détacha de la ligne, les files ſ'elargirent, & diminuèrent de profondeur* &c.

Ibid. μηνοειδὲς ποιῶν τὸ κύρτωμα, *lunatam faciens gibboſitatem.* τὸν μηνίσκον dicit cap. 115, 5. Totius aciei & univerſæ pugnæ ſchema pluribus tabulis commode delineatum idem Guiſchardtus dedit. Conf. cap. 115, 5 ſeqq.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. βουλόμενος ἐφεδρείας μὲν τάξιν ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Λίβυας αὐτῶν ἔχειν. — „αὐτῶν poſſit bene habere, & ad Gallos atque Iberos referri, ſi ſtatim poſt ἐφεδρείας μὲν locum haberet: ſed nimis longe cum avulſum ſit, malim, αὐτῷ, *ſibi*, Hannibali puto, legi." REISKIVS. — Poterit αὐτῶν etiam generatim ad *Pœnos* referri; ſed commodior utique fuerit dativus αὐτῷ.

Ibid. προκινδυνεῦσαι δὲ, ſcil. αὐτὸς, *ipſe Hannibal,* (nam in media acie pugnavit, cap. 114, 7.) τοῖς Ἴβηρσι καὶ Κελτοῖς, id eſt, σὺν τοῖς Ἴβηρσι καὶ Κελτοῖς, quemadmodum ἐκτάξῃ πᾶσι, III. 117, 8. pro σὺν πᾶσι, & ſexcenta alia hujuſmodi. Ita ſane non opus eſt, ut τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς corrigendum ſuſpicemur.

Cap. CXIV.

CAPVT CXIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. οὓς πάντας Ἀννίβας ἐν τοῖς τῆς προγεγενημένης μάχης σκύλοις ἐκλέξας κατακεκοσμήκει. Cum hæc ſic, nulla interpoſita orationis diſtinctione, eſſent edita, Reiſkius, ἐν τοῖς σκύλοις referens ad κατακεκοσμήκει, multus in eo fuit, ut probaret, dicere Græcos κατακοσμεῖν τινὰ ἐν τινὶ, ſive per pleonaſmum pro τινὶ, ſive pro σύν τινι, *ornare aliquem aliqua re;* atque adeo non opus eſſe, ut præpoſitionem ἐν delendam cenſeamus; quod a Scaligero factum

ctum video. Sed haud dubie structura verborum hoc loco talis est intelligenda, qualem nos interposito commate post Ἀννίβας, & rursus post ἐκλέξας, indicavimus: nempe οὓς πάντας (Λίβυας) Ἀννίβας κατακεκοσμήκει (καθοπλισμῷ Ῥωμαϊκῷ.) ἐκλέξας (καθοπλισμὸν vel ὅπλα) ἐν τοῖς τῆς προγεγ. μαχ. σκύλοις. Ceterum in illis verbis ἐν τοῖς τῆς προγεγενημ. quæ ex Bav. (consentiente, ni fallor, Florentino,) ita sunt edita, variant nonnihil libri. Scilicet in Aug. & Reg. A. est ἐκ τοῖς τῆς προγεγενημ. μάχης, & eodem modo a recentiori quidem manu habet Vat. quod eo pertinere videri potest, ut hi putaverint, non commode græce dici posse ἐκλέξας ἐν τοῖς σκύλοις, *selegit in manubiis* vel *inter manubias*, sed necessario requiri ἐκ, quod recte haberet, si esset ἐκ τῶν σκύλων, quemadmodum & III. 93, 4. ἐκλέξαντας ἐκ πάσης τῆς λείας legimus. Sed quandoquidem idem antiquissimus codex Vat. a prima manu non ἐκ τοῖς τῆς προγεγ. μαχ. habet, sed simpliciter ἐκ τῆς προγεγενημένης μάχης; quod si hanc scripturam cum scriptura codicis Bav. conferamus, probabile utique fit, utrumque horum codicum non nisi partem veræ & genuinæ scripturæ repræsentare, & hoc modo scriptum reliquisse Polybium, ἐν τοῖς ἐκ τῆς προγεγενημένης μάχης σκύλοις. Casaubonus, referente filio Merico, in ora Basileensi notavit: „Lego τοῖς ἐκ τῆς προγεγενημ. μάχης." nempe, deleta cum Scaligero præpositione ἐν ante τοῖς, τοῖς σκύλοις ad κατακεκοσμήκει referens, ἐκλέξας vero ad οὓς πάντας. Quod etiam ex versione ejus intelligitur, quæ sic habet: *lectissimum enim quemque eorum Hannibal spoliis, quæ superioribus præliis parta fuerant, adornaverat.* At sane non *lectissimum quemque Afrorum*, sed *omnes Afros* romanis armis ab Hannibale instructos esse, diserte ait Polybius. De re confer III. 87, 3. & Liv. XXII. 46.

Vers. 2. τῶν δ' Ἰβήρων καὶ Κελτῶν ὁ μὲν θυρεὸς ἦν παραπλήσιος. Livius l. c. *Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ fere erant.* Scilicet brevia erant, nec tegebant virum, ut docet Polyb. II. 30, 3. In Vrb. est παραπλησίως.

σίως. quæ ſi vera eſſet ſcriptura, requireretur nomen adjectivum, quod intercidiſſe putandum foret.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Γαλατικὴ μάχαιρα. Conf. II. 30, 8. & II. 33, 4 ſq. & ibi notata.

Ibid. Cum illo errore, codicibus omnibus communi, quod κατ' αὐτὴν τὴν ἐξ ἀποστασ. dant, cohæret ille, quod *verſ.* 4. particulam δὲ omittunt; nam poſt ἀποστάσεως partim prorſus non diſtinguunt orationem, partim non niſi comma ponunt. καὶ αὐτὴν ἐξ ἀποστάσεως in ſuo exemplo correxit Scaliger. — *Ibid.* παρατεταγμένων. Poſſis cum Scaligero παρεντεταγμένων ſuſpicari; ſed nil opus eſt novare.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. οὐ πολὺ πλεῖον. οὐ πολὺ πλείους Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod vulgato non deterius, ac fortaſſe a Polybii manu eſt.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. οἱ τῷ πρότερον ἔτει στρατηγοῦντες. Sic recte edd. ex Bav. *ſuperioris anni Conſules.* Corrupte nonnihil Vat. οἱ τῷ πρότερον ἔτι. Et magis corrupte Vrb. Flor. Aug. Reg. A. οἱ τὸ πρότερον ἔτι. conf. cap. 106, 2. 109, 1. & 116, 11. στρατηγεῖν eſt *conſulatum gerere,* ſicut στρατηγὸς ſæpe *Conſulem* denotat, ut docui ad I. 7, 12. cf. XXII. 15, 13. Quod autem στρατηγοῦντες dicit, non στρατηγήσαντες, neminem morabitur, qui meminerit, quæ notavimus ad I. 1, 1. & ad II. 43, 3. Et eodem fere modo οἱ προϋπάρχοντες ὕπατοι dixit III. 106, 2. Sunt autem illi ſuperioris anni Conſules Cn. Servilius Geminus, M. Atilius Regulus. Quod vero *M. Regulo* huic cum Servilio *mediam aciem tuendam datam* Polybius ait, in eo diſerte contradicentem Livium habet; qui, quamquam Polybio c. 106, 2. conſenſerat (XXII. 34.) *Conſulibus illis prorogatum eſſe in annum imperium,* tamen non ſolum in acie ad Cannas (XXII. 45.) ſolum Geminum Servilium nominat, verum etiam paulo ante (cap. 40.) claris verbis ait, *Conſulum anni prioris, M. Atilium, ætatem excuſantem, Romam eſſe miſſum a novis Conſulibus.* At ſibi conſtat Polybius, qui & ſupra (cap. 109, 1.) eumdem M. Atilium cum collega

collega pugnæ Cannensi interfuisse significat, & cap. 116, 11. diserte ait, utrumque in eadem Cannensi pugna periisse. In quo falsum esse Polybium, docuit Iacob. Perizonius in Animadvv. Histor. cap. 1. sub finem; quandoquidem, eundem M. Atilium Regulum anno etiam tertio post pugnam Cannensem Censorem fuisse, ex Fastis, ex Livio XXIII. 21. & ex Valerio Max. II. 9, 8. constat. Potuit Polybium (ut ibid. Wesselingius monuit) in errorem inducere hoc, quod in numero eorum, qui prælio Cannensi ceciderunt, nomen alicujus *Marci*, qui superiori anno στρατηγὸς fuerat, invenit; sed eum fuisse Marcum Minucium, qui superiori anno Magister equitum & Dictatori potestate æqualis fuerat, Livius docet XXII. 49. Quo accedit, quod in eodem numero cæsorum etiam *Atilius* aliquis fuit; sed is Lucius fuit Atilius, alterius Consulis quæstor, ut ex eodem Livio ibidem discimus.

Vers. 7. τὸ δὲ δεξιόν. δὲ carent Vrb. & Reg. A. 7.

Vers. 8. προσεῖπον. προσεῖπα Vrb. Vat. Aug. Reg. A quemadmodum aliàs quoque plerumque dat idem Vat. 8.

CAPVT CXV.

Vers. 3. παρακαταβαίνοντες. Temere & invitis veteribus codicibus καταβαίνοντες est in ed. 1. & Reg. B. C.

Vers. 4. παρὰ τὸν ποταμὸν ex marg. ed. 2. recepit Casaubonus. κατὰ τὸν ποτ. ed. 1. & 2. in contextu, & sic Reg. B. C. cum Bav. Neutrum male; sed illud commodius. — *Ibid.* διαδεξάμενα prætuli cum Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod eo magis etiam erat necessarium, quoniam sequitur συνέπεσεν, quod tenentes editores cum omnibus codicibus, (excepto Vrb. in quo συνέπεσαν est,) διαδεξάμενοι dederunt cum Bav.

Vers. 5. ἐπὶ βραχύ. ἐπὶ βραχὺν Vat. & Vrb. Posses intelligere καιρὸν, sed constanter aliàs ἐπὶ βραχὺ utitur Polybius, quod h. l. editi habent cum ceteris codicibus. Vers. 5.

Vers. 6. τὴν ἐκθυμίαν. Perperam τὴν θυμίαν ed. 1. 2. cum Bav. Vers. 6.

Ibid.

Verf. 6. *Ibid.* αὐτοὶ δὲ πεπυκνωκότες ἀπὸ τῶν κεράτων ἐπὶ τὰ μέσα καὶ τὸν κινδυνεύοντα τόπον. Iam ex prima inſtructione aciei multo altiores erant Romanorum ordines, quam Pœnorum; (vid. cap. 113, 3.) nunc vero etiam ex utroque cornu verſus medium ſeſe conglobabant Romani, qua parte fervebat prælium & qua jam cedebant hoſtes, adeoque victoria oſtendebatur. (Conf. *verſ.* 8.) Ita fiebat, ut veluti cuneum quemdam, obtuſo nimirum admodum angulo, formaret Romanorum acies; cujus cunei *utrumque obliquum latus nunc, quum in mediam hoſtium aciem premerent, Afris patebat*, qui ab utraque parte juxta Gallos Hiſpanoſque inde ab initio erant locati.

Verf. 7. 8. *Verſ.* 7. συμπίπτειν Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & ora Bav. — *Ibid.* διὰ τὸ τοὺς Κελτούς. Sic recte ed. Caſaub. & ſeqq. cum Vat. τὸ deeſt ed. 1. 2. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. — *Verſ.* 8. ἑπόμενοί γε τούτοις. γε καὶ τούτοις ſolus Aug. — *Ibid.* εἴκοντα. Corrupte εἰκότα idem Aug. & Reg. A. ſed in hoc litera ν inter lineas ſuperſcripta.

Verf. 9 ſeq. *Verſ.* 9 *ſeq.* ὧν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κλίναντες ἐπ᾽ ἀσπίδα &c. Facile patet, ut veluti forcipe tenerentur & includerentur Romani, (quod conſilium fuerat Hannibalis,) neceſſe fuiſſe, ut *Afri, qui erant in dextro cornu* (Punicæ aciei, conf. cap. 116, 5 ſq.) *flexionem in clypeum*, id eſt, lævam verſus, *facerent; qui in ſiniſtro, flexionem in haſtam*, id eſt, ad dextram. Sed difficultatem aliquam habet id quod ſequitur, quod de eis, qui inflexionem ad ſiniſtram fecerant, ſubjicit, καὶ τὴν ἐμβολὴν ἐκ δόρατος ποιούμενοι, παρίσταντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις. ἐμβολὴν ποιεῖσθαι plerumque denotat *impetum, impreſſionem facere in hoſtem;* veluti mox cap. 116, 8. Sed, primum, per ſe non ſatis intelligitur, quo pacto nunc dicere poſſit, *a dextra impetum fecerunt in hoſtem:* nam ſi *dextram aciei Punicæ* dicit, nil mirum, nec id opus fuit denuo monere, quandoquidem id ipſum modo dixerat οἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος; *dextram* vero *aciei romanæ* nunc dicere non poteſt,

eſt, quandoquidem dextrum Pœnorum cornu ſiniſtro lateri Romanorum, non dextro, erat oppoſitum. Tum vero ne inter ſe quidem hæc cohærent, *a dextra impetum fecerunt in hoſtem*, atque ita *παρίσταντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις*. *ad latus hoſtium ſtabant*. Imo, cum ipſa phraſis *ἐκ δόρατος*, tum hæc poſteriora verba *παρίσταντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις*, clare indicare videntur, ſuperioribus illis verbis *τὴν ἐμβολὴν ἐκ δόρατος ποιούμενοι* non ſignificari *impetum in hoſtes factum*, ſed *motum* aliquem vel *collocationem* & *ordinationem*, qua fiebat, ut ad latus hoſtium ſtarent. Atque idem ipſum pariter requirere videtur parallelifmus alterius membri orationis *verſ.* 10. ubi poſtquam de eis, *qui a læva ſtabant* (in Pœnorum acie) dixerat, *flexionem eos ad dextram feciſſe*, adjicit mox *ἐξ ἀσπίδος ἐπιπαρενέβαλλον*, quorum verborum vis (minus recte a nobis in verſione expoſita) hæc eſt, *a ſiniſtra alii aliis ſeſe adplicabant*, ut adparet ex loco, huic perſimili, lib. XI. c. 23, 4 ſq. Scilicet, quod ſi totum cornu ſiniſtrum (*verſ.* 10.) *conjunctim uno communi motu* (quem motum *ἐπιστροφὴν* vocant Tactici, Aelian. c. 24. & Arrian. p. 55.) iſtam converſionem vel inflexionem dextrorſum feciſſet, non opus fuiſſet ut adjiceret Polybius, *a ſiniſtra alios aliis ſeſe adplicuiſſe*, quia juncti ſemper manſiſſent, & linea numquam fuiſſet interrupta. Nunc vero, ſive non callebant iſtam ſubtiliorem tacticæ artis rationem, ſive eam pro hoc tempore longiorem & incommodiorem judicabant, *viritim* vel ſaltem *per minores portiones* flexionem iſtam verſus dextram peregerunt, quæ ratio proprio vocabulo *κλίσις* dicitur Tacticis, Aelian. ibid. Arrian. p. 54. Ita fiebat, ut qui propius ſtabant mediæ aciei, breviorem conficerent viam, adeoque prius eo loco, quo volebant, eſſent, quam qui remotiores erant a media acie: Hoc igitur dicit Polybius: *prout conſequebantur remotiores*, qui longiorem habebant viam, *ita a dextra adplicabant ſeſe eis, qui locum ſuum jam ceperant*. Iam igitur pari modo *verſu* 9. vel pro ſimplici *ἐμβολὴν* ſcriptum Verſ. 9 ſq.

opor-

Verſ. 9 ſq. oportuit παρεμβολὴν, vel eadem notione ac πάρεμβολὴν accipiendum erit illud vocabulum, ut ſententia ſit, *eos, qui in dextro Pœnorum cornu erant, facta flexione ad ſiniſtram, alios aliis* (ſcil. remotiores, qui longiorem viam habebant, propioribus, qui breviori tempore locum ſuum capere potuerant) *a dextra ſeſe adplicabant, atque ita lateri hoſtium oppoſiti ſtabant.* Videant doctiores, judicentque. Mihi nec ſermonem Tacticorum, nec artis præcepta ſatis comperta eſſe, & ipſe ultro profiteor, &, me tacente, periti facile ſentient. Guiſchardtus p. m. 150. not. c. verba ἐμβολὴν ποιούμενοι ἐκ δόρατος gallice interpretatur, *ils ſ'ébranlèrent de droite à gauche;* quod, ſi recte capio, latine fuerit *a dextra verſus ſiniſtram ſeſe* (vel, *ordines*) *explicarunt:* commode ad ſententiam, ſed non ex græci ſermonis uſu. Verbum παρεμβάλλειν (pag. ead. & ſeq.) ait dici de *acie, quæ una eademque linea vel fronte inſtructa eſt;* ἐπιπαρεμβάλλειν de *acie, quæ alii ex parallelo eſt oppoſita,* veluti nunc Afri, converſione facta, in linea ſtabant lateri aciei romanæ parallela. Sed & in his exempla deſidero, uſum talem ſermonis confirmantia. Aliam eſſe vim illius verbi intelliges, ſi contuleris locum paulo ante citatum, XI. 23, 4 ſeq. tum XII. 19, 6. ubi ἐπιπαρεμβάλλειν τὴν Φάλαγγα eſt *phalangi,* quæ fracta & divulſa inceſſerat per montium anguſtias, poſtquam in aperta venit, *juſtam formam reddere, & manipulos, qui pone ſecuti erant, ſuperioribus æquata fronte adplicare.* Totus ab auctoris ſententia, ſi quid video, & ab ipſius rei ratione, aberravit Caſaubonus; cujus auctoritate & nos ex parte decepti minus ex vero locum hunc in verſione expreſſimus. Erunt tamen Lectores, qui in re controverſa, nec ſatis liquida, ipſius doctiſſimi Interpretis verba deſiderabunt. Sic igitur ille: *Horum alii e dextro cornu in ſiniſtram flexerunt, ac ſtatim ad dextram facto impetu, latera hoſtium urgebant: alii e lævo cornu in dextram converſi, in latus ſiniſtrum adverſariorum ipſi quoque incubuerunt.* At ſane, ut alia omittam, qui e lævo cornu in dextram

dextram erant conversi, non sinistro, sed dextro lateri hostium incubuerunt. — Pro ἐπιπαρενέβαλλον, satis vulgato errore Aug. & Reg. A. ἐπεὶ παρενέβαλλον habent. ἐπεὶ παρενέβαλον Flor.

Vers. 11. παράπτωσιν. πρόπτωσιν maluerat Reiskius. Nil opus. Nam & παραπίπτειν est *irruere*, *irrumpere*, ut II. 53, 6. III. 117, 8. VI. 55, 1. unde παράπτωσις *irruptionem* denotabit, quod apte convenit huic loco: & ipsum nomen παράπτωσις simul etiam includit notionem *nimii ardoris*, vel *longioris & imprudentioris progressionis in persequendo*; (veluti XI. 17, 3. κατὰ τὴν τοῦ διώγματος παράπτωσιν,) quae notio aliâs verbo προπίπτειν inest, quo verbo quidem frequentissime utitur Polybius, (& ipso hoc cap. vers. 8 sq.) nomine autem πρόπτωσις nusquam. Vers. 11.

Vers. 12. οὗτοι μὲν οὖν οὐκέτι. Vide ad III. 12, 7. 13, 1. 117, 1. Vers. 12.

CAPVT CXVI. Cap. CXVI.

Vers. 1. μετασχὼν τοῦ τῶν ἱππέων ἀγῶνος. Praepositionem ἐπὶ, quam inseruerant ed. 1. 2. cum msstis, ejecit Casaubonus monente Vrsino. μετασχὼν ἔτι correxit Scaliger. Vers. 1.

Vers. 2. βουλόμενος. Mendose βουλομένου Flor. βουλομένῳ Vrb. Vers. 2.

Vers. 3. αὐτὸς συνεπλέκετο. αὐτοῖς Vrb. minus commode. — *Ibid.* τὰς χεῖρας. τὰς μὲν χεῖρας ed. 2. temere & invitis msstis. — *Ibid.* τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας. Nulla urgente necessitate Casaubonus, praeeunte Vrsino & Scaligero, αὐτοῦ, quod dant libri omnes, in αὐτῷ mutavit. conf. III. 43, 6. & Adnot. ad III. 9, 2. Vers. 3.

Vers. 4. ἐπέστη τῆς δυνάμεως. Cum ἐπέστησεν vulgo darent omnes, monuit REISKIVS — „aut ἐπέστη legendum, *praeerat*, aut ἑαυτὸν addendum post οὗτος." — Recte sane: nisi ἐφεστήκει malueris corrigere. Vidimus Vers. 4.

quidem nuper, (ad III. 94, 7.) verbum ἵστημι cum compositis a Polybio, rariori alioquin usu, in præterito tempore active usurpari: sed vicissim ἐπέστησεν in aoristo primo, neutrali seu reciproca notione, *præfuit*, ferri prorsus nequit.

Vers. 5. *Vers.* 5. οὔτ' ἐποίουν οὐδέν. Vocabulum οὐδὲν, temere omissum in editis, restitui ex codicum omnium consensu.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐκκλίναντες Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. & Vrb. nulla varietas notatur; quare videntur hi cum editis in ἐγκλίναντες consentire, quod teneri commodissime poterat. Vide mox vers. seq.

Vers. 7. *Vers.* 7. δοκεῖ ποιῆσαι Vat. Flor. Aug. Reg. A. ποιεῖν δοκεῖ ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Vrb. ποιῆσαι δοκεῖ habet ora exempli Vossiani. δοκεῖ ποιεῖν ed. 2 & seqq. — *Ibid.* παρέδωκε. παραδέδωκε Flor. Reg. A.

Vers. 8. *Vers.* 8. καὶ ποιούμενος. Mendose ποιουμένοις, Vrb. Flor. Reg. A. Et καὶ caret Flor. — *Ibid.* ἕλαις. εἴλαις Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἐπέῤῥωσε. Temere & invitis msstis καὶ ἐπέῤῥωσε ed. 1. 2. — *Ibid.* κατέπληξε ταῖς ψυχαῖς τοὺς Ῥωμαίους. Sic Vrb. Flor. Aug. Reg. A. Corrupte Vat. κατέπληξε ταῖς ψυχαῖς τῶν Ῥωμαίων.

Vers. 10. *Vers.* 10. τὰς ἐπιφανείας. Mendose τὰς ἐπιφανεῖς Vrb. Aug. Reg. A. cf. c. 115, 8.

Vers. 11. *Vers.* 11. αὐτοῦ πάντες recte Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. *ibi, eodem loco, quo pugnaverant.* αὐτοῦ etiam in ora libri Vossiani notatum est, sive ex conjectura, sive ex nescio quo codice, forte ex Reg. A. conf. ad c. 118, 2. — *Ibid.* Μάρκος καὶ Γνάϊος. *M. Atilius Regulus, & Cn. Servilius Geminus.* Sed vide, quæ monita sunt ad cap. 114, 6.

Vers. 12. *Vers.* 12. Κατὰ δὲ τὸν τούτων φόνον Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. C. & ora ed. 2. Sic & debuit Vrb. in quo

est

eſt τὸν τούτων φόρον. Temere τὸν τοῦτον χρόνον ed. 1. 2. & τοῦτον τὸν χρόνον ed. Caſaub. & ſeqq. Sic tamen & Perottus, qui *eodem tempore* vertit.

Verſ. 13. Οὐενουσίαν correxit Caſaub. ex Liv. XXII. 49. monente etiam Vrſino, & ſic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Οὐσενουσίαν Vrb. Οὐεσενουσίαν ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. & ſic mox hi rurſus cap. 117, 2. ubi cum aliis in verum conſentit Vrb. Verſ. 13.

CAPVT CXVII.

Cap. CXVII.

Verſ. 1. Ἡ μὲν οὖν. οὖν caret ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. — *Ibid.* γενομένη caret Aug. — *Ibid.* ἡττηθέντας. νικηθέντας ſolus Aug. ſed altera lectio inter lineas ab ead. manu. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἑβδομήκοντα μέν. Exſpectaveram μόνοι pro μὲν, ut verſ. 3. τρισχίλιοι μόνον, ſed nil variant libri. De numero vide Criticos ad Liv. XXII. 49, 14. & 50, 3. Verſ. 2.

Verſ. 3. εἰς μυρίους. At ex decem illis millibus (verſ. 7.) bis mille occiſos ait verſ. 11. reliquos captos. — *Ibid.* Verba οἱ δ' ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης, quæ quidem agnoſcunt libri noſtri omnes, a librario aliquo ex verſu 7. huc adſuta inſertaque videri poſſunt. Pugnare ſane hæc inter ſe videntur, μαχόμενοι μὲν ἑάλωσαν, ſed ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης. Nempe *pugnantes* quidem capti ſunt, ſed *in caſtris* oppugnati, non *in prælio* ſtantes. Ceterum perperam vulgo eadem verba οἱ δ' ἐκτὸς &c. interpoſito majori puncto ſeparata erant a præcedentibus, &, minima diſtinctione interjecta, conjuncta cum ſequentibus. Codex Bav. vero, & inde editio prima, poſt τῆς μάχης nullam prorſus diſtinctionem ponunt, & particulam δὲ poſt ἐξ αὐτοῦ omittunt, hoc modo, οἱ δ' ἐκτὸς τῆς μάχης ἐξ αὐτοῦ τοῦ κινδύνου, quod quam vitioſum ſit, nil opus eſt monere. Verſ. 3.

Verf. 4. *Verf.* 4. εἰς ἑπτὰ μυριάδας. Confer Criticos ad Liv. XXII, 49, 15. — *Ibid.* παρεσχημένου, monente Vrſino, correxit Caſaubonus. Mendoſe παρεσχημένοι ed. 1. 2. cum msstis omnibus. — *Ibid.* πρὸ τοῦ, τοῦ τῶν ἱππ. ἐχλ. πρὸ τοῦ τῶν ἱππ. mssti omnes. πρὸ τούτων ἱππ. ed. 1. 2. πρὸ τοῦ, τῶν ἱππ. ed. Caſaub. & ſeqq. interjecto commate. Articulum τοῦ repetendum monuit idem Caſaub. in ora Baſil. Intelligo tamen, *ferri* etiam *ſcripturam codicum potuiſſe.*

Verf. 5. *Verf.* 5. καὶ ὄχλον ἔχειν. καὶ perperam caret Aug. & diſtinctionem omittit poſt ὄχλον. — *Ibid.* πολέμων καιροὺς recte edd. πολεμίων Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τοῖς ὅλοις. Imperite, ἴσως τοῖς ἵπποις ora Reg. A. — *Ibid.* ἔχοντα perperam deeſt ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. & Vrb.

Verf. 6. *Verf.* 6. τῶν δὲ μετ' Ἀννίβου. Sic ed. 1. 2. conſentientibus omnibus codd. τῶν δὲ Ἀννίβου edidit Caſaubonus, caſu ne, neſcio, an conſilio: id vero tenuere ſequentes. De numero cæſorum in Annibalis acie conf. Liv. XXII. 52.

Verf. 7. *Verf.* 7. οἱ δὲ ζωγρηθέντες &c. Conf. verf. 3.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἀπολίπῃ. In ἀπολείπῃ cum aliis conſentit Vat. — *Ibid.* ἀξιόχρεων adſcivi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendoſe ἀξιόχρεω edd. cum Bav. — *Ibid.* γένηται iidem dederunt Vat. Flor. Aug. Reg. A, & Reg. C. γενήσεται edd. & Reg. B. cum Bav.

Verf. 10. *Verf.* 10. καταλιπόντος. Temere καταλιπόντες ed. 1. Reg. B. — *Ibid.* τοὺς ἀπολελειμμένους pendet a remotiori ἐπολιόρκουν. Adoptavit iſtam lectionem editor Baſileenſis ex Aug. & tenuerunt poſteriores editores, conſentientibus Vat. Flor. Reg. A. Sic vero ad προσβάλλοντες intelligendum αὐτοῖς vel τῷ χάρακι. Quo genere ſtructuræ verborum nihil apud Polybium frequentius. Similiter,

liter, paulo inferius, ad ἐκπολιορκήσαντες intelligendum τὰ ἐρύματα.

CAPVT CXVIII.

Cap. CXVIII. Verf. 2.

Verf. 2. τῆς μὲν λοιπῆς παραλίας σχεδὸν πάσης καὶ Μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς. Cum παλαιᾶς vulgo hic omnes editi atque fcripti haberent, fic ad h. l. commentatus eft GRONOVIUS: — „Fideliter quidem interpres, *quæ Vetus & Magna Græcia nominatur.* Sed nihil minus verum eft, quam eam Italiæ partem fuiffe nominatam *Veterem Græciam*, & id nullus auctor confirmat. Non dubito, quin, quam ex codice antiquo vir doctus libro fuo adfcripferat, certiffima fit emendatio, παραλίας. X. 1. Λοκροὶ, Κρότων, ἔτι δὲ Μεταπόντιοι καὶ Θούριοι ταύτην ἐπέχουσι τὴν παραλίαν." — Liber, cujus margini adfcriptam a docto viro illam emendationem ait, eft exemplum illud editionis Hagenoënfis Polybii, quod in *Codicibus Voffianis* in Bibliotheca publica Vniverfitatis Leidenfis hodie adfervatur, de quo dixi in Præfatione ad Tom. II. Polybii noftri p. 36 fq. cujus Notas marginales Wyttenbachius, Amftelodamenfis Lycei decus, pro fua humanitate nobifcum communicavit. Quod fi igitur ex antiquo Codice, ut ait Gronovius, ducta illa emendatio eft, de qua nunc agitur, non ex mera conjectura; neceffe eft, ut vir doctus, qui illas notas marginales in codice Voffiano fcripfit, confuluerit ad hunc Polybii locum Codicem illum Bibliothecæ Regis Francorum, quem *Reg. A.* infignivimus; qui codex unus ex omnibus eamdem lectionem παραλίας, & quidem pro emendatione in ora adfcriptam habet, obelo inducta alia emendatione, quæ ab eadem manu prius ibidem notata erat, Ἰταλίας, quam Auguftanus etiam codex in ora habet. Sed undecumque ducta fuerit ifta emendatio παραλίας, nemo æquus judex, qui eam femel cognoverit, aut qui in eam ipfe inciderit, dubitare debebit, veram effe Polybii fcri-

 pturam,

Verf. 2. pturam, & recte nos feciffe, quod auctori reftituerimus. Ac miror fane, quo pacto contra Gronovium Reifkius defendere vulgatam fcripturam παλαιᾶς conatus fit, contendens, quæ olim *magna* Græcia fuit dicta, eamdem etiam *antiquam* dictam effe; quod patere ait cum ex Polyb. XII. 4, 8. tum ex verbis Nili Doxopatrii, quæ adfert Ducange in Gloffario Græc. v. Δουκάτον. Etenim, ut jam non morer abrupta obfcuri fcriptoris feculi XII. verba, quæ mihi in meo exemplo Gloffarii Ducangiani (edit. primæ Lugd. 1681.) ne reperire quidem neque in ipfo Gloffario, neque in Appendice, licuit; quæ vero eadem verba, prout a Reifkio relata video, nihil quidquam huc faciunt: quod ad Polybii locum XII. 4, 8. adtinet, ibi primum, ex vulgata fcriptura, nulla *antiquæ Græciæ*, fed *antiquæ* vel *veteris Italiæ*, fit mentio; at ibidem pariter dubitari nullo modo debet, fimillima ratione, ut hoc loco, vulgatam fcripturam παλαιὰν ex παραλίαν, quam & nos ibi confidenter auctori reftituimus, effe corruptam. Ejufdem depravationis fimillimum exemplum offerunt Strabonis codices, lib. III. p. 145. ubi παλαιᾶς ex παραλίας detortum effe perfpecte Cafaubonus & in ora fuæ editionis & in Commentario docuit. Livius in ea parte hiftoriarum, in qua nunc verfamur, ipfum vocabulum παραλίαν expreffit, XXII. 61. *Defecere autem a Pœnis hi populi: - - Græcorum omnis fere ora, Tarentini* &c. Rurfusque XXXI. 7. *Nec Tarentini modo, oraque illa Italiæ, quam Majorem Græciam vocant, fed Lucanus & Bruttius & Samnis a nobis defecerunt.* GRONOVIUS, in Notis msstis, Adnotationi fupra relatæ hoc fupplementum adjecit: „*Vetus Græcia*, ait, non poteft alia effe, quam ipfa Achaia. Inde miffæ coloniæ in Italiam, conftituerunt *Majorem Græciam*, & propterea potius *Novam* dicendam, ut Nova Salamis & Antiqua." — Tum in eamdem fententiam adfert Maximi Tyrii locum, Differt. XVII. (p. m. 170. Lugd. Bat. 1614.) ubi *Græciam* proprie nominatam, refpe-

ctu

ctu illius in Italia magnæ Græciæ, *antiquam* vocat: ὑποπτεύω γὰρ, ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε ἐλθεῖν τὸν λόγον, Πυθαγορείων τινῶν ἐμπορίαν ταύτην καλὴν στειλαμένων εἰς τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα. Eamdem Græciam Propriam, id est, quidquid regionis a meridie Macedoniæ est, simul cum Peloponneso, apud Appianum pariter (Hist. Mithridat. cap. 118.) ἀρχαίαν Ἑλλάδα, *veterem Græciam* adpellatam videas; sed id quidem rursus alia ratione. Nempe ibi ad nomen Ἑλλάδα, quæ nimirum a Romanis, ex quo imperio eorum erat adjuncta, non *Græcia*, sed *Achaia*, adpellabatur, adjicit Appianus vocabulum ἀρχαίαν eodem fere modo, quo nos hodie post auspicatissimam Imperii Francogallici regenerationem, cum Alsatiam verbi caussa, quæ nunc ex nova formula *Circulus Inferioris & Circulus Superioris Rheni* audit, veteri & omnibus ante hunc diem noto nomine insignire volumus, non nude *Alsatiam*, sed *veterem Alsatiam*, s. *olim dictam Alsatiam (la ci-devant Alsace)* dicimus. Ceterum si quis est locus veteris alicujus scriptoris, qui favere videri possit vulgatæ apud Polybium scripturæ, fuerint illa Ciceronis verba de Orator. III. 34. ubi, *Pythagoras*, ait, *artibus instituit totam illam veterem Italiæ Græciam, quæ quondam magna vocitata est.* At, quod si alia ejusdem Ciceronis loca contuleris, facile intelliges, quo pacto *veterem Italiæ Græciam* nunc eam dicat, quæ aliàs *major* vel *magna Græcia* est adpellata. Scilicet eodem modo, quo *reliquam Græciam* pariter *veterem* dicit, ubi de priscis Græciæ institutis, quæ ipsius ætate obsoleta erant, verba facit, de Orat. III. 51. cum quo loco conferenda sunt, quæ in Præfatione ad Vitas excellentium Imperatorum Cornelius Nepos monuit, & Polyb. IV. 20. *Veterem* igitur *Italiæ Græciam* Cicero loco citato eam partem Italiæ dixit, non, cui *veteris Græciæ* fuerit umquam vulgo cognomen, sed *quæ priscis temporibus floruit*, & *magna Græcia* est vocitata. Quo pertinet, quod eamdem *magnam Græciam*, quæ Vers. 2.

Verſ. 2. *olim floruerat*, ſua ætate *deletam* ait in Lælio cap. 4. Quam in eamdem fere ſententiam Strabo ſub initium lib. VI. p. 253. poſtquam de eadem Italiæ ora verba fecit, quæ, a Græcis culta, *Magna Græcia* olim fuerat adpellata, ait: *νυνὶ δὲ, πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως, ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα.* Vt ad Polybii locum, qui in hanc diſputationem nos deduxit, redeamus: verba illa *καὶ Μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος*, quæ a plerisque codicibus abſunt, (Perotti etiam codice cum Vat. & aliis conſentiente,) adſumentum librarii eſſe videntur, quod, poſtquam *παραλίας* in *παλαιᾶς* fuit corruptum, veluti medelæ cauſſa adjectum eſt. Quæ ſi tamen ſervata cupis, ſaltem, ut in ſcholio dixi, pro *καὶ Μεγάλης*, *τῆς Μεγάλης*, aut *καὶ τῆς*, aut *τῆς καὶ Μεγάλης* &c. fuerit legendum.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *ἐνεχειρ. αὐτούς.* *αὑτοὺς* Aug. Reg. A.

Ibid. Ἀργυριππανοί. Sic prorſus Aug. Reg. A. & Urſin. Et prope abeſt Vat. qui dat Ἀργυρυππανοί. Mendoſius Αὐυριππάνοι Flor. ſi recte notavit Gronovius. Αἰγυρπανοὶ ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. Ἀργυριπανοὶ ed. Caſaub. & ſeqq. Conf. III. 88, 6. Minus recte hos Caſaubonus in verſione *Arpinates* dicit, quod eſt nomen incolarum Arpini, Latii oppidi; Argyrippanos, id eſt, Arporum oppidi cives, *Arpanos* vel *Arpinos* Romani vocant; ut docent loca, a Cluvero collecta, Ital. Antiq. p. 1219. Ceterum hos non commemorat Livius in numero populorum, qui tum a Romanis defecerunt: & poſſes ſuſpicari, pro Argyrippanis *Hirpinos* illum poſuiſſe, niſi adjeciſſet *Apulorum pars*, quo ſcilicet pertinent Arpini. Plane extra oleas vagatus eſt hoc loco Perottus, *Neapolitanos* nominans. — *Ibid.* Poſt Ἀργυριππανοὶ, pro *δὲ* legendum videri poteſt *τε*, ut reſpondeat illi Ταρεντῖνοι *τε*, ſed nil variant codices, & ne deſideratur quidem ſumma in his ἀκρίβεια. Conf. ad I. 13, 6. & ad IV. 74, 8.

Ibid.

Ibid. Κατυχνῶν τινες ed. 2 & feqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. Κατυχνοὶ ἐκάλουν ed. 1. ex Bav.

Verf. 6. εἰς τὴν Γαλατίαν. Deeft τὴν editis & Reg. B. C. cum Bav. Adjeci ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verf. 6.

Verf. 7. ἀπέλειπε. ἀπέλιπε Flor. Aug. Et eadem lectio in Bav. inter lineas indicatur. Verf. 7.

Verf. 8. τῶν Ῥωμ. ἡττηθ. Articulum, quo carere poffumus, invitis msstis omnibus inferuit Cafaub. Verf. 8.

Verf. 10. ταύτην μὲν τὴν βιβλ. Temere τὴν μὲν τὴν βίβλον ed. 1. — *Ibid.* καταστρέψομεν. κατεστρέψαμεν folus Flor. Verf. 10.

Verf. 11. κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα Vat. Flor. Aug. Reg. A. Mendofe κατ' αὐτὴν τὴν Ὀλυμπ. edd. ex Bav. Verf. 11.

Ibid. ὅταν - - ἐπιστῶμεν τοῖς καιροῖς τούτοις, *ubi infiftemus paulifper his temporibus.* Hæc ita vertentes, REISKIUM fumus fecuti, qui ad h. l. hæc adnotavit: — „ἐπιστῶμεν τοῖς καιροῖς τούτοις, *infiftemus his temporibus*, h. e. eorum eventis atque eventorum rationibus mente & cogitatione nonnihil immorabimur, &, quæ nobis de iis videbuntur, paulo diligentius atque copiofius exponemus, & univerfe de iis difputabimus. *Quand nous ferons des reflexions générales fur les évenemens de ces tems.*" — Fortaffe tamen fatis fuerat, *quum ad hæc tempora pervenerimus;* quam in fententiam Cafaubonus vertit, *quum ad hæc tempora narrationem perduxerimus.* Eodemque modo IV. 40, 1. ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, pro eo, quod in verfione pofuimus, *quoniam huic loco infiftere cœpimus*, fatis fortaffe fuerat, cum Cafaubono vertere, *quoniam ad locum iftum devenimus.*

Ibid. Verba ἤδη προθέμενοι, fi recte capio, velut in parenthefi dicta intelligi debent, *quod quidem jam nunc propofitum habemus.* Sed fateor, non fatis perfpectam

Verf. 11. mihi eſſe vim iſtorum verborum; ac vereor, ne non ſatis ſana atque integra ſit oratio. Fuit cum cogitarem, προϑέμενοι fortaſſe hic eſſe *præponentes*, *præmittentes* reliquæ hiſtoriæ, & pro τότ' ἤδη ſcribendum fuiſſe τότε δή. Sed nec hoc facit ſatis. — *Ibid.* Ψιλῶς, *nude*, *per ſe*, *ſeparatim a reliqua hiſtoria.* cf. VIII 4, 3.

Ibid. τῆς Ῥωμαίων. Sic ed. 1. & Reg. B. C. cum Bav. & Vat. τῆς τῶν Ῥωμαίων ed. 2 & ſeqq. cum Aug. Reg. A. neſcio an & Flor. e quo nil notatum.

Finis Tomi quinti.